a Religioſus. Se ſummat determinãs notata per Innoc. & Hoſt. de excind. cũ I & A. in princ. Et qđ dicit religioſus, generale verbum eſt, & includit omnem profeſſum: intelligo tã oc clauſtrali, ſicut in plato, & facit de eſt. topriæ, & qđ ibi no. Hoſt. & Ioanis 2. q. 1. de præcõtiũ, & qđ no. de teſt. c. 2. lib. 6.

Religioſus & verbum generale.

† al. procuratoris.

b Et ſi per alium.] hoc dictũ, quia quandoque licet inter homines eiuſdem collegii vel profeſſionis, quod non licet inter extraneos, ſupra ea. compl. de ele. c. co n. quia propter, ad finem.

c Licentia. 15. q. 1. monach. & ſup. de poſt. c. 2. per q̃ iura videtur q non ſufficiat licentia, niſi ſubſit vtilitas monaſterii. Ad id quod opponitur de milite qui procu. eãm numeri ſit, reſpondet vt no. in præd. c. monachi.

Glo. ſeq. ponit deat opi. contrarias, & remittit.

d Suſcipere. Et ſi ſuſcipiat & conteſtetur litem, licet quidã dicat deinceps exci non poſſe, veriusta meu eſt q excipi põt, ſicut in Hoſt. vt latia ſcripſi, ſup. eo in noſtra. in per glo. qñ dicatur, vt qui ad ipſe mundo mortuũ exce pro ſit præcepiora. Et quare aliud in milite, ibi dixi.

e Conſorte. vt patet in præd. decre. cum I. & A. in prin. de accuſa. olim, & c. ea parte de cenſi. topriæ. An vero cõſors pro conſorte audiatur ante litem conteſtatam, vel poſt ſine mandato, collige, per no. de conſt. cum M. in 1. glo. de dolo & contu. cũ dilecti in gl. & in his quæ ibi dixi & patet C. de conſo l. 1. & 2. ff. de iud. ſi petitor.

Glo. ſeq. litteram determinat, & determinationem tripliciter exemplificat.

f Conſtituere. repete ſine licentia prælati, & intellige in his caſibus, quibus ſine licentia prælati perſonaliter eſſe in iudicio non poſſet, al. as in illis caſibus quibus quod per ſe poteſt, per alium poterit, de reg. iur. poteſt, lib. 6. ff. eo. tit. l. filius, in prin. minio melius eſt quod per actum, de ſynd. c. vnico. puta, cum ipſum ſuperiorem denunciat vel accuſat, vt in præd. decr. de accu. ex parte, & c. olim. Item ad cautem electionis monaſterii ſui de cõſe. cum dilectus, de teleri. cum dilecta de teru ad probandum, vel ſuæ propriæ, cui de ſuperioris licentia contentis: ergo procuratorem dare poterit quaſi licentia ẽt ad hoc habuerit, ea quo licentiam habuit conſentiendi, de offi. deleg. præterea, & c. ſuſpicionis.

Glo. ſequens obiicit & ſoluit.

Religioſus qñq. ſine ſp. a ſui licẽtia põt eſſe in iudicio.

g Subſtituere. repete, ſine ſuperioris licentia. Per verbũ ſ. quod præcedit, videbatur contra, quaſi ſtie eſſet pera vel organum conſtituentis, & per ipſum, quaſi per fiſtulam vel lapidem canalem deueniret poteſtas de conſtituente ad ſubſtitutum ar. 1. q. 1. ſi iuſtua. Sed negari non poteſt, quin in eo q vult actum ſubſtitutionis ſuſcipere & ſubſtituere, interueniant abdicatio voluntatis, & obedientiæ quam promiſit, & hæc ratio huius iuris 12 q. 1. non dicatis, de ele. ſi relig. vſus, lib. 6. nec ſine eius actu recipit officium ſubſtitutus. Et facit qđ no. de ele. c. pe. li. 6. ve in gl. & vide quod dicam in vl. gl.

h Expreſſe. forſan expreſſa perſona, ſed de hoc non curo, ſatis eſt enim quod habeat mandatum ſubſtituendi etiam incertum. ſup. eo. c. 2. reſponſo.

Glo. ſeq. mouet quæſtionem, opi. ponit, & diſtinguit.

ſus [a] procurator, etſi per aliũ [b] religioſũ ſui uel alterius monaſterii fuerit conſtitutus, ſicut non poteſt ſine ſui ſuperioris licentia [c] procuratoris † officium ſuſcipere, [d] niſi pro ſuo in eadem lite conſorte, [e] Ita non põt alium procuratorem conſtituere [f] ſeu ſubſtituere, [g] ẽt ſi per conſtituentem hoc ſibi expreſſe [h] fuerit commiſſum. [i]

Idem.

Per obitum rectoris eccleſiæ reuocatur procurator ab eo pro eccleſia conſtitutus, etiamquo ad iam cœpta.

CAP. IIII.

PRocuratorẽ [k] a prælato rectore [l], vel alio quolibet, pro eccleſia [m] † ſua vel beneficio conſtitutum, per mortem

i Commiſſum. No. ad quæſtionem de illo qui conſtituit procuratorem inſtabilẽ, cui dedit mandatũ ſubſtituendi, an ſubſtituere poſſit. Et videbatur quibuſdã, vt Petro de Bel. C. eo. quod quiſ. iur. q ſic per regulam, qui per aliũ de reg. iuris lib. 6. quaſi videatur a dño conſtitutus, ff. qđ cuiuſq. vni l. itẽ eos, § ſi decuriones, ff. de condi. inſt. l. in ſtitutio tali vel vbi ſi hæres non inſtitutus in codicillis põt ſubſtitui in teſtamento nominãdus in codicilo, ad hoc facit ſi. de ſerdi. ruſti præd. cũ eſſet, § 1. vbi ſeruitus conceſſa ab eo qui habuit ab alio poteſtatem concedẽdi, non ab ipſo ſed a primo dño videretur a ſe cõceſſa. ad hoc bene facit offi. deleg. iudex, lib. 6. vbi delegatus inhabilis ſub delegat. Tu diſtinguas inhabilitatis ſpeciem. aut enim penitus & ipſo iure inhabilis eſt, quo caſu non ſubſtituet ad hoc præd. decr. iudex, in fi. Aut eſt inhabilis ad officium pp defectũ auctoritatis, qua intercedente habilis eſſet & eo caſu neceſſe vt illius auctoritatem inueniret, vt ſubſtituere poſſit, vt hic. Aut eſt inhabilis per exceptionem qua non oppoſita habilis eſſet, & eo caſu ſubſtitueret, arg. prædi decret. iudex in prin. & per hoc ſoluitur quæſtio de excommunicato, an ſubſtituat, quam dixi de proba. poſt ceſſionem.

Procurator inhabilis habens mandatum ſubſtituendi, an ſubſtituere poſſit.

† No. quod beneficiatus põt dicere beneficium eſſe ſuum. facit c. ſi tibi abeẽti de præb. l. 6.

ADDITIO. Hic eſt ſimilis quæſtio de incapace inſtituto, & rogato reſtituere capaci, vtrum poſſit cogi adire, & reſtituere, de qua plene in l. cam q̃ C. de fideicom. Itẽ & illa vtrum nepos filii ſpurii poſſit inſtitui ab auo, per medium enim filium ſpurium deuenitur ad nepotem vtrum ergo radix infecta inficiat totum, de qua per Bar. in Gallus, ff. de libe. & poſth. Petrus.

PRocuratorem. Notabilis eſt caſus contra quem prima facie quilibet ſtaderet. Primo, ponit dictũ. Scdo illud ampliat & declarat, ibi [Etiam.] Imola.

Præſuppono dum eſt illud qđ dicitur inſt. mandati, § itẽ & l. mãdatũ. C. manda. vbi dr̃ q re integra morte mandatis expirat mãdatũ. Et dicit res integra vſq. ad litis cõteſtiõnẽ, ſed in mãdato iuriſdĩtia res dicitur integra vſq; ad citationem, & extra iudiciũ dr̃ res integra ante q̃ mandãs, vel mandatarius fecerit al qua pparatona.

r Iſte Cle. anhebeat locum in ciuiliter mortuo, vide omnio Gui. Papæ decis. 578. F.

CASVS. Cum eſſem litigaturus contra te, quia occupabas decimas meæ eccleſiæ, cõſtitui procuratorem lite conteſtata ſũ mortous, vtrũ per mortẽ meã ſit reuocata priãs mei procuratoris, & vtrũ ſit neceſſe q prælatus mihi ſuccedens cõſtituat nouũ procuratorẽ: Et dicit q ſic. h. d. H. R.

Nota caſum in quo reuocatur mandatum per obitum conſtituentis, etiam re non integra. Zab.

Glo. prima dicit quid approbet, uel reprobet

k Procuratorem. Se ſummat reprobans quod no. In noc. de toto comp. dilecti, & approbat in parte quod ibi not Hoſt. de quo in Spec. de ſyn § 1. ver. quid ſi aliqua, & hoc eo. ti § 2. ver. ſed nunquid procurator. per Arch. eo. ti. ſi duo, li. 6

l Rectore de eccleſiaſtico loquitur, qđ patet per verba ſequentia, ſi ẽt de rectore ciuitatis loquebãtur In. & Sp.

Glo. ſeq. dicit quid de cauſa propria, & explanat opinionem Inno.

m Pro eccleſia. Innuit quod ſecus ſi pro ea propria mandatum enim tunc finiretur morte re integra, re no integra, non. ff. cod. ſi defunctus, inſti. man. § item ſi ad huc. ff. man. l. inter cautas C. man. ſi mandatum, & ibi no. & in præd. § item ſi. Quando dicatur res integra, dic qđ in iudiciis, ante litem conteſtatam, in negotiis, antequã

Mandatum an finiatur per mortem mandantis

tequã

Digitized by Google

conſtituentis reuocari [a] cenſemus. Etiam quo ad negotia [b] iam incepta, & cauſas in quibus per ipſum lis fuerit ante mortẽ huiuſmodi conteſtata. [c]

tequam fecerit præparamenta Hoc autem qđ pro eccleſia conſtitutus erat, improbabat Inn. qui dicebat, qđ cum eccleſia non moriatur. 12. q. 2. c. liberti. de reſcri. ſi gratioſe. lib. 6. & procurator pro ea ſit datus ab eo q potuit, ſcilicet p̃lato etiã ſine conſenſu capituli. de reſcrip. edoceri. nihil eſt qđ prohibeat illum agere cauſam ſibi commiſſam, etiam ſi res ſit integra, per præd. decret. dilecti. & per decre. petitio ſup. eo. tit. & per l. annua. ff. de annu. legat. de procuratore cõſtituto ad negotia, quamuis generaliter latebatur, q poſt mortem cõſtituẽtis non debebat incipere noua negotia. ff. de nego. geſto. nam & Seruus. § ſi viuo. ſed Hoſtien. aliter, vt ſtatim dicam.

Eccleſia nõ moritur.

[Glo. ſeq. primo ponit opi. Hoſt. & ipſius motiua, quã oſtendit partim reprobatam, ſecundo opi. Archid.

a Reuocari cenſemus.] dicebat Hoſtienſis qđ procurator iudiciorum non agit p̃lato mortuo & donec ſit eccleſia de p̃lato prouiſum: Rõ ſecundũ eum eſt q a tunc cum vacat ſedes, nihil debet innouari, ne ſe. vac. cap. 1. & vlt. quod loquitur de lit. conteſt. cum tractet de receptione teſtium, & mirabatur Hoſt. quomodo dubitat de hoc: nec valet ſecundum eum ſi d cas, qđ in p̃dictis c. loquitur de p̃lato conueniendo, non de agente: nã ſi non permittitur tunc defendere qđ fauorabilius, eſt, multominus agere. alleg. ff. eo. ſeruum quoq; § publice. & l. Pomponius. in fi. & C. eo. alienam. & ſi Hoſt. per hæc verba intellexit qđ prædictus procurator ſubſtituto p̃lato ex primo procuratorio. Item conſequi poſſit: hæc reprobaretur per hanc litteram, quæ dicit, reuocari cenſemus, non dictio impediri vel ſuſpendi. Arch. tractans hanc materiam ſatis exquiſitorie præd. decre. ſi duo. dicit procuratorem conſtitutum a p̃lato, & capitulo 1 cã cõi, vel principaliter capituli, durare poſt mortem p̃lati, in cauſis vero diſcreta prælati ſecus, & ſic opiniones prædictas voluit concordare. Et an hãc opinionem hæc decre. reuocare intendat, non ideo qđ expriminis fuiſſet expediens. pro ea in facit quod ſcripſi poſt Inno. de conſue. cũ dilectus ſuper 1. gloſ & quod no. de reſti. in integ. c. 2. vbi dicit, qđ mortuo abbate conuentus p ſyndicum agere poteſt, & conuenitur de iuribus q̃ pertinent ad conuentum, vel ſimul ad vtroſque ſecus in his, quæ ſegregatim pertinent ad abbatem, ne ſede vac. c. vlt. Poſſet tñ dici hanc opinionem Archid. veram, quod durat procuratorũ primis duobus caſibus non tamen procedat procurator vacante eccleſia: in cauſis, quæ illa vacante tractari non poſſunt inſtituto tamen prælato procedet ex veteri procuratorio. In tertio nero caſu locum habet hæc decr.

b Negotia.] credo, qđ intendit per hoc deſignare procuratorem negotiorum, & per verba ſequentia procuratorem iudiciorum.

[Glo. ſeq. dat ſimile, & notat duas quæſtiones.]

c Conteſtata.] quantumcunque ergo ſit dominus in ſtantiæ, mors reuocat, ſicut & viuens ea certis cauſis reuocare poſſet loquitur de quibus, ſup. eo ca. 2. lib. 6. Et facit hæc decre. ad id quod. not. poſt Hoſtien. de offic. vica. c. penult. qđ mortuo eo cui ded. vicarium expirat illius officium, a & ita ſeruamus allegat de offic. vica. Romana. lib. 6. per q̃ probatur, qđ ſi non eſſet mortuus, ſed excõicatus, ſuſpenditur, ſed non reuocatur officium vices gerentis, & ſic diceremus in procuratore prælati agentis. Facit etiã ad quæſtionem no. in Spec. de arb. § ſuccur, verſicu. quid ſi prælatus, ſcilicet q mortuo prælato, qui compromiſit de rebus eccleſiæ, finitur compromiſſum: vbi vides.

a Procurator, ſi eſt cõſtitutus a collegio in cauſis in quib. põt, oib. de collegio mortuis, & alijs ſubrogatis, durat eius officiũ vt determinat Dyn. in cõpromiſſo facto ad collegium vbi ſunt decem. ex quibus v. vel 7. poſtea mortui ſũt tenet. n. q non extinguatur compromiſſum quia vnũ & idẽ collegiũ remanet, & reſcenſetur ẽ alijs ſubrogatis, vt i. p. ponebatur, ff. de rid. & ita no. Bar. in l. qđ inre ſum. §. & ſi manũ. ff. de leg. 1. Petrus a Per iſtam glo. Pan. in c. extirpãdæ, §. qui vero, tradidit regulã, q vicarius dño ſuo mortuo, remanet idoneus, vel alio ſuſpenſo, nõ admi niſtrat. Fõt.

TITVLVS XI.

De reſtitutione in integrum.

Clemens v. in conc. Vien.

Eccleſia probans ſe læſam per lapſum temporis, ad illud tempus tantum reſtituitur, & in quadriennium a tempore læſionis.

C. VNIC.

Ab Eccleſia [d] †

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

[Viſum eſt ſupra de procuratoribus: verum quia eccleſia aliquando litigat per procuratorẽ, & per negligentiã procuratoris ſui aliquando læditur, & tunc debet reſtitui, & iõ occaſione a procuratoribus ſupra, ponit rubrũ generalem, de in integ. reſt.

Ab eccleſia. Ponit primum dictum: Secundo illud terminat, & declarat ibi.] Sed non ſic.

CASVS. Eccleſia aliqua litigat per procuratorem contra Titium, & procurator eccleſiæ petit terminum ad producendum teſtes, acta, literas, & quæcunque alia munimenta ſub pœna excluſionis, procurator iſte fuit negligens ad producendum ſuos teſtes, & munimenta, quæritur vtrum aduerſus iſtum lapſum temporis eccleſia habeat reuclamcutum, hoc eſt, vtrum hoc lapſu non obſtante poſſit producere ſuos teſtes, &c. Dicit, q ſic. Sed quæritur quantum tempus eccleſia reſtituitur, puta quia forte eccleſia habuit tres menſes, & fuit impedita per duos menſes, vtrum reſtituetur ad tres menſes? Dicit, q non, ſed ſolum reſtituetur ad tempus, in quo fuit læſa.

Sed quæritur intra quod tp̃s poſſit repetere iſtam reſtitutionem? Dicit q intra quadriennium. No. q cauſa reſtitutionis in integ. debet inchoari, & finiri intra quadriennium a tp̃e læſionis, & ſic officium nobile quod implaratur ad impetrandum reſtitutionem in integrum non perpetuatur per litis conteſta, ſecus eſt de actione. l. ſi C. de præſcrip. 30. vel 40. annorum, & C. quando libe. prin. dat. l. 1. & 2. Not. q eccleſia petit reſtitutionem intra quadriennium, licet tp̃s ſit minus quadriennio Et ſic confunditur opinio aliquorum legiſtarum dicentium, q ſolum, quia debet reſtitui intra illud tp̃s ad quod fuit læſus, vt ſi aliquis in præſentia mea inceperit vſucapere rem meam per biennium, & in primo anno fui abſens cauſa reipublicæ, durante illo anno vſucapit, volo reſtitui. Dñt iſti q non poſſum reſtitui, niſi intra annũ. No. q officium reſcindens eſt officium nobile, quod imploratur, vt iudex tollat impedimentum quod obſtat, puta tollat vſucapionem, vel præſcriptionem, quo impedimento ſublato, reſtituor ad actionem, quam prius habebam, & iſta actio dicitur actio reſciſſoria, & ipſam debeo intentare poſt reſtitutionem infra tempus quo fui læſus. No. ſecundum gl. q iſta textõ intelligitur de lapſu temporis iudicialis. Hoc idem tenet gl. in c. auditis in antiq. tamen maior pars doctorum tenet contrarium, & dñt, q iſtud c. loquitur indiſtincte, ſiue eccleſia ſit læſa in iudicio, ſiue extra. No. q ad hoc vt audiatur eccleſia petens ſe reſtitui, ſufficit q aſſeratur ſe læſam, vt hic in verbo, aſſeruerat, & gl. in hoc verbo. Not. quod eccleſia læſa reſtituitur in integrum, & eſt hæc reſtitutio in priſtinum ſtatum reſtauratio. C. de reputa quæ fiunt in indic. l. 1. ff. de mino. l. quod ſi § reſtitutio. Zab.

Prima gl. ſua mat, & dicit quid determinat.

d Ab eccleſia. Caſus: Eccleſia probans læſam per lapſum tp̃s, ad illud tp̃s tm̃ reſtituitur, & inf. quadriennium a tempore læſionis determinat no. ſ ex quib cau maiu. ſed & ſi per prætorem, § quotiens & l. nec non § ſi quis ſæpius C. de temp. in integ. reſti. l. fi. de reſti. mino. l. qđ tẽpore & quod no Gul in Spec. 2. parte co. tit. § intra. quod, in prin. & § 2. ver. ſed cum dixerim.

† De intellectu huius Clem. Matthæus de Afflictis. decis. 375.

† Eccle-

Prælatus ſi-ne mādato pōt noie ec-cleſiæ reſtō-nem petere.

* Eccleſia[.] cuius nomine hanc reſtitutionem petet prælatus, etiam ſine ſpeciali mandato, ſecundum Inno. qui hoc no. ā. eo. ſuſcitata. & Guli. in Spec. eo. ti. §. 2. verſi. prælatus autem. Si vero per lapſum temporis non læderetur eccleſia, ſed ſolum perſonnæ ipſius eccleſiæ, vt quia lapſum eſt tempus quo prælatus debuit prouidere, vel canonici debuerunt eligere, tunc non competit reſtitutio, vt ſcripſi ſup. eo. c. ti. in § oppu. & nota in præd. §. 2. ver. vt autem.

aduerſus a lapſum temporis, b in quo c leſam, d affirmat, e in integrum reſtitutio peti f poteſt: & cauſa reſtitutionis huiuſmodi finiri g debet intra quadriennium h continuum i a tempore k læſionis, etiam ſi minus l quadrien-

a De dictione, aduerſus vide Cal. ic. ſuper coliatio n. ō or. eng. Rom. cāl. ... h. 2. & cō. ... 3. lib. 3.

a Aduerſus.] vſitatum eſt hoc verbum in iure, & maxime in hac materia, patet C. de aduer. rem iu. & in rub. ſeq. ſup. e. c. 2. lib. 6. & ponitur pro contra.

b Lapſum temporis.] pone exemplum ſup. c. 2. & c. auditis, & c. coram. quia intra tempus ſtatutum probationes non produxit, vel non obtulit intra tempus ſtatutū pretium emptori, cum poſſet. eo. ti. conſtitutus, vel pone in decennio appellationis interponendæ. eo. ti. c. fi. Quid de biennio proſequendæ appellationis, an eccleſia intra illud tempus non proſequens iſte impedita indigeat reſtitutione, vel ipſo iure ſeruetur illæſa; nu. per Inn. & Ho. de appel. ex ratione. De præſcriptione vero xl. annorum contra eccleſiam nil innouatur per hanc conſtitutionem, ſed die vt not. ſup. auditis loquitur enim hic de illo temporis lapſu, contra quod reſtitutio competit, ſed contra illud non competit, vt ibi.

c In quo.] ſcilicet lapſu temporis.

d Læſam.] enormiter quod dic vt no. ā eo. c. 1. & patet. de reo. eccl. non alie. c. pen. Nunquid autem ex eo quod non potuit declinatorias intra terminum ad id datū ſit læſa, & reſtitutio competat? ſatis ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. ſup. eo. coram.

e Affirmat.] in fine dicit, probabit: & ibi dicam.

f Peti pōt.] de hoc non dubitandum, nam maior læſus ex re quo abfuit cauſa reipu. vel alia iuſta cauſa reſtituitur. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. cum ſimilibus.

Officiū iudicis nō ſp perpetuatur p. cōteſtatio-nem.

g Finiri.] hoc eſt quod dicimus non perpetuari hoc caſu iudicis officium p conteſtationem ad noc. ſup. de of. iud. ... s. ſi tn non ſtaret p eccleſiam, ſed p iudicem vel aduerſarium, non imputatur eccleſiæ C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ in fi. vnde ſi per appellationem aduerſarij fuerit protelatū, non imputatur eccleſiæ, ſicut nec minori, ff. de min. intra vtile & facit de re. iu. imputari. l. b. 6 & facit eo. ti. c. 1. lib. 6. & vide quod ſcripſi ſup. eo. ti. in ea littera ſuper glo. 2. Sed quid ſi poſt ſtatutum quadriennium detur reſtitutio? glo. in l. fin. C. de temp. in integrum reſti. dicit quod tenet, quia contra illa litigatores, quod putat eum intellexiſſe, ſi non appelletur C. quando prouo. non eſt neceſſ. l. ſup. de re iud. cum inter vos quidam contra a dicentes, quod quis huiuſmodi conſtitutiones contra ius communis conceduntur, ſunt reſtringendæ. ff. de act. in ... & obliga. in honorar j. § ſed eum reſtit. de regul. iur. quæ a iure. l. b. 6. Item qua ratione non tenet ipſo iure ſententia lata poſt tempus accuſationis, ff. de exa... lite opotter §. con. equens eadem ratione nec hic & ſtatt quod not. C. de ... propterandum. poſt prin. & hoc placuit Dyno, pro quo facit iuſ. de app. ii ap pellationem.

Reſtitutio poſt quadrē-niū data, an teneat.

2 Bibene Pa-nor. neſciēs ... hi. p ... dicit ... cōtra ius ... gatoris ... legatiæ ... ius cōe ... te nullā ipſo iure ... tatur e. inter ... de re iudic. Font.

h Quadriennium.] olim dabatur annus vtilis, qui vario modo computabatur ex diuerſitate locorū, quæ hodie ſublata eſt, & loco illius datur quadriennium. C. de temp. in integ. reſti. l. fi.

Gl. ſeq. inſtruit de tempore continuo & vtili.

i Continuum.] habemus in iure tempus continuum & vtile: continuum eſt quod continue currit, diebus feriatis & non feriatis, in præſentia & in abſentia, ſiue ſit copia iudicis ſiue non. C. de præſcrip. long. temp. l. fi. Tempus vero vtile non currit diebus feriatis, diebus abſentiæ, & diebus quibus non eſt agendi copia. Et iſtud eſt multiplex, quia quoddam eſt continue vtile, quoddam

Reſtō qñ petitur ab eccleſia, minore & maiore.

vtile quo ad ſui principium tantum, quo ad progreſſum non; quandoque continuum vno reſpectu, vt veniant dies feriati, & non alio, quia non currit iudice impedito de hoc ſcripſi de concel. præb. c. 2. & c. quia diuerſitatem in fi. & forte hoc intendit hæc littera, quod continuum ſit in principio per literam quæ ſequitur.

Gl. ſeq. ponit differentiā: ſecundo notat pro opi. Inn.

k A tpe læſionis.] in hoc differt eccleſia a minore & a maiore, quia minori currit in prin. xxvj. anni ætatis ſuæ: ſ. cum factus eſt maior. C. de temp. in integ. reſt. l. fin. maiori læſo tempore abſentiæ currit poſt reuerſionem, ff. ex quib. cau. maio. ab hoſtibus. §. ſi in eccleſia non ſic, vt patet hic, & ſup. eo. c. 1. & lib. 6. Et not. quod hæc littera facit pro eo quod no. Innoc. ſup. eo. coram vbi dicit, quod ſi eccleſia non probauit in pe remptorio, a fine termini incipit currere quadriennium petendæ reſtitutionis, & non a die ſententiæ: quod patet, quia finito termino completa fuit læſio ex qua daretur reſtitutio, etiam ſi nulla ſequeretur ſententia. ſup. e. ti. cap. 2. & 3. vnde dicit quod caute facit læſus in omiſſione probationum, & ſententia, ſi petit reſtitui contra ſententiam, & ad probationes omiſſas. Alij ſecundum eum, quod quadriennium computatur a tempore ſententiæ, & ſatis eſt contra ſententiam reſtitutionem petere ad hoc, ff. de minu. l. 1. §. ſed prius dictum plus placet Innocentio.

Gl. ſeq. ponit tres opi. & tertiam hic approbatam coadiuuat, & contrariis reſpondet.

l Si minus.] Hic erant 3 opiniones legiſtarum, de quibus in 1. glo. Dicebant enim, aut eſt læſio in conteſtatu vel ſententia, aut in tempore. Primo caſu fatentur indiſtincte verum, quod datur integrum quadriennium. ſ. eod. c. 1. lib. 6. ſup. eo. conſtitutus, C. de temp. in integ. reſt. l. fi. ſecundo caſu ſubdiſtinguunt, aut læſio eſt tanti temporis quantum eſt quadriennium; & tunc intra quadriennium in integ. datur reſtitutio, aut læſio eſt minoris temporis; & tunc dicunt quod nō datur integrum quadriennium, ſed ſolum tantum tempus ad reſtitutionem petendam, quantum fuit tempus læſionis & hoc placuit Bald. & Azo. & Accur. quos ſequitur Dynus in §. ſuſſus iuſti de act. Iac. Bal. contra quos ſequi videtur Odofredus diſtinguens tempus intra quod, & tempus ad quod fit reſtitutio, dicens quod dummodo non reperiatur negligens intra tantum tempus quantum erat tempus læſionis, habeat integrum quadriennium, alias ſi intra illud tempus reperiatur negligens, non reſtituitur poſtea etiā intra quadriennium, quia tempus negligentiæ computatur cum tempore læſionis vel abſentiæ: & ſic intelligit. ff. qua in frau. cred. att prætor § ſi conditionalis. quam primi allegant pro ſe. Alij in hoc vltimo dicto diſcordāt, dicentes quod tempus intra quod, ſemper eſt vniforme, & ſemper habet quatuor annos, vt hic, & in concord. tempus vero ad quod, non datur amplius quam fuerit tempus læſionis, & ſic loquitur, ff. ex quibus cau. maior. ſed & ſi p. i prætorem §. ſi feriæ, & l. ... ſi quis ſæpius. ff. de minu. l ſi. nam in lucro foret is qui reſtituitur ſi amplius haberet de tempore quam fuerit tempus læſionis: quod eſſe non debet ff. ex quib. cau. ma. l. 1. in princ. & l. videlicet. & hoc placuit Petro de Bel. & hoc approbatur, & merito; eſſet enim intrabilis rigor dicere, quod læſus in die debeat obtinuiſſe reſtitutionem intra diem, quod vult prima opinio, vel ſa ... neceſſario ſeparaſſe, quod vult ſecunda. Item contradicit prima opinio quadriennium non dari contra viucap. cum, quod finitur triennio inſti. de viucap. in prin. cum tamen loco anni vtilis, qui dabatur olim. C. de reſti. mi. l. ... & l. ſeq. detur hodie quadriennium, C. de tem. in integ. reſt. l. fin. quod præſcriptioni & viucapioni eſt commune. Reſtat ergo rñdere ad contraria quæ inducit glo. in § quo-

3 Hāc gloſſā latè ſuo more declarat hic Ioannes Imol. etiam videto.

ticus,

Digitized by Google

tiens, primo ipſe, §. quotiens, & ead. l. §. ff fetiæ. determinant ſolum tempus ad quod, puta vt læſus in die reſtituatur ad diem & hæc concordant, ſed non determinant tps intra quod. Eodem modo reſpondeti poteſt ad l. necnon. §. ſi quis ſæpius, eo. tit. vt. l. loquitur de tempore ad quod, vel ſi vis intelligere de tge intra quod loquitur de anno vtili, cuius loco data hodie quadriennium, ſicut ſi hodie diceremus læſum in quadriennio reſtitui intra quadriennium. Lex vlt. ff de mino. facit pro, quia ibi tempus intra quod præcedit tps ad quod, & dantur ibi hæc duo tpa diuerſis. Ibi enim ex tempore in integrum reſtõnis conceſſæ minori, qui nouauerat, reſtituitur creditori tempus quod ſibi ſuperat de temporali actione nouationis tempore.

Per eundem modum reſponderi poteſt ad l. ſi debitrix, §. ſi ff ad Velle. ſi diceretur quod ibi reſtitutio fiat per iudicis officium. Vel dic verius, vt ibi no. ſ. quod ſine temporis interuallo ipſo iure per l. reſtituitur prima actio, & per eundem modum reſponde ad §. ſi condõnalis, ſuperius alleg. ad l. cum poſt, ff. q̃ñ actio de pec. ſñde vt ibi no. nec ibi dereſtõne loquitur. Ad rõnem, q̃ dicebant primi, quod alias eſſet deterior conditio illius, qui vſucepit tpe minoris ætatis, vel abſentiæ cauſa reipublicæ, quam ſi non vſucepiſſet, completa. n. ætate vel ceſſante cauſa vſucepiſſet per tres annos, & tu das quadriennium: Reſpondeo quod non eſt deterior, quia ceſſante vſucapione ille poſſet vendicare quod modo non poteſt: immo ſecundum quoſdam eſt prius neceſſarium iudiciũ reſcindendæ, quod eſt dicere, quod prius reſcindatur impedimentum vſucapionis, & poſtea reſciſſoria detur, i. publiciana actio, quod datur vſucapione reſciſſa, tamen reſeruatur quod ſimul vtrunque intentatur, quod fieri põt, vt no. Gul. in Spec. 4 pte. c. tit. ve. . ſed ouod quid in eodem. Nec eſt melior conditio eius contra quẽ vſucapitur in abſentia, q̃ in præſcriptione, quia vendicãdo intra triennium perpetuatur ſibi actio per conteſtationem, ſed officiũ non perpetuatur per conteſtatiõnem, vt ſup. dixi, æque igitur datur tempus longius.

Iudiciũ reſcindens, & reſciſſorium ſimul intentari poſſunt.

driennio [a] tempus læſionis exſtat. Sed non fiet reſtitutio niſi ad tantum tẽpus, quantum ſe læſa fore probabit. [b]

Finis Libri Primi.

Gl. ſeq. obijcit. & remittit.

a Quadriennio. Sed contra, temporalis præſcriptio non currit minori, ſed ipſo iure ſeruatur illæſus. C. in quibus cau. l. ſi. ergo nec eccleſiæ. Solue vt dixi ſup. eo. conſtituitur. ſuper gl. conſuetudo & c. ſi in 6. opp.

b Patebit. Licet ergo ex affirmatione minoris vel eccleſiæ examinentur cauſæ reſtõnis in integrum, vt ſup. non tñ conceditur reſtitutio, niſi læſione probata, vt hic de quo vide in Spec. eo. tit. §. 2. ver. illud quoque.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS DE IVDICIIS.

Cõtinuatio.

Viſum eſt de præparatorijs iudiciorum, & iudicibus nunc videndum eſt de iudicijs, quæ per magiſtratus exercentur, & redditur, quare ponitur rubrica, de iudicijs.

LIBER II.

TITVLVS I.

De iudicijs.

Clemens v. in conc. Vienanſi.

Conſtitutio Bonifacii, quę habet, quod citationes etiam extra dies ſolemnes publice, factæ de mandato Papæ, in audientia litterarum Apoſtolicarum, vel Papali palatio affixe ianuis maioris eccleſię loci, in quo Papa cum curia ſua degit, arcteat citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent, reſtringitur ad eos, qui impediunt ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorum domicilium tute non poteſt adiri. Ioan. And.

CAP. I.

D[...]VDVM.] Primo ponit conſtitutionem Bonifacii, ſecundo illam reſtringit, ibi: [Quia vero:] Tertio, proteſtatur, ibi: [porro.]

Præſupponendum eſt quod habetur in conſtõne Bonifacii octaui, quæ incipiebat. rem non nouã. videlicet, quod citandus citabatur in audientia contradictoriarum, vel in aula palatij Papæ, & poſtea affigebatur ſchedula in valuis. i. in portis eccleſiæ principalis, vbi erat Papa, & hoc fiebat ſi per ipſum ſteterat quo minus poſſit citari, vel ſi ad eũ non patebat tutus acceſſus. Et condita ſeu facta fuit hæc Clementina propter opiniones, quia aliqui exponebãt præſentium, maxime: alij exponebant præſentium tñ. Secundo, præſuppoenendum eſt, quod auditor ſeu audientiator audientiarum dat literas ſimplices iuſtitiæ, & non tenet ſuum auditoriũ cõ alijs in palatio Papæ, ſed exercet in tertio poteſt eundo verſus ſanctum Michaelem. CASVS. Inter Titium & me pendebat lis coram Papa, & erat articulus, qui non poterat expediri, niſi citato Titio, quia erat ſententia ferenda, vel teſtes producendi, quæritur qualiter ſit citandus: Dicit quod ſcd̃m conſtitutionem Bonifacij ſufficit quod citetur in audientia contradictoriarum, vel in palatio Papæ, dummõ non citetur in diebus ſolemnibus, ſed citetur extra dies ſolemnes, & poſt affigatur citatio in valuis eccleſiæ principalis, vbi eſt Papa cum collegio: Tamen illa erat nimis rigoroſa partibus, ideo hic reſtringit quia illa conſtitutio Bonifacii ſolum habet locum cõtra eos, qui impediunt quominus poſſint citari, vel quando ad eos tutus non patet acceſſus, & tunc valet modo prædicto, videlicet quod citetur vt factũ eſt: vnde ſi Papa decerneret ea certa ſciẽtia tum citandum ex cõſtitutione Bonifacii, quamuis per eum non ſtat quominus citetur, vel ſi ad eum bene ſit tutus acceſſus, & dicat, quod ipſe vult vt tali citatio ſic valeat, tunc valebit perinde ac ſi eſſet facta perſonaliter. No. quod quis eſt citandus perſonaliter ſi poſſit apprehendi, alias citandus eſt de intimatione. ſup. de ele. in c. cum, videlicet quod citatio eſt affigenda in valuis eccleſiæ vel alterius loci, ita quod veriſimile ſit quod executio citationis deueniat ad eius notitiam. No. caſu in quo dicatur quis vltra dietas, vt hic in gl. in ver. vndecunque & idem Lau. & Zen. Not. quod ceſſante cauſa legis, ceſſat lex probat hoc in eo quod excuſat conſtitutionem Bonifacii propter malitiam ipſius Zaba.

[Primo.

dum [a] † Bonifacius Papa octauus prędeceſſor noſter conſtituit, [b] vt citationes [c] auctoritate Apoſtolica de perſonis quibuſcunque, [d] ac ēt vndecunq; [e] ad inſtar edictorū in albo [f] prætoris propoſitorum, ēt extra dies ſolemnes, [g] in quibus Romani Pontifices, proceſſus conſueuerunt facere generales, [h] ipſo Papa [i] ſpecialiter [k] & ex certa ſcientia [l] id mandante [m] factæ, in Apoſtolicarū audientia publica litterarum, [n] vel Papali palatio [o] publice poſtmodum maioris [p] eccleſiæ loci, in quo Romanus Pontifex cum ſua curia reſidebit, ianuis affigēdæ, ſic valeant atq; arctēt citatos poſt lapſum termini, † quem, conſiderata diſtantia locorū [q], citationib ipſis apponi conuenit competentem, ac ſi ad eos perſonaliter [r] deueniſsēt.

Quia vero ſtatutum ipſum rationabiliter [s] editum propter malitiam temporis tunc inſtantis nonnullis nimis rigoroſum videtur. Nos rigorem ipſum manſuetudine

† al. termini

[Prima glo. ſummat, & diuidit; & ponit tempus cō-ſtitutionis.

a Dudum.] Calus Conſtitutio Bonifacii, quæ habet quod citationes etiam extra dies ſolemnes publice factę de mandato Papæ in audientia litterarū Apoſtolicarū, vel Papali palatio, affixæ ianuis maioris Eccleſiæ in cum quo Papa cum curia ſua degit, arctēt citatum ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent, reſtringitur ad eos, qui impediūt, ne ad eos poſſit citatio peruenire, vel quorū domicilium tute nō poteſt adiri. Et primo ponit conſtitutionē Bonifacii: ſecundo illam reſtringit: tertio proteſtatur, ibi.] Por ſo.] Et cōſtitutio iſta ꝓceſſit conc ꝯ...ū, vt in proœmio dixi, & patet inf. c. prox.

4 Modus citandi prędictū in forma huius Cle. locū hēt in ſolo Papa, vt no. hic Zabar. cū videto.

Gl. ſecunda tempus exprimit.

b Conſtituit. in ſua Extrauagan quæ emanauit poſt Sextū, quæ incipit, rem non nouam.

[Glo. ſeq. ſoluit obiectionem intitulationis.

c Citationes.] Licet [quia de citatione hic tractatur.] competenter poni potuiſſet ſub ti. de dilationibus maxime cum prima citatio videatur ante iudicia l. ſ. iuxta no. per Inn. & Hoſt. de proba. qm̄, vt ibi ſcripſi ſuper verb. citationis, qm̄ ēt per prima firmatur iudicium & perpetuatur, & perueniturˀ iuriſdictio, de foro comp. propoſuiſti, de offic. deleg. gratum, cum concord. ideo in iſto titulo congrue ponitur, vt ſciatur ſuper tali citatione poſſet firmari iudicium, facit inſtit. de pœna teme lit. § fin. & quod no ff. de in ius voc. ſuper rub. & hunc ti. eo tit. c. 1 & 2. lib. 6.

1 Vide Mar. Soc tract. de citat arti. 31.

d Quibuſcunque.] exprimit ipſa conſtitutio cuiuſcunque ſint ſtatus, dignitatis vel præeminentiæ eccleſiaſticæ vel mundanæ, etiam ſi imperiali 2, vel regali præfulgeant dignitate tolli etiam omnes indulgentias, ut ibi patet.

2 Not. hic p verba generalia comprehendi etiā illuſtres. Fon.

e Vndecunque] etiam vltra duas dietas. & extra prouinciam. eſt enī Papa vicarius illius, cuius eſt terra & plenitudo orbis terrarum, & c. de dec tua. 2. 9. q. 3. cuncta per mundum. In. And.

f Albo.] erat locus 3. dealbatus vbi ſcribebantur edicta, de quo in auth. de litt § omnem. col. 8 ff de iuriſd. omn. iud. ſi quis id. ff. de albo ſcri. l. 1 & 2. & de hoc vide in Specu. de do. & contu § reſtat in prin & de licita. § ſequitur. ver. & no. ſecundū Vber. ubi etiā not. qui iudices citare poterant per hæc edicta, & qui non.

3 Quod ſit, album prætorū vide per ſeceſſiores e .. cogra-Phos.

Gloſſa ſequens exprimit tres dies, & ſequens quinque crimina, in quibus & contra quæ fieri ſolent proceſſus.

g Solemnes.] Solent 4 eſſe dies Iouis ſeptimanæ ſanctæ, dies Aſcenſionis, & feſtum dedicationis Baſilicarum Petri & Pauli, quod ſeruat eſſe de menſe Nouembris in octaua Beati Martini.

4 Vide I. A. & alios in c. vt cōmiſſi, 2. de hæ. li. 6.

h Generales cōtra hæreticos credētes, & c. vt ſcripſi de hære. excōicamus § ſane. ſuper 2. glo. portantes Saracenis merces prohibitas, vt ſcripſi de iudæ. c. ita quorundam ſuper glo. 2. & piratas, de hoc de tapt. excōicatione, exigentes vel imponentes noua pedagia. de cenſi. Innouamus, falſarios litterarum papalium, de crim. fal. ad fal. ad ſa ſar.orum, & his ſimiles. 5

5 Tales ſunt oēs caſus, q continētur in proceſſu bullæ, quæ ſingulis annis Romæ i die cœnæ Dñi legi ſolēniter ſolet.

i Papa]in inferioribus etiam locum non habet ſaluo eo quod dicitur. infra ti. 1. quamuis.

h Specialiter.] non ſufficeret ergo generale mandatum de citando talem, niſi Papa ſpecialiter exprimat citationem fieri per hanc formam.

Gl. ſeq probat per ſciam excludi ignorantiam & errorem, & dicit quare.

l Ex certa ſcia.] idem verbum de off. deleg. paſtoralis, §. præterea, & vide quod ibi nota. ignorantia opponitur ſcientiæ, de ordin. ab epiſc. c. 1 de ſent. excom. pro illorum, ſicut error opponitur conſenſui ff. de iuriſd. om. iudi. ſi per errorem. & c. nō dicit, ꝗ proprio errorís eſt approbare falſum pro vero, 38. diſt. quamuis, & alibi ꝗ errare eſt aliud ꝓ alio putare. 22. q. 2. in quib. cadit tā error i ignorantia, vt prædi. c quamuis, quare litera iſta vr̄ excludere mandatum quod Papa faceret per ignorantiam vel errorem, ac ſi intendat quod requiritur certa ſcientia, per quam intendat, tollere ius commune, quod debeat citatio fieri perſonaliter vel ad domum, vt ſi. non contel. quoniam, §. porro de, qui mit. in poſſ c. ſi. cum ſuis concor inf. ti. 1. c. 1. & requirendi ſunt am. ci, ff. ex quib cau maiores ſtem aet. §. vlt. & leg. ſeq. ſuper quo vide quod no. de do. & cont. cauſam.

Error opponitur coſenſui, & falsū pro vero approbat.

m Mandate ronſt tum rem non nouam, dicit iubente, per quod videntur hæc paria, & facit ad no. 14. q. 1. c. 1. 18 q. 2 dudum.

Gl. ſeq. ponit duas vel quatuor æquiparationes.

n Litterarum. de ſimplici iuſtitia, de re. iud. e. pen. & ibi manere ſolet contradictarum auditor. Alii auditores in palatio, de quo agitur, & propter h de elect. ne Romani, §. ſanc. ſup. eo lib. de elect. dicit cauſarum & litterarū audientia.

o Palatio conſtitutio illa dicit, aula, cui verbo concordat inf de bapt. pleni

p Maioris.] non dicit cathedralis ſicut ſup. eadē cōpil. de ele. cāni § 1. & in fr. tit. 1. quamuis rō, quia curia poſſet eſſe in caſtro, villa, vel oppido 6. vbi non eſſet eccleſia cathedralis, & cōcor. infra de ſen excō. ex frequētib. vbi æquiparatum cathedrale & matricē eccleſiam. loci.

6 No ex glo. vbi eſt Papa ibi eſt Romana curia. facit c. 3. tum ſta gl. in verbo ſede de priu. li. 6. F.

q. Locorum.] conditionib. perſonarum & negotij. de appel. cum ſit Romana.

r Perſonaliter.] ergo ſicut perſonalis citacio conſtituit quem verum cōtumacem, non ſit manifeſtum. de ſen excom. venerabilib § ſecus. lib. 6. ſic & iſta. Circa iſtam appellationem vide quod dicam. infra de dolo & contu. u ante. Et hoc intendit, qd ille proceſſus, q fieri poſſit contra perſonaliter citatum, fieri poteſt cōtra iſtū, & econuerſo 7 in eo, qui fieri non poſſet contra illum nec contra iſtum ſuper quo vide quod ſcripſi de eo qui mitt. in poſſ c. ſi. & in quæſtione, quam diſputaui de receptione teſtium facta contra citatum ad domum, in mer cu. ſub ſi. de teſtib. Item in quod ad executionem contumaciæ poſſet perſonaliter citatus poterit, & iſte, 7 & quod ille non poſſet, nec iſte, facit de app. ſæpe. ver. quie quid autem.

7 No. Imo ꝗ præſumptio de notitia citationis non eſt iuris & de iure. Fon.

s Rationabiliter. concord ſup de reſcrip. ſtatutum, de cōcel. præb. c. a. lib. 6.

T.m-

a Temperantes.] 45.diſt.diſciplina. & c.ſunt namque.
Gl ſeq alleg. duas concus. & duplicitet iuſtificat hanc reſtrictionem.

b Reſtringimus.] ſimile de elect.ſtatutum.de hæreſ.ſtatutum 2.lib 6 & inf.c.prox. Et conſtitutio Bonifacii dicebat, quod in his præſtitis caſibus locum habebat illa citationis forma, & accipiendo illud præterito, pro tãtum habebamus mẽtem huius conſtitutionis, quæ ſuit neceſſaria; nam graue eſt dicere, quod dicatur vere contumax ea tali citatione, quę facile potest obvenire in eius notitiam, ſicut dicitur de voce præconis; quæ quandoq; paucis innoteſcit. in Authẽ. de lit. §. omnem colla. C. quomodo & quando iud. Authen. qui ſemel.

temperantes, [a] idem ſtatutum & præfatum modum citãdi reſtringimus [b] ad illos tantum, & in illis locũ volumus, ſibi vendicare, qui faciunt, impediunt, vel procurant per ſe vel per alios [c] quoquo modo, ne ad eos poſſit citatio peruenire, [d] vel quorũ [e] domicilia ſiue loca non poſſunt [f] tute & libere adiri. ¶ Porro [g] ei quod circa citationes abſẽtium tam dieb. ſolemnibus quam aliis, Eccleſia † Romana diuerſis ex cauſis interdũ, facere conſueuit, [h] per præſentem conſtõnem ſeu moderationem in nullo volumus derogari.

† In quodã manuſcripto ita eccleſia Romana diuerſis ex cauſis proceſſus interdũ, &c.

¶ Idem.

¶ In cauſis etiam pendentibus beneficialibus, decimarum, matrimonialib & vſurarum & ipſa tangentibus, procedi poteſt ſimpliciter & de plano, abſq; iudiciorum ſtrepitu & figura. Io. And.

c Vel per alios.] ſimile ſup. ea. comp de cenſu ca. vnico. & de offi. deleg. ſtatuimus. lib 6.

d Peruenire.] vt ſ. lit. non conteſt. quo. § porro. & ibi de hoc.

e Vel quorum.] alternatiua demõſtrat, quod ſufficit alterum iſtorum.

f Nõ poſſunt.] hoc æſtimabit Papa ſpẽaliter, & ea certa ſcientia citationis modum committens, vt ſupra.

g Tute.] dicit conſtitutio Bonifacii, cum (vt ſcriptum eſt) æſtimare debeamus, an eo ire liceat vbi eſt citatio facienda.

h Conſueuit.] de quo videre potes in Spe. de citatio. c. vlt per totum. Io. And.

Diſpendioſam. ¶ Primo ponit conſtitutionis cauſam. Secundo ibi, Statuimus. conſtitutionem. Tertio, ipſius extenſionem: ibi, Volentes.

CASVS. Inter aliquos eſt controuerſia & contentio de aliquo beneficio: quia aliquis clericus intendit ius in illo beneficio, vel forte eſt quæſtio de aliqua dignitate, vel ſuper aliqua electione, poſtulatione, vel prouiſione vel de aliquo matrimonio, vel ſuper repetitione vſurarum, vel ſuper illis cauſis in textu numeratis, quæritur vtrum iudex cognoſcens de iſtis cauſis, debeat procedere ſecundum ordinem iudiciarium ad longum: puta quod detur libellus in ſcriptis, quod lis conteſtetur quod fiant productiones teſtium, dilationes, & concludatur, & tenun netur, vel vtrum poſſit procedere ſummarie ordine iudiciario non ſeruato? Reſpondet Romanus Pontifex, quod in his cauſis in tex. poſitis iudex poteſt procedere ſummarie & de plano ſi velit, vel etiam ſi poteſt obſeruare ordinem iudiciarium hoc dicit. Et dicit quod de his verbis, Summarie & de plano, habemus in Clem ſæpe. de verb ſign. quæ facta fuit ad exponendum iſta verba, ſummarie, de plano & c. Diſpendioſam, id eſt, damnoſam. Ordina ſic: Nos Clemens cupientes reſtringere in caſibus ſcriptis, ſcilicet in textu, diſpendioſam prorogationem, id eſt, damnoſam prolongationem litium, quã interdum, id eſt, aliquotiens experientia cauſarum, i. ſic prolongatarum docet prouenire ex obſeruatione ſubtili iudiciarii ordinis, &c. ¶ Et ſic colligo notabile, quod quãq; ſubtilitas reprobatur, vt in glo. Item not. diſpendium eſſe ſi prorogantur lites. C. de iud. l. properandum da do. & contra c. finem. No. finaliter differentiam inter iſta verba ſimpliciter & de plano, & ſine ſtrepitu iudicij & figura. de hoc in gl. in verbo, figura. Zaba.

Ordinario litera.

Prima glo. ſummat, diuidit, & exponit principium.

CAP. II.

Diſpendioſam [i] † prorogationem litium (quam interdũ [k] ex ſubtili [l] ordinis iudiciarij obſeruatione cauſarũ docet experientia [m] prouenire) reſtringere [n] in ſubſcriptis [o] caſibus cupientes: [p] Statuimus, vt in cauſis ſuper electionibus, [q] poſtulationibus, vel prouiſionibus, [r] aut [ſ] ſuper dignitati

i Diſpendioſam.] Caſus. In cauſis etiã pendentib beneficialib. decimarum, matrimonialib. & vſurarum, & ipſas tangentib. procedi põt ſimpliciter & de plano abſq; iudiciorum ſtrepitu & figura. Et primo ponit conſtitutionis cauſam, ſecundo ibi; Statuimus conſtitutionem: tertio ipſius extenſionem, ibi; Volentes. Et hoc eſt ius omnino nouum corrigens quædam iura, vt inf patebit. & dic. Diſpendioſam, id eſt, damnoſam de conſti. tu. ca. 2. ſ. titu. prox. cap. 1. § eiſdem & concor. huic e princ. de reſer. p cap. diſpendioſa. lib 6.

† No diſpẽdium eſſe ſi lites prorogentur. e. cum fine. de dolo & contu. l. properandũ C. de iud. Z. q.

k Interdum.] in. s ouit quod non ſem. q. ſi, in ſuper, alias eſſet dare quod omnia iura per quæ datur ordo iudiciorum, eſſent diſpẽdioſa; quod eſſet abſurdum.

Vide gl 2. q. ſi. in ſumma. Font.

l Subtili.] ſubtilitas quandoque reprobatur, quandoq; commendatur 2. a iure. de hoc ſup. eo. tit. dilecti. in gl. 1. & ibi ſcripſi.

m Experientia.] concor. de elect quam ſit in princip. lib 6.

Gl. ſeq obijcit, & ſoluit, & quæſtioni de ciuis iatis cauſa ſpeciali reſpondet.

n Reſtringere.] non vr hoc verbum conuenire pro eo quod non reſtringit, ſed ſubtilitatem taxat iudiciarii ordinis in caſib. Sed dic quod reſtringit diſpendioſam prorogationem, de qua præmittit, & hæc eſt conſtõnis cauſa generalis, ſed cauſa cauſæ, i. quare plus in his quam in aliis, poteſt dici de arbitrariis, de quibus non cog mur reddere rationem, vt dixi de reſcrip. ſi quando. ita etenim potuiſſet auctor adiungere cauſas primitiarum, oblationum mortuorum, teſtamentorum, legatorum, maxime ad pias cauſas, & iis ſimiles, in quibus viget eadem ratio. Mouit autem forſan auctorem, quod protelatio cauſarum beneficialium & matrimonialium eſt periculoſa, vt lit. conteſt. quoniam & idem periculum ponderauit in litibus debentibus vſuras vel decimas. & hæc faciunt ad infra reddendum.

Ratio de ar- ... nom ... redditur.

o Subſcriptis.] in aliis ergo ſecus, in quibus non eſſet id expreſſe ſtatutum, vel a principe ſpecialiter commiſſum, & vide quod nota. de verborum ſignific. ſæpe. in principio.

p Cupientes.] hic incipe conſtructum.

q Electionibus.] olim non tenebat proceſſus in cauſa electionum partibus præſentib. lite non conte. ſ. de ele. dudum 2. quæ in hoc corrigitur. & concord. illi iuri de dolo & contu. cum qui. lib 6. & de eo qui mit in poſ c. cum qui.

r Prouiſionibus.] factis vel faciendis. ſ. de ele. vt circa & c qui contra ſecundum lib. 6.

ſ Aut.] repete de cauſis.

a Cano-

a Canonicatibus.] concor. de elect. c. 1. lib. 6.

Gl. ſeq. quærit, arguit negatiue, contrarium ſoluit ſecundo ſoluit tria dubia, primum, de cauſa monachationis per tres rationes: ſecundum, de cauſa proprietatis eccleſiæ per rationem, & quattuor ſimilia: tertium de cauſa priuationis, In quo diſtinguit.

bus, perſonatibus, officiis, canonicatibus, a vel præbendis, ſeu quibuſuis beneficiis b eccleſiaſticis, c aut ſuper decimis d (ad quarū e præſtationē præſint, q tenētur f eas. præmoniti g cēſura eccleſiaſtica coerceri h) nec nō ſuper matrimoniis i vel vſuris, & eas quoquomodo tā

b Beneficii.] nunquid in cauſis ſuper hoſpitalib. eleemoſynariis vel leproſariis habebit hoc locum? Videtur q̄ non. ī de præb. per litteras. Tu dic contra per verbum officij, quod præmiſit. ad hoc inf. de relig. do. quia contingit. vbi rectores vocantur; & tutoribus & curatoribus ſimilantur. 1 Eadem ratione cum monachatus ſit officium, puto idem in cauſa monachationis, & ſi dicatur monachus eligi, poſtulari, vel prouideri, hoc eſt planum per literam ſuperiorem. & facit quod dixi poſt Inn. & Hoſt. de ele. c. ſi eſſet. Aliqua tamen iura dicunt monachum fieri, creari, recipi, ordinari. de regul. c. 1. & vlt. lib. 6. de ele. indemnitatibus §. ſi vero 16. q. vlt. cap. vlt. tñ negari non poteſt, quin canonicatus regulares in verbis ſuperioribus includantur, quo iure monachatur excludeſ[...] non video. Item prorogatio diſpendioſa non minus in regularibus, quam in ſæcularibus eſt, cauſa ergo deficit. 2 Tamen per litteram illam beneficii, dico q̄ ſi de eccleſia agatur vt de proprietate, non eſt locus conſtitutioni, cum illa quæſtio beneficialis non ſit. nec hic dicatur de cauſis eccleſiarum. ſimilis differentia quo ad miſſionem, vt lit. non conteſt. c. 2. de do. & contum. c. ſi. de eo qui mit. in poſſ. c. 1 & eod. tit. cum qui lib. 6. & quo ad permutationem de rer. perm. ad quæſtiones. & c. cum olim. & c. cum vniuerſorum. & quo ad præſcriptionem, de iure patr. cum eccl. reg. iur. c. a 2. lib. 6. & quo ad tranſactionem, vt no. de tranſa. ſup. eo. Si vero agatur ad remotionem beneficij, & negatur fœdus coniugij ſpiritualis vel titulus, puto decre. locum habere: ſecus ſi non negatur titulus, ſed propter crimen petitur remoueri facit quod dixi poſt Inn. & Hoſt. vt lit. non conteſt. quoniam. §. porro, ſuper a glo.

c Eccleſiaſticis.] In ſæcularibus ergo nil eſt mutatum quamuis in eccleſiaſtico foro tractentur.

Gl. ſeq. primo ſoluit dubium, de decima ſingulari. ſecundo quærit de Papali, & ſoluit per tres rationes; tertio quærit de iure percipiendi, & ſoluit tollens duo obſtantia.

d Decimis.] intelligo communibus, & quod iure diuino debentur, quod probat ſequens littera ergo ſi debeantur ex pacto, pollicitatione, vel voto, non erit locus huic conſtitutioni & facit quod no. ſup. de decim. tua 2. in fin. 1. glo. Quid de decima Papali, de qua inf. de deci. ſi beneficiorum & inter illum cui Papa conceſſit & clericum ſit quæſtio, erit ne locus huic conſtitutioni; puto q̄ non fuerit hoc de mente, nec ſemper eſt illa decima, ſed quandoque viceſima, vel alia quota de vot. c. fin. Et iſta conſtitutio iura corrigens & exorbitans non eſt amplianda vel habilitanda. de regul. iur. quæ a iure, lib. 6. Sed quid ſi non eſt quæſtio cum debitore decimæ, ſed inter duas eccleſias ſuper iure percipiendi; tunc puto locum eſſe conſtitutioni per hanc litteram, & litteram quæ ſequitur, & eas quoquo modo, &c. Nec obſtat littera quæ ſequitur, quæ non eſt determinatio huius caſus, vel reſtrictio. ſed interpoſitio. quod probatur ex eo quod dicit, ad quarum etiam, &c. Non dubitat quod dixi ſuper vet. beneficiis: quin cauſa ſuper proprietate decimarum ſit decimalis.

e Præſtationem.] integrā, & ſine deductione ſeminis, vel impenſarum quoad prædiales. de deci. cū ſint homines & c. non eſt &c. tua 2. quo ad perſonales dic vt eo. titu. paſtoralis

f Teneatur.] Quilibet 4 autem laicus tenetur qui ſe non oſtēdit immunem. ī. de deci. a nobis. De clericis dic vt eo. c. nouum De religioſis dic ī. eo. ti. e. parte. & contra quoſcunque ea his agatur, locum habet conſtitutio: & contra religioſos aſſerentes ſaltem decimam integrā in præcepto non eſſe, emanauit conſtitutio ī. de pœnis, cupientes.

Gl. ſeq. alle. tres cōcor. & ponit quotuadam obſeruantiam.

g Præmoniti.] ī. de deci. peruenit. inf. de ſent. excom. ſacro. & c. conſtōnem. lib. 6. Multi ſeruant, & vt expediens eccleſiis q̄ faciant mentionem generalem fulminantem excommunicationis ſententiam in non ſoluentibus decimas fructuum prædiorum, quæ habent in parochia. & poſtea non ſoluentes, per eccleſiam denuntiari. facit de iureiur. ad noſtram 2. & coaptant eam præcedenti culpæ, motæ, vel offenſæ, vt ſatisfiat decr. Romana §. caueant de ſent. excomm. lib. 6.

h Coerceri.] appellatione remota, de decim. tua. 2. in fin. quod intellige vt ibi ſcripſi, & contra pertinaces 5 inuocari poteſt brachium ſæculare. de homicid. poſtulaſti.

Gl. ſeq. primo diſtinguit an de fœdere matrimonii agatur, an de adulterio: primum multipliciter exemplificās & oſtendes in quo corrigitur iura vetus. Secundo quærit de ſponſalib. Tertio quærit de cauſa matrimoniali, quæ ſuccedit cauſa ſucceſſionis.

i Matrimoniis.] ſi quæratur de fœdere, non eſt dubium, ſiue agatur ad impediendum, ſiue ad dirimendum, ſiue ad declarandum, vt quis vendicatur coniux negans contractum. Quod autem de dirimendo dixi, intelligo ſiue petatur dirimi matrimonium, quod a principio non tenuit, vt contractum inter infideles, inter quos erat impedimentum dirimens; ſiue quod a principio tenuit dirimi petatur propter creatoris contumeliam ſuper ſententē in caſibus de diuor. quanto & c. gaudemus. Hoc autem caſu quando de fœdere quæritur per vetera iura, procedi non poterat lite non conteſtata, niſi parte contumace; vt lit. non conteſt. accedens. & c. quoniam hodie ſecus, vt hic. Quid ſi agatur de crimine adulterij ad ſeparationem tori? Videtur per decr. ī. ut lit. non conteſt. q̄ conſtitutio locum non habeat; nam vt ibi patet, proceſſus qui per iura vetera fieri poterat, parte contumace in cauſa matrimoniali fieri non poteſt eo caſu Quod ſi agatur de ſponſalibus; certum eſt q̄ iſta ſunt vniuerſa, vt patet in rubrica de ſponſalibus & matrimoniis; tamen per litteram ſequentem videtur conſtitutio locum habere, 6 quaſi ſponſaliorum cauſa ſit de tangentibus. Quid ſi ſit quæſtio ſucceſſionis & natalium in qua incidit cauſa matrimonialis in principali; Non habebit locum conſtitutio, ſi tamen incidens matrimonialis quæſtio deferatur ad iudicem eccleſiaſticum, 7 poteſt locum habere conſtitutionem ēt per iura vetera, ſecundum Innoc. & Hoſt. non erat tunc neceſſe libellum fieri, vt ſcripſi. qui ſi[...]int legiſlator.

g Facilius.] propter hanc rationem ponderatam fuiſſe ſup. proxi. reſponſio.

h Patronos oẽs. facit quod no. de elect. quia propter verſũ. vel ſaltem alias iure communi, & c. de reg. iur. in re communi. lib. 6.

Gl. ſeq. dupliciter litteram exponit, & cõtrarium & ſoluit, ſecundo ſoluit quõnem, contra ſui. alleg. iura iura, quibus reſpondet, & ſolutionem iuſtificat.

i Libere. id eſt ſine ſuperioris auctoritate, & ſic improbat quod no. Inno. in decr. querimoniam. Item dic hoc etc, ẽt ſi non vacat eccleſia. facit de dona. conſultationi. b. ſup. ea compil. de reb. eccle. non alie. ſi vna. hoc probat plurale, alternis vicibus, certum eſt enim qđ vna vice non concurrit duplex vacatio. Nõ obſtat concel. præben. c. ſi. quia illud fiebat in fraudẽ vacaturæ, hoc autem ad tollendam diſcordiam, & ad faciliorẽ prouiſionem eccleſiæ. Et eadẽ rõne videretur patronus plurium eccleſiarum poſſe inter ſe diuidere: vt vnus ſit patronus in una, & alius in alia vt not. Vin. eod. titu. cap. 1. & c. ex inſinuatione. Sed contra ff. fami. erciſ. l. ſ. patronum quæſtionis. ff. de ali. leg. 3. ff. de iurepat. l. ſi. per quæ pa

Patroni plurium eccleſiarum, poſſunt quædam

ter, patronatum libertorum inter patronos diuidi non poſſe, licet alimentorũ præſtationes diuidere poſſint. Sed dici poſſet qđ fortius eſt iuſpatronatus libertorum quam eccleſiarum, vnde illud non alienatur, iſtud ſic, illud tranſit in ſuos etiam non hæredes. ff. de iurepa. ſi. l. ff. de lib. le. Aurelio, § Cuius iſtud non vt ſcripſi poſt Inn. eo. ti. cum ſecundũ. Itẽ vt ibi no. permutatur patronatus cum patronatu, quare ergo pars patronatus vnius eccleſiæ cum parte, quam habet compatronus in alia, non poterit permutari, vt qđ iuris de reſcr. ſic de nſi. delega. paſtoralis. § 1. ff de ſeruẽd. quæ de tota.

inter ſe facere, qđ vnus ſit patron. in vna, & alius in alia.

De cenſibus, & exactionibus, & procurationibus.

Clemẽs v. in conc. Vien.

Religioſi ſubire tenẽtur onera, quæ incumbebant eccleſiis ſuper eos ante hoc cõcilium acquiſitis, niſi priuilegio, exẽptione, vel alia iuſta cauſa iuuentur, quæ priuilegia, vel exemptiones, non iuuant in eccleſiis poſt concilium acquirend. ſ. b. d. Io. And.

Collationes quãque fiunt per vices.

k Alternis vicib. id eſt quod vnus præſentet eccleſia qua occurrat vacatio, alter ſecunda, alter tertia, has etiam viciſſitudines quandoque ſeruant ſingulares perſonæ collegiorum. in collationib. ſpectantibus ad collegia de præben. c. vlt. lib. 6

l Quibus etiam. tertium dictu inducens ius nouum & æquiſſimum, quod intelligo de laicis, vt inf. dicam.

CAP. I.

CVM

m Ex eadem cã facilioris prouiſionis eccleſiarum.

n Permittimus.] olim ergo hoc non licebat, bene enim poterat laicus præſentato uno aliũ præſentare. eo. titu. quod aũt. & c. cum autem. & potior erat conditio inſtituti ab epiſcopo, vt ibi: videbatur tam epũ primo tenere: quod intellige vt dixi eo. tit. paſtoralis. Si ergo licebat ſic ſucceſſiue accumulare, honeſtum eſt. vt liceat etiam ſic præſentare.

o Plures.] quotcunque, vt dixi in prin. cap.

p Præſentare.] ſimul uel ſucceſſiue, licet enim cum olim laicus præſentabat ſecundũ, dareiur optio epo, ipſe tam laicus inſtabat pro ſecundo, modo uero poteſt relinquere hoc epi optioni. Et hic no. qđ licet electiones non poſſint fieri alternatiue. de elect. c. 2. lib. 6 præſentationes ſic, ut hic. quod de laicis intelligo uel clericis præſentãtib. ex patrimonio, in quibus locum habebat quod dixi ſup.

Electiones non põt alternatiue fieri.

q Perſonas. etiam in minoribus conſtitutas. quod arte vt de inſtit. c. 2. lib. 6 Io. And.

r Per epm. vel aliu inſtituentẽ, cum eadẽ ſit ratio.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, &c.

Viſum eſt ſup. de iurepat. verum quia patronus aliqñ in fundatione & ẽt dotatione retinet aliquem cenſum auctoritate epi, & alias procurationes ſeu cõmeſſationes, ideo annectit rubricam, de cenſibus, &c.

Cõtinuatio

CVm ſit. duæ ſunt partes, qua primo, ratione præmiſſa ponit ſtatutum ſuum cum exceptione. Secunda, exceptionem limitat & declarat ibi. Priuilegia. Imol.

CASVS. Papa alicui loco religioſo eccleſiam Pictauen. vel Turonen. diœceſis donauit, uel forte ipſe epiſcopus cum conſenſu ſui capituli, a qua eccleſia epiſcopus cõſueuerat habere iura epalia, puta exigere procurationem ratione viſitationis, quæritur utrum per iſtam donationem eccleſia ſit exẽpta ab omnibus one-

L 2 ribus

ribus & iuribus epalibus, vel vtrum religioſi illa onera teneantur ſoluere? Dicit clemēs qđ teneantur ſupportare huiuſmodi onera, niſi velint aſſignare cōgruam penſionem vicario, vt poſſit illa onera ſupportare:& hoc verum niſi iuuarētur priuilegio exemptionis, vel alia cauſa legitima. ta men priuilegium vel exemptio. [ſi qua cō petat] non proficit ī eccleſiis poſt conciliū acquirendis. No. ꝙ q ſentit cōmodū, non debet onus recuſare vulgariter: Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum. Et ſumpta ſunt hæc. ff. de reg. iur. in melius diceretur, quod ſumantur a iuribus vnde ſumitur regula. l. l. ff. de reg. 10. No. magis ſpecifice cum eccleſia datur loco religioſo ex donatione epi, Papæ vel legati, tunc datur eum omnibus oneribus ſuis & hoc niſi donator ot pēſionem vicario vt ſuſtineret huiuſmodi onera. No. iuncta gl. quod Papa poteſt priuilegiare, aliquē vt non teneatur ad procurationē Apoſtolicæ ſedis, vel vt nō teneatur ad iura epiſcopalia. Et ſic princeps pōt priuilegiare aliquem a ſolutione tallatum, vt ille priuilegiatus non teneantur ſoluere talliā: tñ ſecundū doctores illam portionem nō debet imponere, alias alias peccat. Not. qđ vicarii conſtituti in beneficiis ſpectantibus ad monachos, non tenentur ad onera, ſed ipſi monachi. No. qđ priuilegia ſunt reſtringenda ꝓ hoc hac littera in fi. ibi, (Non extendi.) & de reſcrip c. vlt. lib. 6. de deci. c. a. eo. lib. Zabar.

f Iura epiſcopalia) de quibus de offi. ord. conquerēte. ſup. tit 1. c. 1. Et vide, pro procuratio legatorum & iura epiſcopalia ponuntur vt diuerſa: per quod patet quod qui ex pacto tenentur ad iura epiſcopalia non per id tenentur ad procurationem prędictam.

ſit a naturæ b conſonum illos non recuſare onera, qui rerum commoda cō-plectuntur: Hac in perpetuū valitura cōſtitutione ſancimus vt religioſi c quicunque pro monaſteriis & eccleſijs quæ ad eos quucunque ſunt titulo d deuoluta, procurationes legatorum ſedis e Apoſtolicæ, ac iura epſcopalia f & alia pręſtari pro ipſis antequā ad eos perueniſſent, ſolita, g prompte ſoluere ſtudeant, niſi forſan ſedis Apoſtolicæ priuilegio, h exemptione, i vel alia cauſa legitima k ab his ſe valeant excuſare.

Priuilegia uero ſeu exemptiones l huiuſmodi ad monaſteria, ſeu eccleſias, quę ad eos obuenire contingit, in poſterum m volumus n non extendi.

Idem.

Ponit quædā grauamina quæ prælati inferebāt exēptis, præcipue Ciſtercienſibus & illa fieri prohibet ſtatuens quod de epiſcopi qui in monaſteriis Ciſterienſis ordinis charitatiue procurātur, ſint cōttēti cibariis, quæ per illos miniſtrātur. Si vero procurātur ex debito, ipſis volētibus carnes miniſtrari debēt ext. ſepta monaſterii, vel ſaltē ext raportam, quæ dicitur Regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarii fragmenta menſarum poſſunt pauperibus erogare b. d. I. A.

(Glo. ſeq. tria ponit exempla.

g Solita. vel ex impoſiti one facta tempore fundationis. 18 q. 2. Eleutherius, eo. tit. quāto de iurepa. præterea 2. vel ex antiquo vſu de hoc. e. ti. peruenit, vel q̄ a res aliqua hōs onus annexū, pernenit ad eccleſiā in q̄ tranſiuit cum ſuo onere. 16. q. 1. ſi quis laicus, de deci. paſtoralis, ff. de pig. cex literis ff. de contrah. emp. alienatio.

h Priuilegio: hoc iuuat quo ad omnia prædicta.

i Exemptione. ſi intelligas ab epali iuriſdictione, hoc non iuuat quoad procurationes legatorū ſedis Apoſt. a 1 quas exēpti tenentur, nō obſtat eo. tit. cum inſtantia, ꝙ expone, vt ibi dix. contra illas non valet præſcriptio de præſcr. accedentis.

Glo. ſeq. ponit tria exēpla, in primo, & tertio diſtinguit, ſecūdo quærit, & ſoluit.

Gloſſa prima ſummat, & diuidit.

a Cum ſit.] religioſi ſubire tenentur onera, quæ incūbebāt eccleſiis per eos ante hoc cōcilium acquiſitis. niſi priuilegio, exēptione vel iuſta cā iuuentur. quę priuilegia vel exemptiones non iuuant in eccleſiis poſt concilium acquirendis. Secunda, ibi, priuilegia.

Glo. ſeq. dubium ſoluit inducens duo ſimilia.

b Naturę.] ſumptum de regula formatā per modū contrarium. ff. de reg. iur. ſecundum naturā & vide de reg. iur. qui ſentit. lib 6. & dicit lex, ꝙ non eſt ferendus qui lucrum amplectitur, &c. C. de cadu. toll. l. vnica §. pro ſecundo in fine.

c Religioſi.] in alijs ergo locum non habet inquantum inducit ius nouum. ſimile ſup. ea. copil. de deci. c. a. de teſta. c. 1.

(Glo. ſeq. tria exempla approbat, & tria reprobat.)

d Titulo.] vt donatione. de do. conſultationibus permutatione. de re. permu. ad queſtiones: vel præſcriptione. de iurepat. cum. titulo vero exemptionis haberi non pñt de ſimo. querelā de iurepa de iur. & an tranſeat cum vniuerſitate, ſcripſi eo. tit ex literis titulus et edificationis vel fundationis adaptatur huic caſui.

Titulo multiplici pōtec eccleſiæ ad religioſos peruenire.

e Sedis Apoſtolicæ.] de iuretur. ergo. N. de cenſi cum inſtantia.

Gloſſa ſequens queſtionem ſoluit.

K Legitima.] puta compoſitione. ſ. c. proxi. verū nec cōpoſitiones, qđ intelli ge quoad illa in quib. valeret cōpoſitio. de hoc eo. tit. cum venerabilis. vel res iudicata de re iud. cū inter. & no. de præſcr. cum ex officii. in vlt. gl. Præſcriptio non vr̄ hic adaptari, cū loquatur textus de his quæ pſtari ſolebant, noua vero pſcriptio poſt acquiſitionē illarū bene poſſet adaptari in his iuribus. quæ ſunt præſcriptibilia, de præſcrip. de quarta. Sed nunquid erit legitima cā ſi iudicatur indebita fuiſſe Sol. puto de mente huius conſtitōnis qđ percipiens in poſſeſſione defendatur donec probetur indebitum eo. tit. peruenit. facit de elect. querelam ad finem, & qđ ibi no. de offi. ord. duo ſimul. in 3. glo.

l Exemptiones huiuſmodi.] intelligo generales vel a prædictis iuribus.

(Glo. ſeq alleg. 2. concor. ponit tempus concilii: quærit & ſoluit.

m In poſterū] cōcor. de deci. nup ſimile. ſ. ea. cōpil. de reſcri littera. Vides ergo qđ priuilegia vel exēptiones, quas habebāt religioſi, et circa eccleſias acquirendas non hñt locū niſi in acquiſitis ante cōcil. Vñ ñ. De religioſis dixi: quia circa ſeculares nil innuat illa cōſtitutio. Et ſcias qđ cōcilium inchoauit anno dñi. M. 312. die cal Octobris, & terminatū fuit anno ſequēti 6. die Aprilis, & ſic durauit vltra ſex mēſes Scito ergo qñ acquiſita erint, ſcias ante cōciliū vel poſt. Quid de acquiſitis durāte cōcilio vel poſt conciliū antequā conſtitutiones ligarēt, de quo ſatis dixi in proœmio, æquū videretur qđ acquiſita antequā ligarent conſtitutiones priuilegiis & exemptionibus gauderēt, per ea q̄ ibi dixi.

Clemētinæ, quā fuerunt factæ.

(Gl. ſeq. obiectionē ſoluit, & allegat quatuor ſimilia.

n Volumus.] ſit pro ratione voluntas, cum alias deceat

Voluntas quā que eſt pro ratione.

eeſt priuilegium principis eſſe manſurum. de reg. iur. decre. li. 9. cum concor. & eſt ſi. ſup. ead. comp. 2. de ſepul. dadum § penult. & ſup. tit. 1. c. 1. in fi. de reſcri. cap. vlt. de deci. c. 2. lib. 6. fuit tamen motiuum, quia priuilegium tendebat ad noxã. de deci. ſuggeſtum. vbi de hoc.

CAP. II.

AD † noſtrum[a] (quod dolẽtes [b] referimus) peruenit auditum, quod eccleſiarũ prælati ad monaſteria Ciſtercienſis ordinis accedentes, licet ab eis charitatiue recipiantur et eis curialiter neceſſaria miniſtrentur, cibis tamen regularibus [c] non contenti, contra priuilegia dicti ordinis carnes petunt, & ſi eis non miniſtrentur, auferunt violenter. Et licet in locis eiſdem fiant eleemoſynæ competenter, ipſi tamen prælati ipſis religioſis inuitis [d] alias eleemoſynas faciunt etiam in aliquibus locis, in quibus procurationes non habent de conſuetudine, vel de iure. Pro equitaturis quoque ferrandis licet ferris [e] non egeant, & eos eorum ſui officii [f] ratione pecuniã exigunt & extorquent. Nec compoſitiones [g] ſuper procurationibus inter prælatos

† Vide c. cũ Apoſtolus. extra de cenſib. & c. 1. & 3. eo. ti. li. 6. & c. oia p. cõcil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3. vbi plena de materia viſitationis.

AD noſtrum. ſupra ſupponendum eſt q̃ aliquando paſtori faciant ordinarii per epiſcopũ, vt tali die illa eccleſia teneatur dare vnam procurationem, id eſt, comeſtionem.

CASVS. Ad nonnullis in concilio Vienneñ. fuit expoſitũ q̃ epiſcopi in ſua natione ordinis Ciſtercienſis, qui ordo eſt exemptus a diœceſanis, petebant procurationes, ſiue comeſtiones, quas monaſteria tenebantur ſoluere, illi epiſcopi non erant contenti cibis, vel epulis regularib. & communibus ipſis ſecundum regulam ſuam, ſed petebant carnes & etiam illas petebãt adminiſtrari ſibi intra ſepta monaſteriorum, q̃ eſt cõtra ipſorum regulam. Et cum ipſi Ciſtercienſes non uellent ſibi dare procurationes, ut ipſi epi petunt, ipſi rapiunt violenter, & tamen quã. plures eleemoſynas de bonis religioſorum, quamuis etiam ipſi religioſi ſufficientes eleemoſynas faciant, & etiã epi iſtas procurationes accipiunt in pluribus locis, in quibus non debent habere de iure uel conſuetudine. Item epiſcopi ut magis grauarent monaſteria Ciſtercien. faciebant ferrari equos ſuos, quamuis non indigerent. Item cocí. epiſcoporum dicebãt, date mihi pecuniam, ego feci coquinam & paraui cibaria noſtra dño meo, ego non teneor ſibi parare tpe uiſitationis immo monaſteria tenentur mihi ſoluere, & ſic ille cocus exigebat unam quantitatem pecuniæ. Item iſti epi non approbabant compoſitiones factas inter prælatos ſuper procurationibus recipiendis, immo extiterant graues & rebelles, ſic quod multa bona monaſteriorum dilaniabant & cõſumebãt in modico tempore, & adhuc non erant cõtenti de procurationibus ſuarum perſonarum, ſed etiam habebant magnos & paruos canes venaticos, quibus neceſſe erat procurationes dari. Item habebant aues venaticas, ut accipitres & quamplurima alia onera inferebant. Nam ſi religioſi non ſatisfaciebant voluntati ipſorum epiſcoporum, ipſi vel ſeruitores frangebant portas monaſteriorum. Item ipſi recipiũt plures procurationes in die, quia accipiunt pecuniam loco procurationum, & non uiſitant quæ viſitare dẽnt, immo omittunt uiſitare accepta pecunia pro procurationibus, & ſic ipſi prælati accipiunt & exigunt ab ipſis religioſis illa, ad quæ ipſi non tenentur. Item ſunt aliqui prælati qui quando vident q̃d Papa mittit aliquos nuntios in diœceſi eorum, ipſi exigunt pecuniam pro procuratione illorum nuntiorum, & illam exigunt, ſaltem exigunt maiorem partem a locis exemptis & aliis locis religioſis, & hoc faciunt vt ipſi non tantum grauent preſbyteros ſuos, ſed etiam vt ipſi ſeipſos liberent. Et illi qui iſta expoſuerunt in concilio, dicebant q̃d iſti prælati grauabant monaſteria exempta in multis aliis, quare iſti exponentes quærant a Romano Pontifice quid fiendum de iſtis, Et dicit Clemens, q̃d ſi iſti prælati cõueniant ad iſta monaſteria exempta non cauſa viſitationis, ſed charitatiue & gratia hoſpitalitatis tunc ipſi dẽnt eſſe contenti, & debent recipere victualia regularia, & illa cibaria debent illis tradi intra ſepta ipſorum religioſorum, non tñ infra porta quam regularem appellant, & hoc maxime ſi illa cibaria non ſint conſueta nec ſecundum regulam ipſorum religioſorum. Et ad hoc quod ſupradixi, q̃ illi faciebãt eleemoſynas, quamuis religioſi ſufficiẽter facerent; Reſpondet, q̃ ipſi poſſint facere eleemoſynas de fragmentis menſæ, hoc eſt, de reſiduo eorũ quæ relinquũt ex mẽſa. Et ſi de cætero iſti prælati velint contraire indignationem ſedis Apoſtolicæ, docet eos quieſcere ab iſtis grauaminibus ſuperius expreſſis. Nota q̃ epiſcopus non dẽt recipere eadem die plures procurationes, niſi hoc haberet ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vt dicit textus, pluresque procurationes recipiũt vna die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non fulciti. Na. iuxta gloſſa, q̃ poteſt fieri compoſitio de & ſuper modo procurandi, & numero procurandorum, ſi contentio & controuerſia fuerint inter procurandum & illum, qui debet procurare; puta epiſcopus poteſt facere talem compoſitionem, tollens quotiens ego veniam charitatiue vos viſitando, dabitis procurationem, id eſt alimẽta pro me, & ſex de meis ſeruitoribus, uel quatuor, vel plus, vel minus. Nota q̃d epi cum uiſitant, non debent habere canes venaticos, nec aues, immo etiam non debent habere dum non viſitant, quia omnia iſta ſunt prohibita clericis & ſæcularibus Nota, ibi, Sunt nonnulli.] quod tam exempti quã non exempti tenẽtur conferre ad procurationem legati ſeu nuntii ſedis apoſtolicæ No. ibi, [Charitatiue recipiantur.] quod monaſteria tenẽtur ad recipiendos hoſpites ſic & alii clerici. de præb. de monachis. de emp. & vend. c. 1. Et dicit Laud. q̃d ad hoc poſſunt per excommunicationem compelli 44 diſt. §. hinc etiam. Nota de cibis regularibus. de hoc in gl. 3. & ſunt oua, caſeus, & piſces. Zabarella.

Prima gl. ſummat, & diuidit.

a Ad nullum. Ponit quædam grauamina, quæ prælati inferebant exemptis præcipue Ciſtercienſibus, & illa fieri prohibet, ſtatuens q̃d epi, qui in monaſteriis Ciſtercien. ordinis charitatiue procurantur, ſint contenti cibariis, quæ per illos ſibi miniſtrantur. Si uero procurantur ex debito, ipſis volentibus carnes miniſtrari debent extra ſepta monaſterii, vel ſaltem extra portam, quæ dr Regularis. Ipſorum etiam eleemoſynarii fragmenta menſarum põt pauperibus erogare. Prima pars ponit grauamina, ſecunda prouidet. ib., Nos igitur.

b Dolentes. ſup. ead. compil. de ſtatu mona. c. 5. uer. viſitatores. & ibi concor.

c Regularibus. de quibus in regula B. Bñdicti. 39. c.

d Inuitis. non erat ergo dicenda eleemoſyna, quæ a rapina ſiebat, e. q. 1. non eſt putanda.

e Ferris vide quo no co. tit. exigit. in gl. a lib. 6.

f Officii. contra id eo. tit. Romana §. procurationes. lib. 6. Gloſſa ſeq. obiectionem ſoluit.

g Compoſitiones.] compoſitio, per quam tollatur procuratio debita viſitatiõ non valet, nam enim viſitatio per compoſitionẽ tolli non poſſet, ita nec procuratio quæ debetur iure annexationis ſicut de præſcriptione dr ne prælat. cum ex officii. ſed erant compoſitiones ſuper modo procurandi uel numero procurandorũ, quæ ſeruandæ erãt facit quod no. 16 q. 7. quicunque, ſicut

† Procuratio viſitanti debita tolli non põt per cõpoſitionẽ vide plene Abbatem in c. cum ex offi. eii. de præſc.

Digitized by Google

etiam ſup decimis a ſit expoſitio. de deci. ex multiplici.
a I. 1 a prælatis.

b Conſumit. contra id eo. tit. cum Apoſtolus Refert Suetonius libro 2 q Tiberius præſidibus ſuadentibus prouincias onerare tributo, reſcripſit, boni paſtoris eſt tondere pecus, nõ deglutire.

ADDITIO. Vel potius deglabere, id eſt pilos euellere, ita diſtiſtius aliter legit non intelligo.

c Habent. contra id eod. titu. cum apoſtolus de cleruena cap. 1. & 2.

d Aluæ.] de ſpon. conſultationi. in principio.

e Franguntur.] an hæc licet etiam habenti iuſtam cauſam & poſſeſſionem, cui denegatur præſtio vel hoſpitium, vel procuratio, plene ſcripſi poſt Inno. de immu. eccl. cap. 1.

ſiatum, etiam ſi domus eſſent ad hoc aptæ, niſi prælati conſentirent ibi procuratori.

q Aliquin.] et ſi extra ſepta non fuerint domus monaſterii ad hoc aptæ.

Gloſſa ſeq. alleg. vnam concor. quærit & ſi licit, & ſolutionem determinat.

ipſos & eos initas eis ſeruant: Ipſis a etiam in recipendis procurationibus ita graues exiſtunt, quod ipſis in eorum monaſterijs, & eccleſijs procurationes recipientibuss longi temporis victum breuis hora conſumit: b & dum procurationes recipiũt, caues venaticos, ſalcones, & accipitres ſecum habent: c Et niſi voluntati ſatisfiat eorum, valuæ d monaſteriorũ ſeu eccleſiarum per violentiam ſæpe frangũtur, e & ornamenta eccleſię exportantur, f pluresq; procurationes recipiũt vna g die ſedis Apoſtolicæ priuilegio non ſuffulti; interdum in pecunia numerata, viſitationis etiam officio non impenſo, h & occaſione dictarum procurationum ijdem prælati ab ipſis frequenter exigunt, quæ illis ſoluere nõ tenentur, intolerabilia eiſdem grauamina cumulantes: Sunt † i & nonnulli, qui procurationes nunciorum Apoſtolicæ ſedis, aliaq. extraordinaria onera exemptis, & alijs religioſis pro maiori parte imponunt: vt ſe ac presbyteros liberent ſæculares, religioſos ad ordinandum huiuſmodi onerum diſtributionem minime aſſumentes; k In multis etiam alijs præfati prælati, exempta monaſteria, & ipſorum eccleſias vtroq; l illis iure ſubiectas, grauãt in procurationib. recipiendis, & oneribus inſolitis imponendis.

¶ Nos igitur ſuper his volentes de opportuno remedio prouidere, ſacri approbatione concilij duximus ſtatuendum, vt ſi epiſcopi non cauſa viſitationis, ſed charitatiuæ hoſpitalitatis ad monaſteria venerint ſupradicta, m victualia gratioſe n recipiant, quæ charitatis gratia eis fuerint miniſtrata. Ipſis autem epiſcopis ad monaſteria venientibus ſupradicta, & procurationes ibidem recipientibus ſibi debitas de iure communi, conſuetudine, priuilegio, vel iure alio ſpeciali, o in domibus ipſorum p monaſteriorum, extra tamen ſepta ipſorum exiſtẽtibus, ſi quæ fuerint ad hoc aptæ, alioquin q intra ſepta ipſa non tamen intra portam, quam regularem r appellant, carnium pro congruentia temporis ſi voluerint s (priuilegio non obſtante quocunque) cibaria miniſtrentur. Nec inconueniens reputamus ſi fragmenta, t quæ de menſis ipſorum epiſcoporum, & ſuorum familiarum u colliguntur, x per ipſorum epiſcoporum eleemoſynarios ibidem y pauperibus erogentur. Ab

t Vide ibidẽ Pannor. — f Exportantur. hoc non poſſunt etiã collectores decimarum ſup. eo. compul. de decim. beneficiorum.

Procuratio num numerus dierũ numerum non excedat. — g Vna die.] cum iſti numerus procurationum non debeat excedere numerum dierum. co. tit. procurationes. quod locum hẽt etiam in niſi ſint plura loca, quorũ quilibet ad procurationẽ ſufficiat. eo. tit. felicis lib. 6.

h Impenſo. contra id e. ti. procurationes & c. exigit lib 6. eod. lib. de offi. ord. ſi epiſcopus.

† Al. Sunt ſuam, &c. — i Aſſumentes.] contra id de regu. iur. quod omnes lib. 6.

k Alijs. de quibus de exceſ. prælat. frequens.

l Vtroque. de priuileg. quoniam.

m Supradicta. ſcilicet Ciſtercienſia ordinis, tamẽ & de alijs idẽ videretur, ab idẽ iuris ratione. & ſup. prox. generaliter loquitur de exemptis.

n Gratioſe.] dicit prouerbium Italicorum, non reſpiciẽdũ dentem equi donati. [vnde quidam, Quadrupedis dentes donati cernere noli] cui conuenit ff. de ædi. edic. ad res donatas.

o Speciali.] puta pacto vel onere impoſito fundationis tempore, vt d. ar. ſup. c. proxi.

p Ipſorum.] ergo non aliorum priuatorum, vel eccleſiarum.

r Regularem.] licet ergo in parte domus ipſius alia parte non liceat de ſua monaſterii ad monaſterium. Sed quid ſi extra portam illam nõ eſt locus aptus, Satis videtur quod propter neceſſitatem, quæ ſic arctat poſſint tũc intra portam illam miniſtrari, vt ſicut propter neceſſitatem tempore prohibito licet carnes comedere, ſic liceat ex eadem cauſa etiam in loco prohibito. de obſeruatio. con ſilium, in fine, de reg. iur. quod non eſt facit de conſe. Eucha. c. 2. Poſſet tamen dici, quod et ſi priuilegium ſtatorum non tollatur intra portam, quod tunc epiſcopus ſecundum formam priuilegij cibis regularibus debeat contẽtari: vbi vero non haberent priuilegium, contrarium, ibi locus eſt, quod prius dixi.

Carnes licet comedere tẽpore prohibito propter neceſſitatem.

s Si voluerint.] honeſte facerent epiſcopi declinando ibidẽ, ſexta feria vel ſabbato, vel die qua cibaria regularia conuenirent: tamen ſi alio die declinant, ſub lege ſuperiorum non legem cibariorum non dabunt. 41 diſt. non cogantur. & concor. de cen. cum inutilia. in fine.

t Fragmenta dicta a frango, gis. panes ergo integros, qui de menſa leuantur, inuitis monachis, nõ dabit eleemoſynarius, vel capones integros vel ſimilia.

u Familiarum.] ſcilicet epiſcopo, vel poſt comedentium.

x Colliguntur. In procuratione quæ datur ex debito, hoc eſt certũ: ſecus in illa quæ datur gratuito, non videtur id inuitis monachis fieri poſſe, & fortan auctor de vtraq; intendit, quia ſi fragmenta videatur eſſe largita.

y Ibidem.] ad alium ergo locum mittere, non poſſet diſtribuenda illis inuitis.

a Euitare.

alii autem grauaminib. expreſſis ſuperius, prælati diligenter † abſtineant, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem voluerint euitare. a

Idem in eodem.

Diœceſani, quib hoc conſtat, illos qui exigendo a clericis pedagia vel guidagia excõicati ſunt vel interd. &i, publicare debent. Io. An.

CAP. III.

PRæſenti b † cõſtitutione iubemus, c vt locorũ diœceſani contra eos, qui ab eccleſiis vel perſonis d eccleſiaſticis pro earum rebus e propriis, f quas non negotiandi g cauſa deferunt, aut deferri faciũt vel trãſmittunt, pedagia h vel guidagia, ſuo vel alieno i nomine exigunt vel extorquent k in animarum ſuarum periculum, & eorum a quibus ea exigunt præiudicium & grauamen, excõmunicationis l & interdicti m ſententias a iure n prolatas, poſtquam de † his ipſis conſtiterit, o omnino publicent, vel a ſuis ſubditis p tamdiu faciant publicari, donec q illi ſic exacta † reſtituerint, r & de tranſgreſsione huiuſmodi ſatisfecerint ſ competenter.

TITVLVS XIIII.

De celebratione † Miſſarum, & aliis diuinis officiis.

Clemens v. in cõcil. Vien.

Prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentib. ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti, ut horis debitis in cathedralib. & collegiatis eccleſiis Horæ canonicæ deuotæ pſallantur, & quod in eccleſiis aliis celebretur conuenienter & debite diurnũ officiũ & nocturnũ. I. A.

a Euitare. Vide quod dixi inf. de ſen. exc. ca. 1. in glo. Mendicantes, in fi.

PRæſenti. CASVS. Iſta Clementina venit executiue, vel eſt executio c. quamquã, eo. ti. l. b. 9. quia illud cap. dicit, quod exigentes a clericis pedagia vel guidagia ipſofacto sũt excõicati. Iſtud e mandat oib. diœceſanis, vt illos exactores denunient & faciãt publice denũciari excõicatos, donec & quouſq venerint ad cõdignã ſatiſfactionẽ. No. Deferunt. i portãt. No. ꝙ verbũ iubeo, eſt pceptiuũ, & obligat, vt gl. hic in ve. iubemus. & ꝑ cõñs inferitur ꝙ ꝑlati ñ obſeruãtes huiõi clemẽtinæ diſpoſitioẽ, peccant mortaliter, vt ĩ c. qđ perpitur, 14. q. 5. iuncto c. 2. de ma. & obed. No. ibi, Vel perſonis ꝙ bona clericorũ gaudet eodẽ priuilegio cũ reb. eccleſiarũ, ſcdm Lau. & Pau. Nota ex verbo negotiandi, a contrario, ꝙ in his q̃ deferunt clerici cã negotiandi, ñ gaudẽt immunitate, de hoc in gl. a contrario. Zab. Prima gl. ſummat, & dicit quid declarat.

b Præſenti. Caſus. Diœceſani quib. hoc contra illos qui exigendo a clericis pedagia vel guidagia excõicati ſunt vel interdicti publicare dẽat venit executiue ad decre. quamquam, eo ti. li. 6.

c Iubemus ergo obligat ex præcepto, 14. q. 1. quod pcipitur, quod non bene ponderant, ſimile ſup. ead co. pl. ac illa. mo. c. 2. de reli. do. c. 2.

d Perſonis vide quod dixi in decr. quamquam.

e Rebus. vel perſonis, vt in prædicta decre. quamquam.

f Propriis. ſ. perſonarum vel eccleſiarum, vt ſic etiam profeſſos, qui proprium habere non poſſunt, includat pro rebus rebus quæ ad vſum proprium portantur, etiam laici non ſoluunt vectigalia C. de vecti. & conſ. l. vniuerſi. Plures alios caſus in quibus non ſoluuntur, vide qua no. ff. de publ. l. 4.

Glo. ſeq. arguit ad contraria, & remittit: mouet dubia, & ſoluit.

g Non negotiandi. a contrario datur intelligi, quod in his quas cauſa negotiandi deferunt, non gaudet immunitate, vt etiam no. Gal. in Spec. de immu. eccle. in fi. vbi etiam arguit contra emptores redditũum clericorum, qui volunt immunitate gaudere, ſed ipſi etiã clerici non gauderent negotiationis cauſa deferendo, vt hic. Si autem inter lebatorẽ pedagii & delatorẽ ſit q̃ſtio, vt quia ille negat eũ clericum, vel dicat res deferre ipſius & in negotiationis cauſa, vel res illius non eſſe, grãdeceſſet delatore ſuper iudicem admi pro fide horũ rei recipienda, eorũ qualiter de videtur committendum iuramento deferenti in permiſſabili vel ſuorũ nouiter, ſi perſonarum qualitas nõ diſſu-deat, vel niſi de contrario fides haberetur in promptu. Sicut de iureiur. c. ſi. q̃ ſod ine. c. ũ. Quo ad perſonam videtur ſufficere ſi ſit in habitu & tonſura clericali, per decre. ſi iudex, de ſen. excom. lib. 6.

h Pedagia vel guidagia. exponuntur hæc de verbiũ ſignificatione, ſuper quibuſdam, & etiã iſta dicũtur portoria vel vectigalia, vt ibi not.

i Alieno. de regu. iur. quod alicui, li. 6. cum concor.

k Extorquens. vbi etiam recipiũtur ſtã a ſponte ſoluentib. non eſt locus pœnis ſimili de ſimon. dilectus 2.

l Excommunicationis quo ad ſingulares perſonas.

m Interdicti. quo ad ciuitates, caſtra, vel loca, quoniã collegia, vel vniuerſitates ĩ his delinquunt, & ꝑ cõſequens, ꝑ ꝙ totã tota Italia eſt interdicta, & vltra Italiã, tenetur expreſſ, & vide qđ dicã inf. de ſent. exc. grauis in prin.

n A iure. eo titu. quamquam. li. 6.

Gl. ſeq. ſuppiet & remittit, ſecundo dubium ſoluit ꝑ duas rationes.

o Conſtiterit parte vocata contra q̃ ſit publicatio, a quo latis tẽpo. ẽ copil. de offi. dele c. vnic. Puto autem de hoc inquiri, & conſtare poſſe ẽt in illo, qui ſoluit de hoc non conquerẽte, & quia hoc beneficium reſpicit fauorem ordinis clericalis, non perſonæ tantũ, & ſpectat ad ius publicum, de foro comp. ſi diligenti, de ſent. excom. contingit dil. ius publicum, tum propter animarum periculum, de quo præmittit, & præcipue in facto manifeſto, de vſu. cum in diœceſi. de diuort. porro.

p Subditis. vicinos etiam epõs requirere poſſunt 11. q. 3. curæ de treu. & pace, c. 1. ſup. ea. compil. de foro compe. quamuis, § pen.

q Donec. licet illi reſtituant, & ſatiſfaciant, vt ſequitur, eſt tamen nec ſtatim abſolutione ac õicationis vel relaxatione interdicti, vt in prædicta decre. q̃ aquã in fi.

r Reſtituerint plenariæ dicit decre. q̃q̃. quod forſan hoc omittit, quatenus in iudem ſenſum reſti ſtatim & plena remiſſionis, facit ff. de verb. ſign. cum prætor ff. de uſur. videamus § in Fauiana nec ſufficeret hic cautio concor. quod in de a l. ẽt quia ſæpe, li. 6.

ſ Satiſfecerint. vide quod dic. poſt Inn. de cohabi. cle. ſicut.

DE CELEBRATIONE MISSARVM, &c.

V ſ me t ſunt de capellis & eccleſiis tam religioſorũ, quam ſecularium, in quibus diuina officia & Miſſarum ſolemnia celebrantur, ideo, &c.

L 4 Graui.

† al. ita, d'li genter piorsus abſtineãt

† Nota ꝙ res clericorũ gaudent eodem priuilegio, quo res eccleſiarum c. vlt. de vi. & ho. cle. c. eccleſiarum ſeruos. 12. q. 2.

Laici qũ ꝑ vectigalia ñ tenentur tẽ lucre.

Pedagii iõ deſtinatio ꝙ̃ to intr. leuato re ipſius & delatore ſe rũ qualiter de vermiſſabili

† al. de ipſis eis conſtiterit, &c.

† al. extorta

† al. ita. De celebratione miſſarũ, & aliorum officiorum.

Reſtitutio & plenaria eſſe ita in idẽ reſonant

GRaui.] CASVS Concilio generali Spiritu ſancto legitime congregato fuit propoſitū, ꝙ plures clerici dicebant Horas Canonicas diſcurrendo, & quandoque verba inhoneſta proferendo, & dū ibant ad diuina officiū ducebant ſecum canes venaticos, & aues; unde modicā reuerentiam faciebant ipſi eccleſiæ & tam malum inde oriebat, ꝙ tale conſtitutionem concilium ... ꝙ ipſi eccl. breuiter dum doctores hic eum eſſent cum deuotione & reuerētia, ſiet in eccl. & ꝙ ſi plus hoc deputauit aliquos, vt ſpeciales clericos ad celebrandum cum deuotione vt decet, & cānones vel decanus, vel Prior teneatur cōpellere clericos ſuæ eccleſiæ, & in defectu ipſorum epū Nota. ibi, Miniſtri, iuncta gl. ꝙ clerici nō beneficiati non tenentur ad Horas Canonicas dicēdas, niſi eſſent in ſacris conſtituti. Nota, ibi, Frutium, iuncto c. dolētes eo. tit. in antiq. videlicet quod ꝙ eſt adſtrictus ad dicēdum Horas, illas debet dicere attente. Not. ꝙ obligatus ad Horas canonicas debet ſingulas dictiones & ſyllabas diſtincte proferre. No ꝙ beneficiati cum ad ipſas eccleſias accedunt, debent accedere, id eſt ire cum humilitate. Itē debent eſſe honeſti in coronali en tonſura & in veſtibus vnde tonſura eſt raſura in ſuperiori parte capitis. Sed raſura eſt in inferiori parte capitis. No. quod in cœmeteriis, non debent celebrari choreæ, nec cantilenæ dici, & multo minus in eccleſiis. No. quod licitū eſt turbari ſuper delinquentes, nam Deus his turbatur & iraſcitur, de reb eccl. non alie. ſi quis. No. ꝙ Horæ Canonicæ debent dici cum puritate. Et hoc arg. ꝙ qui eſt in mortali, ſi dicit eas, nihil agit, ſicut ſunt concubinarii, fures, & ſimiles, vnde in pſalm. Peccatori autem dicit Deus quare tu enarras iuſtitias meas. Zab.

De materia huius C. conſtitutionem ... Paul. ... doctores hic ... vide canoni ... fies in c. ... dolentes, ex ... de celeb. Miſſarum

CAP. I.

GRAVI a † nimirum turbatione mouemur, quod ex nonnullorum rectorum negligentia, quæ b dum ſpem impunitatis permittit, multam nutrire peſtilentiam conſueuit c in ſubditis, plerique eccleſiarum miniſtri d modeſtia ordinis clericalis abiecta, dum offerre Deo ſacrificium laudis e fructum f labiorum ſuorum in puritate conſcientiæ & animi deuotione deberent, Horas g Canonicas h dicere, ſeu pſallere i tranſcurrendo, ſyncopando, k extranea quidem & plerunque vana, l profana, & inhoneſta intermiſcendo colloquia, m tarde ad chorum conueniendo, ſeu eccleſiam ipſam abſque rationabili n cauſa ante finem officii exeundo o frequenter, aues interdum portando ſeu faciendo portari caneſque ſecum ducendo venaticos, p ac quaſi nihil prætendentes de clericali militia, q in corona veſtibus & tonſura r diuina etiam celebrare, aut eis intereſſe nimis indeuote præſumunt.

¶ Nonnulli etiam tam clerici quam laici præſertim in feſtorum certorum vigiliis, s dum in eccleſiis deberent orationi t inſiſtere, non verentur in ipſis earumque cœ-

Prima gl dicit, quid facit, & diuidit, & ſummat.

a Graui. Prima pars ponit tres ſpecies exceſſuum, quos ſecunda pars per ſuperiores corrigi præcipit, ibi, (Negligit.) Et eſt prima ſpecies, de clericorum exceſſibus in celebratione diuinorum. Secunda, ibi, (Nonnullis.) de diſſolutionibus clericorum & laicorum, quas in eccleſiis & ſuis cœmeteriis faciebant. Tertia, ibi, (In multis.) de indecentia veſtimentorum valorū, & ornamentorum eccleſiaſticorum. Et principaliter hoc intendit, prælati ad quos ſpectat correctio, & illis negligentib. ſuperiores ipſorum debent eſſe ſolliciti, vt horis debitis in cathedralibus, regularibus, & collegiatis eccleſiis & aliis in c. Horæ Canonicæ deuote pſallantur, & quod in eccleſiis celebra. ſi ſacris celebretur conuenienter, & debite diurnū officium & noct. cum, & nocturnum.

Vide Io. A. in c. Hæc ... de celebra. ... M ... Arch. ...

b Quæ negligentia.

c Conſueuit de vita & honeſt. cler. vt clericorum cum ſuis concord.

d Miniſtri ... pro clericis, qui beneficiati non ſunt quod non teneantur ad horas, de quo ſatis ſcripſi. ... ſuper gl.

... mus, 19. diſt.

e Laudis [Pſal 9. Deus Deorum. ibi, Imola Deo ſacrificium laudis.

Glo. hic q. dat quotam, arguit & remittit.

f Fructum labiorum, iuxta ruin ad Hebræos vltimo, vltra mediū. Et arguitur ex hoc ꝙ ſatis eſt, labiis ... orare in diuinis Horis licet cor diuertat ad alia de huc ſcripſi poſt Inn. & Hoſt. eo. tit. dolentes, & facit quod de oratione dicā inf. de relig. c. vnico, in gloſ. de oratione, in ſeptimo membro.

g Horas. aſpiratur, vt orat ſup. ead cōpil. de vi. & hone. cler. c. 2.

h Canonicas. ſeptem de quib. eo. tit. c. 1. & quare ſic fuerint per eccleſiam inſtitutæ, & qui teneantur ad eas dicendas, ibi ſcripſi. Miſſam de vtroque d c. mus, ſed non de Horis quod patet, quia etiam epiſcopi de ne ceſſitate inſtituerunt ad illas dicendas, vel audiendas, de priuile. c. ſi. 6 diſtributiones tā pro Miſſis vt ꝙ Horis in eccleſia ſtatutum, facit inſtitu. a. c. in ſi. Canō diſtinguit ſolū duas Horas Matutinalem, & Veſpertinam, 11. q. 3. ſi quis epiſcopos in concilio quod quomodo intelligatur, not 90 diſt. c. vlt. Pythagoras, etiam dicebat duorum temporum curam habendā ſ. mane & veſperi, i. ſcit eorum quæ acturi ſumus, & eorum quæ geſſimus.

a Prius quæ dicendas in hac gl. ſniam cōſule Theologos, & præſertim B. Th. li. 4. ſen. diſt. 15. q & ibidē Paludanū d. 15. q. 5. & Gabrielē in canone Miſſæ lectione 62.

i Pſallere. huc iunge literam inf. nimis indeuote præſumunt.

Verbi ... libet ... reddēda eſt ratio.

K Syncopando. hoc exponitur. eo tit. dolentes in 1 glo.

l Vana. cum tñ de oi verbo otioſo reddituri ſumus rationem in die iudicii. Matth. 12. 21 q vlt. c quotiens

m Colloquia. 1 ad Corint. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala, & uo 37 d. turbar.

n Rationabili cauſa. eſſet rationabilis quando ſi nimis fatigatus eſt ſpiritus, & cauſa recreationis ſine ſcandalo aliquantulum exire eccleſiam, vt ſcripſi poſt Inn. eo. tit. dolent. a Idem ſi infirmitas vel iuſta occupatio ſuperuenirent. 7. q 1 Illud & c ſeq de conſe. d. 1. nullus, de cler. non reſi. ex parte s. eo ti c. vnic lib. 6.

Miſſa integre eſt audienda.

o Exeundo etiā laici Miſſam audientes ante benedictionē ſacerdotis exire ſi ſēni de cō. c d. 1. Miſſā, & c ſe.

p Venatio. quod ē extra eccleſiam eis non licet da cle. vena. per totum.

q Militia. quæ cœleſtis eſt 11 q. 1. Chriſtianis. de cler. ægro. c. 1. ne cle. vel mo c. 1. in ſi.

r Tonſura ſic de vita & hone cle clerici. 1. & ſup. ea compi. c. 1. c. 2. & quid corona & tonſura deſignet, ibi ſcripſi, & ha berur 12. q 1 duo ſunt.

s Vigiliis. in quibus clericalis modeſtia debetet ſtudioſius obſeruari, de ſtatu mo cum ad monaſterium. nec. in refectorio vbi ſæpius dixi verbum Senecæ, 18 epiſtola ad Lucilium. Feſtiuis maxime diebus animo imperandum eſt, vt tunc a voluptatibus ſolus abſtineat, cum illas omnis turba procubuerit.

Senecæ dictum notabile.

t Orationi. vide quod de oratione dicam inf. de re. c. vni eo, ad fin.

A Choreæ

meteriis choreas[a] facere diſſolutas, & † interdum canere cantilenas, [b] ac multas inſolentias[c] perpetrare, ex quibus eccleſiarum & cœmetariorum violationes, [d] inhoneſta variaque delicta quandoque ſequuntur, & eccleſiaſticum plerumque perturbatur [e] † officium in diuinæ maieſtatis offenſam, & aſtantium ſcandalum populorum.

In multis inſuper eccleſiis cum vaſis, veſtimentis, & cœteris ornamentis ad diuinum cultum neceſſariis, indecentibus [f] vtique (penſatis earum facultatibus) deſeruitur. Ne igitur tranſgreſſiones inualeſcant [g] huiuſmodi, aliiſque veniant in exemplum, ſacri concilii approbatione hoc fieri prohibentes, ſancimus, vt illi ad quos id pertinet, & in eorum, ſi vtique exempti non ſint, negligentiam [h] vel defectum locorum ordinarii, ſi vero exempti fuerint, aut alias circa hoc priuilegiati, ſuperiores [i] ipſorum, omni negligentia vel incuria penitus relegata [k]) circa reformanda præmiſſa, & eorum ſingula corrigenda, nec nõ vt in Cathedralibus, Regularibus & Collegiatis eccleſiis horis debitis [l] deuote pſallatur: In alijs vero conuenienter & debite celebretur diuinum † diurnum, & nocturnum [m] officium, ſi Dei & Apoſtolicæ ſedis indignationem euitare uoluerint, ſollicitam curent diligentiam adhibere, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam (dummodo ad eos illam exercere [n] pertineat) alijſque opportunis remedijs compeſcendo, facientes prout ad eos ſpectat in his, & alijs, quæ ad diuinum cultum, & morũ reformationem pertinẽt, ac eccleſiarum & cœmeteriorum reſpiciunt honeſtatem, ſacrorum ſtatuta canonum, ad quæ [o] ſcienda [p] diligens curent adhibere ſtudiumq; [q] irrefragabiliter obſeruari.

Idem in eodem.

Clerici etiam religioſi domeſtici, commenſales Cardinaliũ vel epiſcoporum, ſe poſſunt illis in diuinis officiis coaptare. h.d.I.A.

CAP. II.

Dignum [r] † prorſus & congruum [s] arbitrantes, & quod clerici tã religioſi, quam alii [t] Cathedralium ſacroſanctæ Romanæ [u] Eccleſiæ, ac, quorumcunque Ponti

a Choreas. dicitur a choro: chorizantes. n in ſuis iudi ciis, cantilenis & ſaltibus quodã modo tenent chorum. & de his forte loquitur Pſal. 11. In circuitu impij ambulant, & facit de vita & honeſt. cleri. cum decorem 16 q. & has cuitare debent Moniales ſup e. comp. de ſtatu monac. 2.

Chorea vnde dicitur.

b Cantilenas. 37 d. c. 2.

c Inſolentias. de offi. ord. 1. c. 1 ea. compil. & ibi expoſuit

† al. ita & interdum, &c.

d Violationes. in talibus n. facile ueniri ſolet de ludo ad iram, ex qua ſequi ſolet effuſiones ſanguinis, vulnera & homicidia, per q̃ loca polluuntur de conſe. eccle. vel alta. propoſui ſti. & q̃n vno polluto pollutũ ſit reliquũ dic ut co. t. c. vnico lib. 6.

Pollutio loci ex quibus procedit

e Perturbatur. vid quod no. & dixi de app. dilectus.

† al. perturbant.

f In decentibus nõ ex immunditia contra quam promiſſum erat d. cuſto. Euch. c. 2 ſed ex vilitate pretii, vel æſtimationis ipſorũ: quod patet ex eo qđ de ſecularibus queritur & de his de conſecr. diſt. 1. altarium palla. & e. vaſa. cum duobus c. ſeq. In fratribus vero Minoribus reprobatur exceſſus circa iſta ornamenta ſup. de uerb. ſigni. e. xiui, verſus nem. §. quamuis.

g Inualeſcãt. principiis obſt. & e. ut no. de reſcri. ad hæc, in fi nem.

Glo. ſeq. arguit, & remittit.

h Negligentiam. arg. no q̃ de iuriſdõne minorum prælatorũ diœceſani ſe non intromittunt, niſi in ea ſu negligẽtia, de hoc de offici ordin. cum ab eccleſiatum, & c. paſtoralis.

Glo. ſeq. quæſtionem ſoluit

i Superiores. noluit his caſibus dare diœceſanis delegatã poteſtatem, ſicut fecit ea. compi de ſupplen. neglig. præl. c. vnico de ſta. mona. c. 2. de relig. dom. c. 2. quia propter hæc multum aſſata nimis præiudicatum fuiſſet priuilegiis exemptionis.

k Relegata. hic iunge litteram, ſollicitam curent diligentiam adhibere.

l Debitis. Dicebat Hoſt. eo. ti. c. 1 quod pulſare & pſallere Horas debitis horis ſeruabatur in cathedralibus & collegiatis eccleſiis.

m Nocturnum. eo ti. dolentes, in fi.

n Exercere pertineat. excludit fœminas licet prælatas, quod dic vt de maio. & obed. dilecta. De maioribus curatis, & qui iuriſdõni præſunt, dic vt not 2 q. 1. nemo. de offi. ordin. cum ab eccleſiarum, plenius per Hoſt. in ſum de ſenten. exc. §. quis poſſit excõicare. in vi col. Ioan. ues And.

o Ad quæ ſtatuta. Io. An.

p Sciendæ propter medium hoũ tertium q̃ pmiſit, ſ. de reformatione morũ nõ eſſet facile ista colligere, de quib. ſciendis hortat, ſed ſuffic. at allegate. de ui. & hone. cle. per totum, ad primum eo. ti. per totum, ac conſe diſt. 1. per totum, ad ſtu. nium, de cuſt. Euch. e 2. de immu. eccl. p totum, & e. ti. per totum li. 6

† al. ita diurnum oſt ea pariter nocturnum

q Studium. 20. d. ſi decr.

Dignum. Primo ponit dictum. Secundo circa illud remouet dubium. Secũda ibi, Nec ad dicendũ Imp. prius ſupponendum eſt quod quilibet tenet dicere Horas canonicas ad uſũ illius diœceſis, in qua eſt bñficiatus

CASVS. Ego ſum cõmenſalis uel domeſticus alicuius cardinalis uel epi, qui dicit Horas ad vſum eccleſiæ Romanæ. Ego ſũ de alia d. eccleſia quæritur, an poſſim dicere Horas meas ſicut ipſe, & in tali vſu; Dicit Clemens quod ſic.

No. q̃ appellatione Pontificum non ueniunt electi in epiſcopos & confirmati niſi ſint conſecrati, etiam in conceſſiõe priuilegiorũ, ut glo. cum tex. in uerbo, Pontificum. No. q̃ quis debet ſe coaptare ei cum quibus cõmenſatur, ad illa. in ſi. q. d. c. ſ. in tantũ quod etiam ſibi pro pter hoc licent aliqua, alias quæ non licent, ut hic. de hoc de ſtatu mo. recollentes.

† Vide omnino bullã ungãentem Pii V Pontificis maximi. Q a nobis p̃ q̃ recitatur. Romani Breuia rii reſtitutio, & alterum aboletur.

Glo. primo ſummat.

r Dignum clerici etiam religioſi, domeſtici, commenſales cardinalium uel epiſcoporum, ſe poſſunt illis in diuinis officiis coaptare.

ſ Congruum. quaſi conueniens.

t Alii. commenſales domeſtici, quod eſt ie f.

u Romanæ, non Compoſtellana uel Rauennatis, de q̃ &c.

Digitized by Google

de offi. archipresb. c. 2. & dixi de constitu. cum omnes, super se[illegible] gloſs.

a Pontificum. electos confirmatos non dum conſecratos non videtur includere.

b H[a]bentium. ſimile de præſcrip. veniens, & exponitur hoc verbum, de [illegible] ſedem. in [illegible] glo.

c Domeſtici. de his de verborum ſig. c. ſi lib. 6.

d Poſſint. non dicit quod teneantur, facit ſ[illegible] de ſud. non quicquid.

e Ipſis Cardinalibus vel epiſcopis.

f Officiis. ſi de cibis addeciſſet, hoc melius monachis [illegible] cuilleſ per ea, quæ no. 16 q. 1 c 3.

g Coaptare. facit ... diſſimilia. & hic iunge finem.

h Officiu. ſic Gregorianum, Ambroſianum, vel monachale cuiuslibet ordinis. Itē ſiue dicant de feria, vel de feſto.

i Licite dicere. No. ad quæſtionem ... de monacho ... ecclesiæ ſæcularis, [illegible] geſſiſſe ſecundum officiū clericale non monachale, hoc placet Io. 17 q. 1 c 3. Guil. de ſtatu mona. in ſumma, § ſed nunquid abſolutus & Hoſt. in ſumma [illegible] § [illegible] ſed nunquid is? a. facit de præter. cum olim. Sed dicēs contrariū probari per h[u]nc decretal., cum hic ſue conceſſa ſpecialis indulgentia, præter quam hoc nō licuiſſet, vt dicā in fi. Sol. iſti non ſunt perpetuo tranſlati, ſed ille nihil habet cōe cum monachis. 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

k Indulgemus. prius ergo hoc non licet.

cum [a] gratiam & communionem Apoſtolicæ ſedis habentiū, [b] cōmenſales domeſtici [c] ſe poſſint [d] ipſis [e] in diuinis officiis [f] coaptare, [g] vt illud quod iidem Cardinales ſeu Pontifices dicent officium [h] licite [i] dicere valeant. Nec ad dicēdum aliquid aliud teneantur, ſacri [†] approbatione concilii [m] indulgemus. [k]

TITVLVS XV.

De baptiſmo & eius effectu

Clemens V. in concilio Vienenſi.

In fontibus eccleſiarū non in priuatis domibus debet baptiſma concedi, duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. 10, A.

CAP. VNIC.

PRÆSENTI [†] prohibemus edicto [m] ne quis de cætero in aulis, [n] vel cameris, [o] aut aliis priuatis [p] domibus, ſed duntaxat in eccleſiis, in quibus ſunt ad hoc fontes ſpecialiter deputati, [q] aliquos [r] [l] Niſi regum [l] vel principum, quibus valeat in hoc caſu

[†] al. ipſis ſacro approbante concilio ſaul[illegible] gemus

[†] Monachus [illegible] ſtatus eccleſiæ ſæcularis [illegible] officiū dicere, nec [illegible] contradicis [illegible] Th. 2. 2. q. 185 ar. 8. cum videtur

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

Vilum eſt de ſacro Eccleſiæ, quod eſt ſacrm̄ Euchariſtiæ, nunc videndum eſt de ſacramento baptiſmi.

PRÆSENTI. Tres ſunt partes principales quia primo ponit regulam. Secundo, duos caſus excipit ab ea, ibi Niſi. Tertio punit contra facientes, ibi. Qui autem in[illegible].

Caſus. Fuit a nonnullis in concilio generali propoſitum, quod licet in ſingulis eccleſiis parochialibus deputati ſunt fontes ad baptizandos paruulos, tamen plures baptizabant in ſuis domibus vel aliis locis priuatis, propter quod fuit ortum ſcandalum, ideo conſtituit concilium, quod de cætero nulli baptizentur niſi in eccleſiis [illegible] & exceptis filiis principum, vel ni[ſi] [illegible] & contrafacientes puniuntur, vt in textu. No. qd aq. [illegible] bilitas & neceſſitas de hoc in gl. hic, comparantur, no. quod neceſſitas, de [illegible] ſubiacet, de obſer. ieiu. conſilium regula, quod non eſt, de [illegible] Zab.

[illegible] primo ſumma, diuidit.

l Præſenti. in fontibus eccleſiarum, non in priuatis domibus debet baptiſma concedi. Duos caſus excipit, & tranſgreſſores puniri præcipit. Exceptio, ibi, Niſi, punitio ibi, Qui autem.

m Ne quis. omnes comprehendit, nedum eos quibus ex officio competit baptizare, a ut presbyteros. De diaconis dixi 93 d. diaconos.

n In aulis. aula dicitur ſala vel ſpacioſum habitaculum commun[illegible] ter quattuor habens alas.

o Cameris. concor. de appel. qua fronte, & quod ibi no. in glo. a.

p Priuatis domibus. bene concor. in Auth. vt in priua. do. ſacra my. non fiant. col. 5. per totum.

q Deputati. de [illegible] & obed. & his quæ de capel. mo. c. 2 & talia eccleſiæ dicuntur baptiſmales de no. oper. nun. c. 1. in pr. & de his 16 q. 1 de decimis, § 2 23 q. 8 § 2. [illegible] & quæ talia ſunt baptiſmum, cū matrices, de præſcrip. ex tranſmiſſa, [illegible] ea, c. 1.

r Aliquos. hic non geſſimus [illegible] baptiſmate.

Glo. ſeq. [illegible] quis dicatur princeps ponit aequiuocatione, & ſoluit, dicēs tyrannos nō in ſuo, & [illegible] contrario.

ſ Regū. ſimile de cle. [illegible] c. vlt. de priuil. ne aliq. lib. 6. Sed tu ta ... loquitur ſolū de regib. nec addit de principibus ſic ſup. ead. compil. de teſtibus c. 1. Et quos hic dicat principes, dubitatur. Deus n. princeps dicitur, Iſaię 9. Ibi, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. Interdum Angelus de ſedicena ſolus 9 Ego ſum princeps exercitus. Interdum Papa de conſacra. diſt. 1 corporis. Interdum epiſcopi de maio. & obed. ſi quis, vel alii iudices eccleſiaſtici, 17 q. 4. c. [illegible] in fine. Imperator, de re iudic. ad Apoſtolicæ, in prin. lib. 6. Rex, de ſacra. vnc. cap. vnico. vel. unde in veteri, de accuſ. venientis, de elec. innotuit. de bapt. maiores, extra ſi 45. di. de Iudæis, vel alios principes de populo, de maior. & obed. omnes. Exodi. 22. principi populi tui non maledices, vel loco de Iudæis. Iudei. & c. ſeq. & c. in nonnullis, in fi. de vſuris, quanto, & inf. de Iudæis, in c. 1. in prin. de hæret. cum ſecundum in fi. de homi. pro humani lib 6. Sed ſi ſic large principatus ſumatur pro dominio vel dominatione populi, tam videtur quod omnia baronium habens, ſit princeps, ſic & large omnis regens prouinciam, ciuitatem, gentem, prolem vel plebem, in dicta potestate. 23. q. 4 duo ita. Apes etiam & grues habent principem, 7. q. 1 in apibus & diabolus etiam eſt princeps mundi, [illegible] 24 & vitiorum, & [illegible] principes, & in his multum poſſet intelligi. ſed non expedit. Et componitur princeps ex primum & capio, & dicitur quaſi primum capiens locum vel dignitatem. Sunt etiam certæ dignitates ſæculares ſpecialiter ſic vocatę, vt principatus Achaiæ, & his ſimiles, ad illas tamen hunc textum non puto reſtringi. facit de verborum ſig. [illegible] quamuis. Eſt aduertendum, quod decre. ſandam. [illegible] ergo, loquens de Imperatore, rege & principe, ſubmittit de marchione, duce, comite & barone, vel alio notabili potentatu, per qd videtur ex ordine q̄ princeps maior ſit prædictis, marchione, duce, &c. Ex ea hoc puto quod principatus hic ſumatur pro notabili potentatu mediocri comparando regia dignitati, facit ea decre. fundamenta, in fi. Tyrannos autem, quibus in Italia [illegible] nunc fauet, includi non puto, Nā [vt ait Gregorius] Tyrannus eſt proprie, qui in republica non iure principatur: et Philoſophus, quod ſicut regnū eſt rectus principatus, ita tyrannis eſt peruerſum dñium

de quo

g Vel ſimilib.] neceſſariis, non voluntariis, vt ſola ſtatutẽ in dicto §. porro quod in iis, quæ ſunt neceſſaria ad victum, veſtitum, diuinum cultum, & ſpirituale ſtudium, conceſſum eſt fratribus vſus necessariarum rerum & hæ cauſæ videntur generaliter omnes neceſſitates cõprehendere: & quia quædam etiã ſunt eis neceſſitates, q̃ nõ ſunt conceſſæ ut cauſas præmiſſas immediate; ideo hic addicit ꝙ ẽt hoc eis ſi ecat pro cauſis ſimilibus vt ſi dũ transeant de loco ad locũ ex cã ordinis, non permittuntur in certo loco tranſire, niſi ſoluant pedagium; licet non debeant ad hoc cogi, tamen ex quo de facto coguntur, licitum eſt eis acquirere per eleemoſynam vt ſoluant, ne impediantur pro hoc quod in via ſequitur, &c.

c Cippi vel trunci. vel, pro. i. & eſt cippus lignum incrnatum & magnum; & perforatur vt cedat loco capſæ, hæc tamen male ſeruant fratres, nota differentiam inter denarios & pecuniam; quia denarius eſt q pro decem nummis olim computabatur; pecunia vero proprie eſt ſubſtantia de pecoribus proueniens; tamen

Pecunia & denarius differunt.

h Modi. vt ꝙ ipſi nõ recipiãt nec adminiſtrent, pro hoc ꝙ dixi in p. §. porro, ſuper littera, & infra, §. proximo.

i Totaliter. nam hic ordo fundatus eſt in maxima paupertate, ſupra §. caterum.

renorum, & ſpecialiter a pecunia & eius vſu totaliter inexpertos, ſicut probat prohibitio de recipienda pecunia in regula ſæpius repetita:[a] curare fratres vigilanter neceſſe eſt, quod cum ex cauſis prædictis & modis ad habentes pecunias deputatas pro ipſorum neceſſitatibus recurrere oportebit ad tenentes ipſas, quicunq; hi fuerint principales vel nuntij in omnib. in ſe gerant, quod ſe cunctis oſtendant in dictis pecunijs (ſicut nec habent [b]) penitus nil habere. Qua propter [c] præcipere quod & qualiter pecunia expendatur, computumque exigere de expenſa, eam quomodocunque repetere ſiue deponere, aut deponi facere capſulam pecuniæ, vel eius clauem deferre, hos actus & conſimiles ſibi fratres illicitos eſſe ſciant: Prædicta enim facere ad ſolos dominos pertinet, qui dederunt, & eos quos ipſi deputauerunt ad hoc ipſum.

Proinde [d] cum vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modū exprimēs dixerit in eadem, Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tanquam peregrini, & aduenæ in hoc ſæculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter: Sicq; declaratum extitit per nōnullos prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali, quam etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſatum, oblatarum, & donatarum fratribus (quas, & quarum vſum facti, ſcilicet ordini vel † ipſius fratribus licet habere) proprietatem, & dominium in ſe & Romana Eccleſia receperunt, dimiſſo ipſis fratribus in eis tantummodo vſu facti ſim--

† al. ita vel ipſis.

a Repetita, Supra 2. §. proximis.

b Nec habent, vnde contra ipſos non habent actionē nec perſecutionem in iudicio nec extra, d. c. exiit, § Cæterum, & infra proximo, §.

c Qua propter,] No. ſingulariter, quod in pecunia non eſt dare poſſeſſionem ſeparatam à dominio, quod probat littera in eo quod dicit, ad ſolos dominos vel eorum commiſſarios ſpectare hæc quæ hic enumerantur, & eſt ratio, quia pecunia facile fit noſtra: vnde etiam aliena mihi mutuata per non dominum per commiſſionem cum mea, fit mea ſi bona fide accepi. ff. de ſolu. ſi alieni. quod eſt ſingulare. & eſt quod pro pter ſingularia præcepta pecunia numerata, ff. ſi cer. pet. l. ſingularia.

d Proinde,] hic de paupertate & humilitate ipſorū. Et nomenatis nunc fratribus prouidet de primo: de ſecundo prouidet de aliis in § ſequenti. Nota quod fratres Minores nō habent proprium nec in ſpeciali, nec in communi, & hoc non videtur ſpeciale in eis, ſed locum hēt etiam in aliis mendicantib. vt in Prædicatoribus & ſimilib. quia ex regula, nō licet habere redditus aut poſſeſſiones, ſed per quæſtum publicū victum habere ſolet incerta mēdicitas, de relig. dom. capitulo vnico, libro 6. tamen nō in omnib. æquiparantur. Nam Prædicatores habent aliqua in communi quoad proprietatem, vt in extrauagan. Io. 22. quia quorundam, §. præterea. hic autem dicitur generaliter, quod fratres Minores nihil ſibi approprient: & quod hæc expropriatio intelligitur tam in ſpirituali, quam in communi, differunt & in aliis quod dic plenius, vt infra quæſtione prima, in ſolutione tertiæ rationis. Secundo no. in verſi. eam enim quod ex exterioribus actibus repræſentatiue mentis diſpoſitio de præſumpt. ex ſtudiis, quod tamen proprie non colligitur hic, ſed potius colligitur, quod is qui vult eſſe teſtus in mente, hoc indicet ex operibus; nam ex fructibus eorum cognoſcetis eos Matth. 8. de regul. iur. cap. 2. Tertio not. quod fratres Minores ſunt incapaces ſucceſſionum, ſed legatorum ſic, niſi fiat in fraudem de hoc infra q. 2. Quarto in eo quod dixi in primo no. quod fratres minores non habent proprium, nec in ſpāli nec in communi; An hoc procedat quo ad oīa? Antequam veniatur ad argumentum, ſciendum eſt, quod hæc quæſtio ſcrupuloſa eſt, & peperit in Eccleſia Dei pernicioſos effectus, præcipue tempore Ioannis Papæ 22 quia nonnulli magiſtri ſacræ paginæ verbis & in ſcriptis niſi ſunt oſtendere, quod fratres prædicti etiam in rebus vſu conſumptibilibus habent tantum ſimplicem vſum facti: & quod hæc eſt altiſſima paupertas, in qua ſunt fundati, & quod hæc etiam fuit vita Chriſti & Apoſtolorum, dicentes quod perfectionis vitæ Chriſti & aliorum perfectorum non eſt contrarium aliquid habere proprium, ſed ſolum facti vſum; & inter iſtos fuit Marſilius de Menandrino Paduanus, de quo memoraui de eo. venerabilem, vel verum, quod multis rationibus & authoritatibus prædicta confirmat in libris quos allegaui in d. ver. verum. Ipſe autem Io. 22. in extrauag. cum inter nonnullos declarauit, quod aſſerere pertinaciter, quod redemptor noſter & eius Apoſtoli non habuerunt ius vtendi in iis, quæ ſacra ſcriptura eos habuiſſe commemorat, & illa vendendi ſeu donandi, aut ex ipſi alia acquirendi eſt hæreticum, & idem Ioan. 22. in extrauag. quia quorundam. late proſequitur hæc, reſpondendo rationibus, quas tenentes contrarium adducebant: & in eadem extrauag. dicitur, quod in iis quæ ſunt vſu conſumptibilia, fratres Minores habent ius vtendi, & idem dicitur in extrauag. eiuſdē Ioā. ad conditorem, quia non eſt poſſibile, quod ſit vſus facti licitus ſine iure vtendi: & quia magiſtri, qui tenuerunt contrariū, vſi ſunt rationibus apparentibus, habuerunt ſequaces multos: vnde ſecutum eſt, quod adhuc hodie eſt magna multitudo, quæ dr̄ Fraticellorum, qui ex hoc errore lapſi ſunt in alios, dicentes quòd à tempore illius Ioan. 22. quem damnant propter prædictas extrauagantes tanquam hæreticum, non fuit aliquis verus Pontifex: & alia multa nefaria dogmatizant: & in his ſi comprehenduntur per eos, perſiſtunt, & permittunt ſe comburi vt vidi Florentiæ. vnde ſæpe cogitaui, quod vtile eſſet quod Eccleſia Romana permitteret libere de hoc diſputari, an Chriſtus habuerit, vel non habuerit, vel habere potuerit proprium, vel non potuerit: & ſimiliter de vita fratrum Minorum, an poſſint aliquid habere propriū, cū in hoc nō verſentur articuli fidei: ex tali. n. libertate occurreretur eorum errorib. qui forte de facili corrigerent in aliis, nec per hoc etiā ſi diceretur quod Chriſtus non habuerit proprium, aliquid inferri poſſit contra proprietatē Eccleſiæ Romanæ, cum multa ſint & in aliis immutata, prout in ſum: fuit ſanctis patribus ſecundum exigentiam temporum. Sed interea ſtantibus illis extrauagantibus, & hac conſtitutione, & conſtitutione cap. Exiit. videamus aliqua de quæſtione, Et videtur quod Fratres habeant quo ad omnia ſolum ſimplicem vſum facti, per c. exiit, § porro, vbi dicitur quod in rebus temporalibus eſt conſiderare proprietatem, poſſeſſionem, vſumfructum, ius

F. Minores nihil proprii poſſint hēre.

Fraticellorū error.

ius vtendi, & ſimplicem fact. vſum, & quod vltimo tanq̃ neceſſario eget vita mortalium licet prius carere poſſit, & ꝙ condecens eſt huic profeſſioni, quæ ſponte deouit Christum paupertatē in tanta paupertate ſectari, omniū abdicare dñium, & rerum ſibi neceſſario vſu ſuſtentatorum cōtētā. Scđo ad idem inducitur hęc littera in eo quod dicit, ꝙ rerum cōceſſarum fratribus, licitum eſt eis hēre ſimplicem vſū facti: ꝙ dominium & ꝓprietas eſt penes Eccleſiam Romanā. Tertio q̃a fratres iſti profitentur altiſſimā paupertatē de excel. præl. nimis s & ſi eſt talem, qua nulla maior dari poteſt, ſup. § cæterū. vbi dixi in i. no. maior autem eſt paupertas, quæ nihil ſibi appropriat, q̃ quæ habet aliquid propter. Quarto, quia in eorū regula ponit in principio. Regula & vita Minorum hæc eſt, l. Domini noſtri Ieſu Christi ſanctum Euāgeliū obſeruare, viuēdo in obedientia, ſine ꝓprio, & in caſti ate ea quib. verbis uſ ꝙ beatus Frāciſcus uoluerit, ꝙ fratres obſeruarēt conſilium Euāgelii tradi. tū eis qui volunt eſſe ꝑfecti. de quo Matth. 19. Si uis ꝑfectus eſſe, vende oīs q̃ta habes, & da pauperib. & habibis theſaurū i cęlo. Quinto ad idē in f. § dicere vbi dixi ꝙ temerariū eſt aſſerere, ꝙ ſit hæretici dicere vſū paupertas includi, vel nō includi ſub uoto Euāgelicæ paupertatis, & videtur uelle, quod ſub voto Euangelicę paupertatis includitur vſus pauper. Sexto, ī ducitur Matt. 10. vbi Xp̄s dicit Apoſtolis: Nolite poſſidere neq. aurum, neq argentum neq. pecuniā nēq. perā neq. duas tunicas, neq calceamenta, &c. Itē Mat. 19 Apoſtoli dixerūt ad Ieſum. Ecce nos reliquimus oīa & ſecuti ſumus te. Itē ipſe redēptor de ſe dixit Matth. 8. Vulpes foueas hēnt & volucres cœli nidos, filius autem hominis nō hēt vbi caput reclinet. Ex quibus & ſimilibus auctoritatibus & rationibus, quæ ad hoc inducuntur, nituntur aliqui inferre, ꝙ perfectiſſima vita ſit carere omni proprio & habere ſolum ſimplicem vſum facti, & ꝙ hæc fuerit vita, quam Chriſtus docuit verbo, exemplo firmauit, vt dicitur in co. a. Exiit, §. porro. In contrarium ſunt rōnes, q̃ ſunt in extrauag. præall. ad conditorē & in extra ſ. ſug. q̃ a inter nonnullos, & in eadem extrauag. ad conditorē, determinat, ꝙ bonis quæ in poſterum conferentur vel offerentur, vel alias quomodolibet obuenire cōtingit fratribus, ſeu ordini ſupradicto, nullū ius ſeu dñium acquiratur eccleſiæ Romanæ, cuius contrarium dr̄, hic ut dixi ſup. in rōnibus pro contraria, rōne ſi da Itē vr̄ ꝙ nihil hē. ꝓpriū, nō eſt ſummæ ꝑfectionis, quia ep̄i habent propria. 12. q. 1. ep̄i &c. & e. ſeq. & tñ ſtatus ep̄orum eſt ꝑfectior, q̃ religioſorū de regula. licet, de renun. niſi. ad ū. ex q̃bus colligitur, q̄d ex vita ep̄ali. ſurgit maior fructus & utilitas quā ex religione. Vñ de monachis lectū pōt eligi in ep̄m, 18. q. 1. c. vnico, de ele. nuſ ſus, li. 6 & q̃ a in hoc habemus ex extrauagātes illas, quib. eſt ſtādum in eo ꝙ dicunt quod in his q̃ conceduntur fratrib. ad vſum ipſi fratres non hēt ſimplicē vſum facti, immo habent ius utendi, nō expedit in hoc iſtant in pluribus rationib. Sol. vr̄ dicēdū, quod fratres non hēt aliqua propria nec in cō. nec in ſpeciali, ſed hent vſū facti nō nudi, ſed facti iuſti & licit, ut volunt dictæ extrauegātes, & ſic aliquo modo pñt dici aliquid hēre proprium, i. ipſum uſum. Et ex hoc uī ꝙ res ulu conſumptibiles eorū proprie dici poſſi ſt, q̃ a neq. ciuili hæres accipiūt vlum ſuccta intu. da vſufru. § conſtituitur. & ſic eū vſus non ſeparatur a dño, ut ſe tur ꝑ eo plu ꝙ poſſunt ut gēs. ut cenſeri habere proprietatē. Sed q̃ uellet ſatiſfacere tenentibus cōtrarium, dicere poſſet, quod licet in his reb. non poſſit conſtitui vſuſfructus, propter tamen conſtituitur quaſi uſuſfructus, & ſatiſdatur de reſtituendo tantundem in q̃titate, u. §. conſtituitur, ff de uſuſ. ear. rer. quæ uſu cōſu.

An ipſi poſſint eſſe teſtes in vltimis voluntatib. Guido in dea. Delphynatus. q. 5. 7. tenet quod ſic: per gl. §. cogitandum aut. de mon. ecoll. 2. licet Faber §. teſtes. inſti de teſt. dicat cōtrarium. Et idem Gui. q. 322. dicit ꝙ pñt inſtitui hǣdes. F.

plicis. Ad noſtrum fuerunt deducta examē, quæ in ordine fieri dicebantur & videbantur prędicto voto & puritati ordinis repugnare, videlicet, vt ea proſequamur ex ipſis, quę remedio credimus indigere, ꝙ ſe inſtitui hæredes non ſolū ſuſtinent ſed procurant: Item ꝙ redditus annuos recipiunt interdum in tam notabili quantitate, quod conuentus habentes totaliter inde viuunt. Item ꝙ cum ipſorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curiis agitantur, aſsiſtunt aduocatis & procuratoribus & ad inueſtigandum eoſdem ſe ibidem perſonaliter repræſentant: Item q̄d executiones vltimarū ſuſpiciunt† voluntatum, & gerunt; ſeque intromittunt quandoque de vſurarum vel male ablatorum diſpoſitionibus ſeu reſtitutionibus faciendis. Item quod alicubi non ſolū exceſsiuos hortos, ſed etiā vineas magnas habent, de quibus tam de oleribus, quam de vino multum colligitur ad uendendum: Item quod temporibus meſsium vel vindemiarum ſic copioſe granum & vinum mendicando, vel aliunde emendo colliguntur a fratribus, & in cellariis & granariis reconduntur, quod per anni reſiduum & abſque eorum mendicatione poſsūt tranſigere uitam ſuam Itē quod eccleſias vel alia ædificia faciunt, vel procurant fieri in quantitate & curioſitate figurę & formę ac ſumptuoſitate notabiliter exceſsiua, ſic quod nō videntur habitacula pauperum, ſed magnatum: Paramenta etiā in eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habent, & tam notabiliter pretioſa, quod excedunt in his magnas eccleſias cathedrales. Equos inſuper & arma eis oblata in funeralib. recipiunt indiſtincte: Tamē communitas fratrum & ſpecialiter rectores ipſius ordinis aſſerebāt, quod prædicta ſeu plura ex ipſis in ordine non fiebāt, ꝙ & ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur, nec non contra talia ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo ſtatuta in ordine multum ſtricta. Cupientes igitur nos ipſorum fratrum prouidere cōſcientiis, & cuncta dubia, quantum poſsibile nobis eſt, de ipſorum pectoribus remouere, ad prædicta, modo qui ſequitur, reſpondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, vt id quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræſentet, neceſſe habent fratres, qui ſe expropriatione tanta à temporalibus abſtraxe-

l. r. & s de pig. c. ſi. Item licet non poſſit dari vſus licitus ſine iure vtendi. tamen dici poſſet quod hoc ius vtendi non eſt niſi quædam facultas, quæ non infert aliquid eſſe proprium, dicitur enim res propria quãdo quis pōt de ipſa libere diſponere vt vult per modos iure non reprobatos, quod dixi de teſt. ſpoſ. olim. t. fratres autem nõ acceptatores vt velint poſſe diſponere vivo ſuos, ſed ad vſum tã-tũ facti, vt ſup. in r. & s. ratione partis contrariæ, id eſt, vt vtãt de facto in ſuas neceſſitates: qui tamen vſus nõ infert aliquã ꝓprietatem, ſed vtitur de licentia dantis, & dicemus quod ipſe dans libere poteſt id quod dedit reuocare quouſque vtantur, & ſic dicendo ſaluaretur intentio illorum, qui dicunt fratres excludi ab omni proprio quoquo modo, nec eſſet aliqua abſurditas, ſed non video quòd in hoc ſit ſumma perfectio, ſed potius eſt contentio de verbis: Nam dummodo abdicauerint propria, ita ꝙ ueniat dicant proprium qui parati ſint illud dimittere, nec velint pro illo iudicio contendere, non poteſt dici quòd habeant proprium quod impediat perfectionem, vbi conſideranda eſt ꝙ abrenontiatio proprii prout eſt actu, non dicit perfectionem, ſed eſt inſtrumentum perfectionis, ſecundum ea quæ dixi de regula, ſane q. 14 q. & ſup. §. cæterum, ſed prout ex aio ſurgit in hoc eſt perfectio, vt ſit homo paratus, ſi opus fuerit, omnia dimittere, vel diſtribuere de hoc per D. Thomã ſecunda ſecundæ quæſt. 18. arti. 7. fratres tamen habent hanc expropriationem, ſeu habere debent vtroque modo, in epiſcopis autem ſufficit quod ſit vltimo modo, nec ex hoc dicuntur fratres eſſe in perfectionis ſtatu: quia alijs reſpectibus epiſcopi ſunt perfectiores tamquam per quos velint alios regentes maior fructus prouenit in congregatione fidelium, immo & inter religiones non poteſt argui, quod vna ſit perfectior altera, ex eo ꝙ pauperior poſſet etiam alias excedere in iis quæ pertinent ad obedientiam & caſtitatẽ, & tunc diceretur ſimiliter melius de hoc per D. Thomam ſecũda ſecundæ, q. 188. art 7. & dixi de regula, ſane, q. 14. & ſeq. Et ſi dicatur ſaltem cæteris paribus perfectior eſt ſtatus quando renuntiat quis omni proprietati. Dic quod etiam hoc conceſſo, nihil reſultat contra ſuperius dicta. Et denique cum multum cogitaui, uidetur quod dummodo fratres minores abſtineant a proprio, ita quod non habebant poſſeſſiones immobilium ex quibus agant tãquam domini contrahendo, ſed habeant ſolam ad vtendum, & quæ parati ſunt dimittere, vt proximo dixi, nihil refert interdicere, quod ipſi ſint domini locorum ſuorum ſuo modo, ſicut & alia collegia eccleſiaſtica, vel quod ſiat domini ſuorum librorum, vel aliorum vtenſilium, ſiue dicatur quod habeat tantum vſum, nam etiam ſi dicãtur domini, tamen improprie dicuntur ſolum quo ad hoc, quia poſſint libere vti, nec in hoc eſt vis niſi in verbo, niſi quo ad hoc quod alii ſæculares vel religioſi non mendicantes pro prædictis agere poſſunt in iudicio. Ipſi autem fratres minores non infra §. verum. Iſta vero diuerſitas, quæ turbauit mundum, videtur penitus friuola & nullius effectus quo ad fratres minores, an dicatur quod iniis quibus vtuntur habeant vtendi, an vero dicatur quod habeant vſum facti, quia vtroque modo ſaluatur perfectio ſtatus eorum, & conſiſtit hoc in ſola diſputatione reſpectu eius quod proxime dixi, nec eſt conueniens in hac religione, quæ in ſimplicitate fundata eſt, hic inſiſtere. ſufficit enim quod ſibi nihil appropriant, ut per hoc velint iudicio contendere, pro hoc dicto cap. Exiit, §. cæterum. Ad contraria dic ad primam & ſecundam rationem, cum dicitur quod habeant tantum vſum facti, quod habent vſum tamen licitum, qui aliquomodo eſt iuris, nec propterea dicitur non eſſe ſimplex vſus facti, quia in iſtis quibus vſus ſeparatur a dominio, habeat tantum vſum licitũ. In alijs autem ſi dicis quòd habeant proprietatẽ dic quòd non habẽt tamquam proprietatem, ſed inconſequẽtiam vſus: ſi autẽ dicis quòd non habẽt proprietatem, ſed eſt concedentis donec vſi fuerint, tũc ceſſat ratio.

runt, ab omni eo quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet videri contrarium, abſtinere. Quia igitur in ſucceſſionibus trãſit non ſolum vſus rei, ſed & dominiũ ſuo tempore in hæredes: fratres autem præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere vel eorum ordini poſſunt, etiam in cõi: declarando dicimus, quod ſucceſſionum † huiuſmodi, quæ etiam ex ſui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia

Et hæc extrauagantes prædictæ approbent optimum dictum, alias modum, quo habent proprietatem propter inſeparabilitatẽ, non tamen multum in hoc refert, vt prædixi, quodcunque teneatur. Ad tertium cum dicitur, quod ſunt in altiſſima paupertate. dic quod non excludit hæc paupertas vſum neceſſarium modo nunc dicto. Item cap. nimis præalleg. loquitur etiam de prædicatoribus, quos pariter dicit eſſe in altiſſima paupertate, & tamen fratres prædicatores habent aliqua in communi quoad proprietatem, vt in extrauagan. quia quorundam §. præterea, & dic aliqua vt ſunt horrea & cellaria, vt dicit ibi gloſſa Zen. quod dixi ſupra eodem §. in primo notabili, fratres vero minores in altiori paupertate ſunt, ſi in eo quod dixi de pecunia ſupra, § porro, & quia non habent proprietatem aliquam non vt prædixi ſup. eadem quæſt.

Item non poſſunt capere etiam vt vendant infra §. proximo, quod licet videatur de prædicatoribus vt dico int. quæſt, ſequen. cap. ſinali. Ad quartum dic quod obſeruant illud conſilium. uende omnia quæ habes, &c. nã quando ingrediuntur, nihil ſecum afferunt, nec ex hoc aliquid fratribus obuenit niſi dederint eis intuito eleemoſynæ ſupra §. cæterum, & §. cum vero. Ad quintum dic, quod vſus paupertatis includitur in voto profeſſionis ſeruato vſu licito, ut ſup. hac q. dixi. Ad ſextum dic quod illud, nolite poſſidere neque aurum, &c. non prohibet conſeruationem certam ad tempus, & quoad vſũ de quo per D. Thomã ſecunda ſecunda q. 188. art. 7. in fine.

Ad illud, ecce nos reliquimus omnia, dic quod facit pro his quæ dixi ſupra eodem quæſ. quod non ſit perfectio in hoc quod reliquerunt, ſed in hoc quod Chriſto adhæſerunt. Vnde ſubiungitur, & ſecuti ſumus te quod dixi de regula, ſane. quæſtio. 13. Ad illud, vulpes foueas habent, &c. dic quod non probat, niſi quod Redemptor non habuit propriam domum, non per hoc infertur quia habuerit alia propria, vt dicitur in extrauag. cum inter nonnullos nã loculos habuit, Ioannes 12. & licet illi qui tenent vſum facti ſimplicem pertinere ad ſummam perfectionem, dicant. quod habuit ſolum quoad vſum facti ſimplicem, vt conſeruaret ad ad caſum deficientium neceſſariorum, contrarium tamen voluit Nicolaus III. in c. Exiit §. porro vbi dicit, quod in hoc Chriſtus aſſumpſit perſonam infirmorum. quod dic vt indicta extrauagante, quia quorundam, & de hoc per D. Thomã in dicto articul. 7. in ſolutione. Et poteſt in hoc etiam dici, quod Chriſtus conſeruauit in loculis etiam pro diſtribuendo in pauperes, ut patet Ioannis 12. & hoc etiam non diſſonat religioni, immo conſonat, dum tamen conſeruatio iſta non ſit ita diuturna, quod per eam tollatur mendicitas, infra §. rurſus. Secundo, quæro in eo quod dixit in tertio notabili, quod fratres non ſunt capaces ſucceſſionum, an hoc ſit indiſtincte verum? Solut. Bartolus fecit quendam libellum, qui dicitur Minoricarum, in quo hæc & alia quam plura ſimilia proſequitur, quæ

† Per iſtum tex. dicit Bal. in r. li 2. mi oor 2 d g ñ pōt eis relinqui hæreditas iure fideicommiſſi, ſi nõ eſſet clauſula, & omnia meliori mõ, et dẽretur æſtimõ ceſſante ſuæ fraudis: & vide hic q̃ dixi in §. turſus r. extrauagan. ad cõditorem, & & cũdẽ Bar. 2. li. per totã primã F. Fratres prædicatores hẽre pñt aliqua in communi.

mobilia & immobilia ſe extendunt (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus ſunt capaces: Nec licet eis valorem hæreditatū taliū, vel tantam earum partem ꝙ præſumi poſſet hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo & forma legati ſibi dimitti facere, vel ſic dimiſſa recipere; quin potius iſta ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumque[a] annui redditus inter immobilia cenſeātur a iure, ac huiuſmodi redditus obtinere, paupertati & mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, ꝙ prædictis fratribus redditus quoſcunque ſicut & poſſeſſiones, vel earum † etiam vſum (cum eis non reperiatur conceſſus) recipere vel

† al. eorum.

quæ non eſt ad propoſitum attingere, niſi quatenus declaratur hæc litera. Quo ad quæſtum aūt dic, ꝙ quærit potest, an ſint capaces ſucceſſionum vniuerſalium ex teſtā. Item an ab inteſtato? De vtroq; tñ modo latius hic deciditur, ꝙ talium ſucceſſionum non ſunt capaces, & ꝙ ēt non debeatur eis æſtimatio. vř ex eo quod hic dicit, ꝙ etiam iure legati non licet eis dimitti valorem hæreditatum, vel tantum earum partem, ꝙ præſumi poſſit hoc in fraudem fieri, & ſic ſi iure ſucceſſionis relinquitur, non tenet etiam quo ad æſtimationem, pro hoc §. ceterum, § cum vero. quia non tranſeunt ad eos bona etiam eius qui profitetur eorum ordinem, de quo dixi in d. §. cum vero. ꝙ tñ bona tranſeunt ad religioſos aliarum religionum non Mendicantium, de prob. in præſentia, ergo multo minus debēt poſſe capere ab extraneis hæreditates vniuerſales. Et ſi dicatur ꝙ hoc caſu ceſſat ratio de qua in prædicto § quæ eſt, ne videantur hr̄e oculum ad bona ingredientium, ſubeſt tñ ratio generalis de qua ibi, vt fratres ſint remoti ab affectu temporalium: nam ſi ſuccederent in hæreditate, tenerentur ad onera, dicto c. in præſenti, & ſi oporteret eos implicari litibus. Contra id infra §. verum. Et licet in hoc poſſit inſtari ex his quæ no. Bal. in tract. Minorica & Bal. C. de ſac. ſan. eccl. Aut ingreſſi, tñ hæc litera clare hoc probat: quæ (vt prædixi) ēt iure legati prohibet fratres accipere valorem hæreditatum vel tantam earum partem, ꝙ præſumi poſſit hoc fieri in fraudem, & ſic reliquit unum ſolum caſum qñ legatur eis aliquid de hæreditate ꝙ non eſt tm̄, ꝙ poſſit præſumi in fraudem hoc fieri. omnis ergo alius modus eſt prohibitus per id ꝙ dixi ſup § vero. Ad idē ſup. §. porro. & §. cum ēt vbi ſolū certi modi conſequēdi eleemoſynam permittuntur. Ad idē eſt c. exiit, § ad hæc vbi pmittit tm̄ ꝙ iure legati poſſit eis relinqui. & ultra hoc oportet ꝙ in legato nō adijciatur modus qui non ſit licitus fratribus. nā ſi legatur fratrib. vinea vel ager ad excolendum, vel domus ad locandum, vel ſimilia, a tali legato dēt fratres abſtinere, vt ibi. ſecus ſi modus eſt licitus, vel quia legatur pecunia pro neceſſitatib. fratrum, vel domus, ager, vel vinea p idoneas perſonas diſtrahatur, & pecunia in neceſſitate fratrum conuertatur. Si aūt modus non fuit adiectus in legato, declaratur in eodem, §. ꝙ valet legatū, & intelligitur relictum ſub modo licito. cum ergo tm̄ de legato ibi pmittatur. vř aliud dicendum de vniuerſali ſucceſſione. Et ſi dicatur ꝙ eodem modo deberet valere inſtitutio vniuerſalis ſi adiectus eſt modus licitus ꝙ bona diſtribuantur, & pecunia in eorum vſu conuertatur, vel ēt ſi nullus modus ſit adiectus, vt proxime dixi. De legato, tñ dico vt ſub. ca. q. eo. tñ caſu quo inſtituto aliquo vniuerſaliter, præcipitur ei ꝙ hæreditas per eum vendatur. & erogetur in fratres, non prohibebuntur capere talem erogationem; quia ceſſat ratio præmiſſa; tranſibunt enim bona in eos deductis oneribus alienis & ſimilibus. Et per hoc de æquitate dici poſſet, quod quandoq; frater inſtituitur aps, qui eſt executor legalis vltimarum voluntatum, præcipue piarum, qualis eſt hæc, argumen. de teſta. cum tibi, capiter tamquam hæres, & deductis oneribus diſtribuet in fratres. ſed non poteſt hoc bene probari iure, & hoc quo ad fratres Minores, per ea quæ dixi ea. q licet multi hoc vltimam ſeruent. in fratribus, autem Prædicatoribus facilius hoc poteſt defendi; præcipue quia dicuntur habere priuilegium Apoſtolicum, ꝙ ſint capaces ſucceſſionum, & ꝙ poſſint apprehendere & vēdere: & per illud priuilegium conſuluit Gaſpār de Calderinis, ꝙ bona ingredientis tranſeant in monaſterium, vt poſſit vendere & conuertere in vſus ſuos: quia per hoc non dicuntur habere proprium, ſicut non dr̄ verſum, quod non durat verſum, ff. de in rem ver. ſi pro patre, §. verum, pro hoc quod dico de verb. ſig. nam & ego, & ita vt opinor tandem conceditur fratribus Minoribus, quia in multis locis habent & ipſi & Prædicatores poſſeſſiones, & annuos redditus, licet faciant inſtrumēta fieri nomine monaſteriorum monialium eis ſubditarum: & ſic fit fraus legi. & qui hæc altiſſima paupertas (intelligo regide vt volunt hæc conſtitutio, & c. exiit.) propter refrigeſcentem charitatem nō bene ſeruatur, propterea ad euitāda peiora, fauens pt opinioni illi, quæ vult ꝙ capiant valorem ſucceſſionum; nā ēt ex conjecturis pot percipi; tandem fient poſſeſſionati, & vtinam in alijs ſaltem bene ſeruent, tam ubus, autem illius conſtitutionibus fratres minores non poſſunt capere immobilia, etiam vt vendant. infra § proxi. vbi dico in ſ. no.

Legati iure cordi digeria, pāt aliqua reliqui.

Fratres pdicatores pñt accipere & uēdere bona illorū q ſuā religionē ingrediuntur.

a Cumque annui. prouidet ſecundo exceſſui. Not. ꝙ annui redditus inter immobilia computantur, & ad hoc ſingulariter allegatur. & pro hoc in Authen. vt hi qui obli ſe habe perhi. res minorum §. vero. colla. 6. ibi glo. in verſi redditus, de hoc infra q. 1. Secundo nota quod fratres iſti non poſſunt recipere poſſeſſiones, & ſic ēt ſi ſint diſtracturi, pro hoc quod dico infra ſeq qō. Quæro in eo quod dixi in 1. nota ꝙ annui redditus computantur inter immobilia, an hoc ſit indiſtincte verum. So Fredericus in conſi. 175. alias. 80. vbi refert id quod ſibi quærētur ſndit Ioan. Palatenſis, qui dixit quod ſi legatum annuum pōt cōtinere perpetuitatem, vt quia legatarius nō poteſt de facili deficere. tale legatum impugnatur in hoc § ſed ſi perſona legatarij deficere pt, cum non ſit aptum eſſe perpetuum, vř valere. Vnde dixit, ꝙ ſi legatur hoſpitali S. Mariæ domus, ita quod ſingulis annis teneatur dare Prædicatoribus annuatim decem ſolidos, illud legatum non valet; ſed ſi limitetur vſque ad decem annos, uř ualet. arg. opt ff. qñ dies leg. ced. ſi cum præfinitione, hæc tamen lex non uř tacere; ibi enim dr̄ ꝙ legatum annuum cum præfinitione temporis, puta 10. ann. ſi eſt relictum cauſa alimentorum, intelliguntur plura legata ſi ex alia cauſa, intelligitur eſſe unum legatum, & primo caſu legatarius decedens non tranſmittit legatum ſequentium annorum ad hæredem. ſecundo caſu ſec; illa tamen lex melius faceret ſi relinqueretur, quod daretur certis fratribus; quia tunc eorum obitu extingueretur legatum. Ipſe autem Frider. in conſ. ris. ſuper hoc ponit duo conſilia; tandem concludit diſtinguendo, quod aut redditus annuus relinquitur ad certum vſum diuini cultus, puta uinum pro ſacrificio, frumentum pro hoſtiis, & conuentus eſt capax. arg. de excel. præla. nimis 3. in fin. de teſta c ſi de ſepul. Clemē dudum. §. uerum ubi dicit de relictis fratribus, ad certos uſus quartam deberi, & ſic præſupponit relinqui poſſe pro hoc, quia per hoc non tollitur mendicitas fratrum, aut redditus deputantur uictui uel ueſtitui, uel indiſtincte relinquitur, & aut ad modicum tps, & conuentus eſt capax; quia uř unum eſſe legatum, cuius ſumma eſt diuiſa quo ad ſolutionem, nec per hoc tollitur mendicitas, ſed ſubleuatur; aut relinquitur ad tpsoon modicum, & non ualet, quia tūc computatur in-

bere (conditione conſiderata ipſorum) non licet. Ampliusa, cum non ſolum quod malum eſſe dignoſcitur, ſed & omne quod ſpeciem habet mali, ſit a viris perfectis ſpecialiter euitandum: b Ex talibus autem aſſiſtentijs in curijs & inſtigationibus, cum de reb. agitur in ipſorum commoda conuertendis, creduntur veriſimiliter ex his quę foris patent (de quibus habent homines foris iudicare) in ipſis rebus fratres † aſſiſtentes aliquid quærere tanquam ſuum, c nullo modo debent huiuſmodi voti & regulę profeſſores ſe talibus curijs & litigioſis actibus immiſcere: vt & teſtimonium habeant ab his qui foris d ſunt, & puritati ſatiſfaciant voti ſui, ac euitetur per hoc ſcandalum proximorum. e Verum etiam cum dicti ordinis fratres non ſolum a receptione, proprietate, dominio, ſiue vſu ipſius pecuniæ, verum etiam a cōtrectatione qualibet ipſius & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſępedictus prædeceſſor noſter in declaratione huiuſmodi regulæ plane dixit. g Cum dicti ordinis profeſſores pro nulla re tēporali poſſunt in iudicio experiri, prædictis fratribus non licet nec competit, quin potius, conſiderata ſui puritate ſtatus, debent ſibi ſcire interdictum quòd huiuſmodi executionibus ſe exponit: cum hæc ſæpius abſque litigio, & contrectatione vel adminiſtratione pecunię nequeāt expediri. Veruntamen in his exequendis dari conſilium ipſorum ſtatui non obſiſtit, cum ex hoc, ipſis circa bona temporalia nulla iuriſdictio, ſiue actio in indicio, ſiue diſpenſatio tribuatur.

Licet h verò non ſolum ſit i licitum, ſed & multū conueniens rationi, quod fratres, qui in laboribus ſpiritualibus orationis & ſtudij ſedulo occupantur, hortos & areas habeant competentes ad recollectionem vel recreationem ſui, & interdum ad ſeipſos poſt labores huiuſmodi corporaliter deducendos, nec non ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſe ipſis: habere tamen hortos aliquos vt colantur, ac olera, & alia hortalitia pretio diſtrahantur, necnon & vineas, repugnat ſuæ regulę, & ordinis puritati, ſecundum, quod dictus prædeceſſor declarauit ac etiam ordinauit;

ter immobilis, vt hic: quæ diſtinctio eſt æqua. & dic non modicum ipſe eſſe decennium vel vltra no. de reb. eccl. non alie. cle. 1. in gl. fi. & bene facit illa, cle. ad prædictā quia ibi locatio reddituum ad modicum tempus non prohibetur tanquam alienatio.

a Amplius.] prouidet de tertio.

b Euitandum.] 1. ad Theſſal 5. de vi. & ho ne. cle. c. ab omni.

c Tāquam ſuum.] id eſt temporale, ad Phil. 2. de cenſi. cum Apoſtolus.

d Foris.] 1. ad Thimoth. 3. de ſacra vnc. c. vnico, verſ. ad exhibendum, & dic foris, id eſt, infidelib. vel. ſ. non tantum domeſticis, ſed etiam alienis, ſecundum Hieronymum.

e Proximo.rum.] 2 ad Corint. 7. de renūtiatione, niſi, § pro grauí. de noui oper. nunc. cum ex iniuncto. No. quod fratres non debent ſe curijs immiſcere, & hoc nō eſt in fratribus minoribus ſpeciale, ſed locum habet in omnibus monachis, de ſtatu monac. clem. ne in agro, §. qui vero.

f Verum etiam.] prouidet quarto.

g Dixit.] eo. ti. exiit, §. cęterū. ad idem ſup. § porro. Nota quod fratres nō poſſunt eſſe executores vltimarum voluntatum, ſed poſſunt ſup eis exequendis dare conſilium, quod dic vt in ſeq q. Quæro an hæc prohibitio, ne fratres ſint executores vltimarū voluntatum indiſtincte procedat? So. Bartolus 1 Minorica. diſtinguit inter caſus: & dicit, quod certo caſu valet, vt ſi quis reliquit φ x floreñ. expēdātur in x. pauperes, qui eligantur per talē fratrem Minorem quia nullū litigiū habebit fieri nec ipſe frater habebit adminiſtrare pecuniam, ſed ſolum eligere: & ſic ceſſant rationes de quibus hic. Item nec habet ſpeciem mali, immo ſi fideliter fiat, meritorium eſt: nam etiam ipſi fratres qui audiunt confeſſiones, melius cognoſcunt pauperes vere eūdos, quàm alij. Dic indiſtincte ſtandum litteræ, quæ generaliter prohibet, ne ſuſcipiant executionem argu. diſt. 19. ſi Romanorum, de maio. & obe. ſolitæ, & ſic tollitur diſtinctio Bart. etiam in quibuſdam alijs, in quibus limitet hanc literam. Item quia electio eſt pars executionis, quia neceſſaria ſunt ſola ratio prohibendi ne ſint executores, vt non ſint in iudicio, vel ne contrectent pecuniam, ſed etiam ſubeſt ratio generalis, ne auocentur à ſpiritualibus laboribus, quibus quotidie debent occupari, inf. §. prox. Item poſſet fieri fraus, quia frater eligeret aliquos, cum quibus participaret; facile namq; in talibus fraudes confinguntur: nam nec poteſt negari quin electio ſit pars executionis, vt nunc dixi, & indiſtincte hic prohibetur ne ſint executores: vnde etiam ſi ratio prohibitionis ceſſaret, ſtaret prohibitio: ſufficit enim quod hoc aliquando contingere poteſt, pro hoc litera ibi, cū hęc ſępius abſque litigio & contrectatione, &c. & ſic etiam ſi hoc non accidat, locum habet prohibitio.

h Licet.] prouidet de quinto.

i Declarauit.] dicto c. exijt §. ſed hęc. No. φ oratio & ſtudium ſunt labores ſpirituales, & quomodo conueniūt religioni, dixi de reg. ſanc. q 5. & 6. & de orone, ſup. de reliquijs, clem. ſi dominū, ver. ideoq;, in gl. de oratione Sed nota, φ etiam religioſis licitū eſt ſpatiari, dūmmodo honeſte, & per aream vel hortū, & hoc pro recreatione ſui a laboribus ſtudij vel orationis: quod facit cōtra eos q ſine modeſtia immorantur ſtudio vel orationi; vnde accidit, φ ſæpe incurrunt graues ægritudines, & quandoque etiam mentis alienationē, quod eſt cauendum: nam in omnib. debet ſeruari modus vt cum diſcretione fiat de offi. cuſt. c. vnico Terentius in Andria: Id arbitror in vita apprime eſſe vtile, vt nequid nimis: Tertio nota φ nō licet fratribus habere hortos, vt inde naſcētia pretio diſtrahātur; quia hoc appropinquat ad naturam prouentuum, vt in litera & de hoc ſeq. contrario.

Oppono ad hoc, φ iſtud non appropinquet ad naturam prouentuum, immo ſint prouentus: nam fructus generali, vocabulo dicantur redditus ſeu prouentus, ff. de, a. tu. leg. liberæ in prin. C de dona. ſi quis a gentium, §. 1. & redditus ſeu prouentus, quod dixi de deci. pariotalia q 3. & 4. iſti ibi dixi. & probat litera aliq. hæc ac parantur, promiſcue: potuit enim hæc litera habere reſpectum, quia ſupra, § cumque annui prohibiti ſunt fratribus, annui.

quòd ſit talia ad vſus proxime dictos, vt puta agrũ vel vineã ad colendum & cõſimilia fratribus legarẽtur, per omnẽ modum fratres à receptione taliũ abſtinerent, cum etiam præmiſſa habere vt pretiũ fructuum ſuis temporibus habeatur, † ad naturam & formam prouentuum appropinquet. † al. habeãt.

Rurſus a cum prædictus ſanctus, tam in exemplis vitæ, quam verbis regulæ oſtenderit ſe velle, ꝙ fratres ſui & filii diuinæ prouidentiæ innitentes, ſuos in Deum iacerent cogitatus, qui volucres cęli paſcit, b quę non congregãt in horrea, nec ſeminãt, nec metunt, non eſt veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria, vel cellaria, vbi quotidianis mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam. Et idcirco non ex timore leui relaxare † ſe debent ad congregationes & conſeruationes † huiuſmodi faciendas, ſed tunc tantum cum eſſet multum credibile ex iam expertis, ꝙ non poſſent vitæ neceſſaria aliter inuenire. † al. laxare. u † al. obſeruationes.

Hoc autem miniſtrorum & cuſtodum ſimul & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus, & cuſtodiis (cum guardiani, & duorum de conuentu loci diſcretorum ſacerdotum & antiquorum in ordine fratrum conſilio, & aſſenſu) duximus iudicio relinquendum, eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerantes.

Hinc eſt c etiam, quod cũ vir ſanctus fratres ſuos in paupertate ſumma, ac humilitate fundare voluerit, quo ad effectum pariter & effectum, ſicut fere regula tota clamat, conuenit ipſis, quod nullo modo deinceps fieri faciam vel fieri ſuſtineant eccleſias vel aliæ quæcunque ædificia quæ (conſiderato fratrum habitantiũ numero) exceſſiua in multitudine & magnitudine debeant reputari. Ideoq. volumus, ꝙ vbiq. in ſuo ordine deinceps temperatis & humilibus ædificiis ſint contenti, ne huic tantæ paupertati promiſſæ, quod p ate oculis, contrariũ foris clamet. Quamuis d etiam paramẽta, & vaſa eccleſiaſtica ad honorem diuini nominis ordinentur, propter quem omnia fecit ipſe Deus, tamen qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi miniſtrantium reſpicit principaliter non ad manum, nec per illas ſibi vult ſeruiri, quæ ſuorũ ſeruitorum conditioni & ſtatui diſſonarent, propter quod ſufficere debent eis vaſa & paramenta eccleſiaſtica decentia, in numero & in magnitudine ſufficientia competenter.

Superfluitas autem aut nimia pretioſitas, vel quæcunque curioſitas in his, ſeu aliis quibuſcunque, non poteſt ipſorum profeſſioni vel ſtatui conuenire, cum enim hæc ſapiant theſaurizationem ſeu copiam paupertati tantæ quo ad humanum iudicium derogant manifeſte.

Quapropter præmiſſa ſeruari a fratribus volumus & mandamus. Circa e equorum vero & armorum oblationes, illud decernimus in omnibus & per omnia obſeruandũ †, quod per declarationẽ prędictã f in pecuniariis noſcitur eleemoſynis diffinitũ. Ex p̄miſſis h au- † al. ſeruãdũ

annui redditus, q tñe vñt dicẽdi annui qñ ſunt certi & conſtituti, ꝙ nũ ſic eſt in fructib. horti, qui non ſunt certi. itẽ nõ ſemper venduntur: ꝑpea dicit ꝙ hic tales fructus vt pretium ſuis temporib. habeatur, appropinquat ad naturam prouentuum quia non eſt proprie prouentus.

a Rurſus, prouidet, de ſexto.

b Paſcit. Matthæi 6. Lucæ 12 No. ar. à veriſimili, ſ. §. deinde, vbi dixi in 2. no. Secũdo no. ꝙ timor leuis nõ excuſat, quod notaſcã, cum dilecti 19. Tertio, no. arg. ab experientia, de elect. q̃ ſit. vbi de hoc in glo. 3. lib. 6. Quarto, not. quod ex præteritis ꝑſumitur circa futura, de præſump. ſcribam. quandoq; e conuerſo. ſupra. §. cum vero, vbi dixi.

Quinto no. ꝙ nõ repugnat mẽdicanti cõſeruare victualia, qñ timetur quod aliquo modo hri non poterunt. Sexto no. differentiam inter conſilium & aſſenſum. de hoc de cle. cũ in vete n. de arb. cum olim, & in regula, nullus ex conſi. lib. 6. Septimo no. quod qñq; ſpecialiter oneratur conſcientia cõmiſſarii, ſup. §. vtilitatem, dixi in 3. notabili.

c Hinc eſt. prouidet de ſeptimo. Nota ꝙ fratres fundati ſunt in ſumma paupertate & humilitate, & de paupertate ſ. §. cæterum, vbi in 1. no. dixi & §. proinde, in 2 q. d humilitate de maio. & obe. humilis. Secũdo no. quod nõ dẽnt habere eccleſias, vel alias ædificia exceſſiue, hęc iã non ſeruãtur, & minime ſtq̃ auctor hoc adiecit, cui vlq; tunc debuit conſtare, ꝙ in multis locis hõt excellentiores eccleſias, quam hõt cathedrales, & Papa ſcit, & tolerat. Tertio no. ꝙ ea actibus illicitus pręſumitur de mente cõtaminata, de præſump. c. 1. ſic. n. dicit ꝙ ex ædificiis immoderatis ꝑſumitur contra humilitatem & promiſſam paupertatem fratrum.

d Quamuis.] prouidet de octauo. Nota quod Deus fecit omnia ad honorem ſui ordinis Prou. 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus, & dic propter ſe, id eſt, propter ſuam bonitatem vt ea fruamur, de hoc ꝑ Thomam part. 1 q. 54. art 2. Secũdo no. ꝙ ſolus Deus eſt cognitor abſconditorũ 32 dil. erubeſcant. de iud. nouit de ſen. ex. com. à nobis 2. quã quam n. hic nõ dicat quod ſolus Deus, tamen illa iura hæc ſupplent. Item ſatis dr̃ hic. cum hoc tamquam proprium ſibi attribuitur. Tertio nota, ꝙ ſuperfluitas etiam reprobatur in rebus ad cultũ diuinum deputatis : & ratio redditur in littera, & pro quia dẽt in omnib. ſeruari modus, quod dixi ſ. §. licet, in 2. no. Quarto no ꝙ curioſitas reprobatur, de renun. c. 1. lib. 6. Quinto no. q̃d cauendum eſt ei, ꝑ religioſos ne humano iudicio damnẽtur. ſ. § cæterum.

e Circa.] prouidet de nono.

f Prædictam.) ſ. §. porro.

h Ex p̄miſſis.] ſoluit dubium oriẽs ex p̄dictis de paupertate, & refert duas opiniones, & ſecundam approbat.)

Digitized by Google

teni ſuccreuit non parum ſcrupuloſa quæſtio inter fratres, videlicet, vtrum ex ſuæ profeſſione regulæ obligentur ad arctum, & tenuem, ſiue pauperem vſum rerum.

Quibuſdam ex ipſis redentibus & dicentibus, quod ſicut quo ad dominium rerum habent ex voto abdicationem arctiſſimam, ita ipſis quoad vſum arctitudo maxima & exilitas eſt indicta.

Aliis in contrarium aſſerentibus, quod ex profeſſione ſua ad nullum vſum pauperem, qui non exprimatur in regula obligantẽ. licet teneantur ad vſum moderatum temperantiæ, ſicut & magis ex condecẽti quam cæteri Chriſtiani. Volentes itaque conſcientiarum prædictorum fratrum prouidere quieti, & his altercationib. finem dare, declarando dicimus, ꝙ fratres minores ex profeſſione ſuæ regulæ ſpecialiter obligantur ad arctos vſus ſeu pauperes, qui in ipſorum regula continentur, & eo obligationis modo, ſub quo cõtinet ſeu ponit regula dictos vſus.

Dicere a autem, ſicut aliqui aſſerere perhibentur, quod hæreticum ſit, tenere vſum pauperẽ includi vel non includi ſub voto Euangelicæ paupertatis, præſumptuoſum & temerarium iudicamus.

Demum b quia ex eo qđ dicta regula per quos & vbi fieri debeat miniſtri Generalis electio tradens, nullam facit de miniſtrorum prouincialium electione vel inſtitutione penitus mentionem oriri ſuper hoc poterat dubitatio inter fratres Nos volentes poſſe ipſos clare ac ſecure procedere in omnibus factis ſuis.

Declaramus, ſtatuimus etiam & ordinamus in cõſtitutione in perpetuũ valitura, vt cum alicui prouinciæ de miniſtro fuerit prouidendum, ipſius miniſtri electio† penes capitulum prouinciale reſideat, quam idem capitulum die ſequenti, qua fuerit cõgregatum, facere teneatur.

Ipſius autem electionis confirmatio ad miniſtrum pertineat generalem.

Et ſi quidem ad electionẽ huiuſmodi per formã ſcrutinii procedatur (votis in diuerſa diuiſis) electiones plures in diſcordia celebrari contingat, illa quæ à maiori parte capituli numero [nulla zeli vel meriti collatione, aut conſideratione habita] fuerit celebrata, exceptione, ſeu contradictiones quacunque alterius partis non obſtante, per dictum generalem miniſtrum de conſilio diſcretorum de ordine (prius tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur, prout eis ſecundum Deũ viſum fuerit expedire. Et ſi fuerit infirmata, ad capitulum prouinciale electio huiuſmodi reuertatur.

Cæterum ſi capitulum memoratum die prædicta miniſtrũ eligere prætermittat, ex tũc miniſtri prouin

a Dicere. remouet quendam errorem, quidam enim dicebant, quod hæreticum erat dicere, quod vſus pauper, id eſt abdicatio paupertatis includatur vel non includatur ſub voto Euangelicæ paupertatis. Et videntur iſti velle, qđ ad votum Euangelicæ paupertatis nihil pertinet dicere quod redemptor, & Apoſtoli habuerunt bona tantũ in vſu, hoc autem aſſerere dicit temerarium, & præſumptuoſum, & ſic videtur fauere illis, q dicunt, quod vſus pauper includitur ſub voto Euãgelicæ paupertatis, tamen hoc non affirmat, & hodie ſtandum eſt extrauaganti, cum inter nonnullos, de qua dixi ſup. §. proinde. qõ. 5. poſt principium.

b Demum. hic de electione vel inſtitutione miniſtri Prouincialis.

Et primo determinat generaliter quoad totum ordinem: ſecundo, ſpecialem modũ tradit quo ad prouincias vltramarinas Hyberniæ & Græciæ, in §. vitum.

Prima ſubdiuiditur, quia primo determinat ꝙ electio fiat per capitulũ prouinciale & quod fiat die ſequenti poſtq̃ fuerit congregatũ, ſecundo ibi, c Ipſius. quod eõ firmat ſpectet ad Generalẽ. Tertio ibi. (Et ſi quidẽ) quod ſi plures eligerentur in diſcordia, confirmetur electus a maiori parte numero omiſſa collatione, & reiectis exceptionib. quarto; ibi, (Et ſi fuerit.) ꝙ ſi electio fuerit infirmata, redeat ad capitulũ. Quinto; ibi, (Cæterũ.) ꝙ ſi capitulum prædicta die non elegerit, deuoluatur ad Generalem. Nota differentiã inter hæc verbũ: declaramus, ſtatuimus, & ordinamus, pro hoc qđ no. de iudi. decer nimus. videtur tamen quod verbum, ordinamus, idem importet, quod ſtatuimus, & ſic quod nouum ius inducat, ſimile quod no. de reibus. volumus, de off. vic. clem. vnica, in gl. fi. Secundo, not. ꝙ in electione miniſtri, Prouincialis non hẽt locum tempus Latera. concilii, de cõceſ. pb. c 2. hic tñ non diſponit de cõgregatione concilii, ſed dẽt intelligi quod fiat prout conſtitutum fuerit in capitulo ante celebrato. Item ex hac cã q̃ñque congregatur, & ſolum poſt congregationem currit tps, qđ hic breuiſſimum cõſtituitur, ſ. dici: nec timeri põt ꝙ diſſerat capitulo congregante: quia ſuper hoc prouidet Gñalis vel vicarius ordinis, de quo j. §. cæterum. Tertio no. caſum ſingularẽ, in quo confirmatur electio celebrata a minori parte capituli: dummodo ſit facta à maiori parte partium comparatione minorum: cuius contrariũ: alias eſt de iure de elect. eccleſia t.

Quarto no. aliũ caſum ſingularem, in quo in electione omittitur collatio zeli & meriti. Simile in electione abbatiſſæ, quę fit per moniales, de ele. indemnitatib. § vt autem. lib. 6.

Quinto no. ꝙ in confirmatione Miniſtri prouincialis non procedítur iudicialiter: quia vt dr̃ hic, nõ admittuntur exceptiones partis alterius, q̃ tñ in aliis confirmationibus admittuntur, de elect. c. ſi. lib 6. Simile in electione abbatiſſæ fact. à duab. partibus monialium quæ etiam confirmatur non obſtante cõtradictione partis alterius, d. cap. indemnitatibus §. ſanẽ; quãquam autem gloſſa, ibi dicat, quod admittetur exceptio, quæ votum eligentis reddat nullum, tñ hic vr̃ quod ſufficiat, quod ſit facta a maiori parte numero, & ſic attẽdantur voces facti, ſicut ht de ele. c̃. ele. ꝙ circa. Sexto no caſum in quo miniſtri electio.

† De mõ electionis faciẽda, vide nouiſſime ſancita in conc. Trid. ſeſ. 25. tit. de Regularib. & Monialib. c. 6.

electione indiſtincte reuertitur ius eligendi ad eligẽtes: nec diſtinguitur an eligerint indignũ ſcienter vel ignoranter. cum tñ alias ſi elegerunt indignum ſciẽter, non ad eos, ſed ad ſuperiorem deuoluatur, de elec. cum in cunctis, in ſi. & c. bonæ 2. & c. quamquam, lib. 6.

uinciali dicta ſũt ſup. §. demũ, & duob ſeq. No. de clauſu la decr. ſi unde de relctr. ſtatutum, in an. lib 6. & pro hoc q no. ſup. de immun. eccle clem. vnica, in 6. notab. & 2. contrario Cardinalis de Zab.

Electione caſſata qñq; indiſtincte ius ad eligẽtes reuertit.

ciales prouiſio ad generalem miniſtrum libere deuoluatur. Verum ſi miniſtro prædicto, & capitulo generali ab excerta, manifeſta, ac rõnabili cã videtur aliquando in prouinciis vltramarinis Hyberniæ, Græciæ, ſeu Romæ, in quibus hactenus alius prouidẽdi modus dicitur ex cã certa & rõnabili fuiſſe ſeruatus, expedire miniſtrũ prouincialẽ per miniſtrũ generalem, cum proborũ ordinis conſilio potius, quam per capituli prædicti electionem præfici in prouinciis Hyberniæ etiã vltramarinis irrefragabiliter, In Romana vero, Græcia quando miniſter dictæ prouinciæ mereretur, vel abſolueretur citra mare, illa vice ſeruetur abſque dolo, partialitate, & fraude, ſuper quo eorũ conſcientias oneramus, quod ſuper hoc dictus miniſter cum dictorum proborum conſilio duxerit ordinandũ. In deſtitutione b vero dictorum miniſtrorum prouincialiũ ſeruari volumus quod ſuper hoc hactenus de ipſo ordine extitit obſeruatũ. Cæterum c ſi contigeret eodem miniſtro generali carere, per vicarium ordinis fiat ſuper hoc, quod faciẽdum fuerit per eundem miniſtrum vſquequo prouiſum fuerit de generali miniſtro.

Porro d ſi quid de huiuſmodi miniſtro prouinciali ſecus attentari forte contigerit illud ipſo facto ſit irritum & inane. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum, dictorum commiſſionis, reſponſionis, prohibitionis, ordinationis, mandati, conſtitutionũ, indicationum, & voluntatũ infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Idem (Clemens † quintus)

Determinat & declarat quid ſignificent hęc uerba inſerta in iudicialib. commiſſionibus, quæ ſiunt a principe uel a iure, ſcilicet, quod procedatur ſimpliciter & de plano & ſine ſtrepitu & figura iudicij. Io. And.

CAP. II.

SAEPE con-

a Verum. hic de modo creandi miniſtrũ prouincialẽin ꝓuinciis vltramarinis Hyberniæ, & Græciæ, & permittit miniſtro generali, q ſi ei & capitulo gñali videbitur poſſit ipſe eũ probo in ordinis cõſilio pñcere Miniſtrũ in prouinciis Hyberniæ, & vltramarina, in Romania vero ſeu Græcia hocidẽ poſſit qñ miniſter illius ꝓuinciæ moritur vel abſoluitur citra mare. Notandum i quo electio miniſtri, prouincialis nõ ſpectat ad capitulũ ꝓuinciale, ſic ẽt electio abbatis qñq; non libere ſpectat ad conuentũ, de cõſuet. cũ dilectus. Sed nota in 6. quod qñq; oneratur ſpñaliter conſcientia commiſſarii, ſupr. §. rurſus, vbi dixi in 5. notabili.

b In deſtitutione. hic de deſtitutione miniſtrorum prouincialium.

b Diſpendio. id eſt, damno. ſimile de reſcrip. diſpendia, lib. 6. de iud. cap. diſpendioſam clem. 5. Auth. de col. § ſuper hoc cenſemus, col. 6.

c Diminutionis extranea quaſi dicat diminutionem ne ſcientia, ſimile in corpore auth. conſtitutio, quę de dignitatibus, § illud, col. 6. ex quo §. ſumptū fuit hoc verbum.

d Studium adhibemus. expediendo conſilia, & ad tollenda ſubditorum diſpendia pernoctantes, in corpore auth. vt iud. ſine quoquo ſuffra. in prin. col. 2. & adde quod dixi in c. ad onus, in verbo cupientes.

e Multo fortius, hoc dicit, quia quiſque ſe ipſum & ſua plus diligere tenetur quam aliena, vnde dici conſueuit Alpibus ille perit, qui ſe plus diligit vllum.

f Nā prima charitas incipit à ſe ipſo. C. de ſerui. & aqua l. prates, & ibi no, quare et legitur q eam non habēs in ſe, in alio præſumitur non habere, 25. q. 5. c. non licet, ff. de bo. eorum, qui mortem ſibi conſc. l. vlt. §. ſic autē, de ædi. edi. l. cum autem, § excipitur.

f Spōſæ noſtræ. ſ. ſpirituali, cui matrimonii ſpiritualis vinculo alligatus Papa dicitur, vt quicunque alius epiſcopus, 21. q. 2. c. ſicut in vna, 7. q. 1. ſicut alterius, extra de teſta. c. requiſiſti.

g Conſeruandis, ſuper hoc alibi ſcribitur, iuſtitiam noſtram & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ nolumus negligere qui alios in ſua iuſtitia confouemus, extra de immu. eccle. c. quoniam, li. 6. de ſup. negli. præla. licet

h Et iniuncto, ſimile extra de hære. cum ex iniuncto,

i Teneamur impendere, ad hoc 27. diſt. c. eccleſiæ, extra de confir. vti. c. cum dilecta

K Vſurpationis iniuriam, hic vſurpatio in mala parte ſumitur puta pro illicita inuaſione vel occupatione, vt alibi, 23. di. cap. illud 16. q. 3. licet, C. de fun. re. priua. vſus aquæ, lib. 11. aliquā ſumitur in bona parte, vſurpatum id eſt, in vſum vel conſuetudinem inductum ff. ſolu. matr. l. ii. conſtēte, § quotiens, in ff. de vſuca. l. 2. de iniu. l. iniuriam, § vlt.

l Incurrant. ſimile dicit lex in tutore, qui pati non debet iura pupilli ſui tolli vel perire, C. de admi. tut. lex quæ § nec vero domum.

m Sane. Secunda pars.

n Fratrum noſtrorum. Cardinalium, & ſuper hoc vide quod no. in decr. Execrabilis.

o Notitiam. hoc enim ſcire dicimur qd ab aliis audimus, 22. q. 5. c. hoc vt & ad hoc extra de ſen. ten. excom. cum deſideres, §. ſecundæ, ff. de peti. hæred. l. ſi tem ue niunt, § petitā, & §. à quo. de admi. tu. l. quidam §. ex quo.

p Sit liquidum. vt extra de re iud. paſtoralis, §, vlt. clem. 5. de foro comp. c. licet vbi de hoc p Inn. & Ho. & arg. extra de hom. pro humani, lib. 6.

q Inconcuſſe ſeruatū, quaſi dicat abſq; alia interpretatione, & ſic per talē obſeruātiā potuit cōſuetudo ius tribuens introduci, extra de verb. ſign. abbate, C. de edi. præ. l. an in totū, de emāci. lib. l. 1. de appat. iu. l. vitos ll. 12. extra de appel. l. bonæ memoriæ.

r Cum in illo. ſcilicet vacanti imperio.

ſ Recurſus. ſimile de for. comp. licet, cū in temporalibus nullus citra Papā ſit Imperatore quo ad iura imperii, ſuperior, arg. 26. d. duo ſunt, 7. q. 1. in apibus.

t In perſona beati Petri. ad hoc extra de re iu. ad Apoſtolicæ § no. itaque l. 6. 40. d. §. non nos.

u Terreni id eſt, laicorum, ſecundum Lau.

x Cœleſtis, i. clericorum, ſecundum eum. Vel poteſt exponi proprie. terreni, idest, temporalis quo ad forum contentioſum, cœleſtis, id eſt ſpiritualis quo ad forum animæ: iuxta illud, quodcunque ligaueris, & c. 24. q. 1. quodcumque & q. 2. c. legitur.

y Commiſit. Matth. 16. 22. diſt. omnes, vbi reperies iſta verba: Qualiter autem Deus videatur in perſonam Petri ſuis ſucceſſoribus iura vtriuſque imperij commiſiſſe, & modum per quem hoc probatur, vide prout no. per Inno. & Hoſtien. de foro comp. c. licet. Sed an illam commiſſionem Chriſtus feciſſe videatur nedum ſuper catholicos & fideles an etiam ſuper non catholicos & infideles? Dic quod ſic: & ſuper hoc vide quod not. Hoſtien. extra de vot. & vo. redemp. cap. quod ſuper his, in gl. magis. Item facit tex. in arg. quod Papa habeat vtrumque gladium, & ſuper hoc vide q nota. per Ber. & Hoſt. extra qui filij ſint legi. cauſam quę, & per Ioan. 10. diſt. plenius per Hoſt. in ſumma, qui fil. ſint legi. § & a quo.

z Prædicti. ſ. vacantis.

a Deuoluuntur ſic iuriſdictio prælaturæ epalis vacantis deuoluitur ad capitulū, extra de hæ. ad abolendam de maio. & obed. his quæ & c. cum olim co. ti. c. 2. lib. 6.

b Et ea. ſ. iuriſdictionem, regimen, & diſpoſitionem.

c ipſe. ſ. ſummus Pontifex.

d Exercuiſſet. ſ. inconcuſſe, vt ſupra.

e Et dignitatis. ſcilicet imperialis, quæ non immerito dignitas dicitur, cum etiam regalis poteſtas dignitas

Old. cōſi. 51 Cunuſrario nes ſequitur L. 1. Ro lin. 60 8. licet i ā dicat. ōnes Old. non valere, & qua pœna punitur Iudæus cognoſcens Chriſtianā, vide Old. cō ſi. 33. vbi Pā dono Iudeo fuerūt cacta vinlia & de æ aiiru gēd ; Iudæis no. Fely. n c. poſtulaſti. de Iudæis. Font.

1 Vide o Ino Beatū Thomam 2. 2 q 36. ar. 4.

Vſurpatio in bonam & malam partem ſumitur

Imperiū cōmiſſū eſt a Chriſto eius per fideles papa hēt vtrūque gladium.

Digitized by Google

appelletur, extra de offi. deleg. c. hac conſtitutione li. 6.
a Faſtigium. id eſt, altitudinem ſeu præminentiam, ſimile, 48. d. c. ſicut Neophytus.
b Illicite. volentes forte magis præeſſe q̃ prodeſſe.
c Ambientes & ſic per conſequens caſum appetentes, diſt 48. cap. ſicut Neophytus.
d Matris Eccleſiæ. 11 diſt. non licet, &c. præceptis, cum ſimi.
e Quantum in eis eſt. hoc dicit, quia vere per factum eorũ potiſſime cu ſit vſur patiuum Romanæ Eccleſiæ nõ præiudicatur, ar. C. de fun rei priui l. vſus aquæ, lib. 11. 9; d. illud.
f Honoris] ad cuius cõſeruationem ſicut & iuris attendendum eſt per prælatũ, vt in § ſeq. & dic vt dixi in decre. ad conditurem, § ruſus.
g Alterius cuiuſcunque puta œconomatus, vicedominatus, & aduocationis caſteldiunatus, vel ſimilis, argu extra de iure pat. præterita de elect auaritiæ lib 6

giũ a illicite b ambiẽtes, c in noſtrum & Romanæ ſanctæ matris d Eccleſię (quantum e in eis eſt, pręiudicium euidens, ac diminutionem honoris f & iuris, vicariatus ſeu alterius g cuiuſcunq; nomen officii, quod ipſo Imperatore viuente ex ipſius commiſſione h gerebant in certis terris, territoriis i ſiue locis poſt deceſſum ipſius k abſque l noſtra vel Apoſtolicæ ſedis m petita vel obtenta n licentia retinere o ſibi, & nonnullis etiam de nouo p aſſumere quod non geſſerant q aut geſſum antea r poſteaque dimiſſum s reſumere t temerariis u auſibus præſumpſerunt quo x vel quibus y adhuc non verentur abuti z & ſub eius vel eorum colore a multa facere b & feciſſe c noſcunt, quæ in noſtrã & Eccleſię prędictæ iniuriã d aperte redundãt, non abhorrenter per id e variis

h Commiſſione. poteſt ergo Imperator viuens certum officiũ committere in aliqua terra imperio ſubdita, vt hic ad idem in corpore auth vt nulli iud. § & hoc vero iubemus, col 9. de adm offi. in tacitis appella col. cam ſimi Sed nunquid per talẽ poſſunt per eũ cõſtitui iudices ordinarii? Dicas quod ne in corpore auth de defenſo, § nos igitur, col. 3. Item cum per legem ſcriptã iuriſdic. ordinaria tribuatur ſt de iuriſd om. iud. l. & quia, ſic & per principem qui eſt lex animata in terris. in corpore aut de conſue. circa fi. col 4 & ita no. extra ne prælati vic. ſuis c 1. Sed hic quæro, an talis cõmiſſa iuriſdictio per principẽ reuocetur per eius mortem. Videtur quod ſic, ad inſtar iuriſdictionis delegatæ, quæ morte mandatoris reintegra expirat, extra de offi. deleg. gratum &c. relatum. Sed contrarium verum eſt, vt probatur in corpore auth. vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus, vel ſi vero & præcepta, col 9. & hoc ſic ſenſit expreſſe Hoſt de le quoniam abbas.

Iuriſdictio ordinaria tribuitur per legẽ mortuã, & per legẽ viuam.

i Territoriis. a terrendo dictis, quod ſicut legitur, ff. de verb ſig l pupillus, § territoriũ. De iſto territorio habes 16. q 7. omnes baſilicæ, extra de cle. vbi maius, § pręterea lib 6. C de epiſ & cle l. nulli, § & ſi in vico, de na. li ſi quis, de omni agro deſer. l. quicunque § illud lib. 11. ff de iuriſd. om. iud. l. vlt. de interdi. & rele. l. relegatorũ, § ſol et præterea. 63. d ego Luduuicus.

Territorium a terrẽdo dr.

K Ipſius. ſ. Imperatoris
l Abſque noſtra. ſ. dum fuimus in humanis.
m Vel Apoſtolicæ ſedis. ſcilicet poſt mortem noſtram. Et quod dicit, Apoſtolicæ ſedis expone, i. eſt, ſucceſſorum noſtrorum ſedi Apoſtolicæ pręſidẽtũ a quibus petita & obtenta licentia, a ſe de ipſa obtenta cenſetur, cu vbi Papa, ibi ſedes dicatur, vt dixi in c. ad onus, in verbo ſedem Apoſtolicam. & in c. Execrabilis in verbo, Romanę Eccleſiæ, & iſto reſpectu cum dicit textus vel: poteſt exponi vel, pro id eſt.

Sedes Apoſtolica eſt vbi eſt papa Diſiunctiua pro parte uera, eſt totaue ra.

n Vel obtenta. Sed qualiter intelliges diſiunctiuam vel, ſufficeret ne talem licentiam petere, niſi obtineret eam? Videtur quod ſic, ob naturam diſiunctiuæ, ad cuius verificationem ſufficit alteram partem fore veram, ff. de cond & demon. l. cum pupillus, § diſiunctiuo, de cõdi. inſti ſi hæred. de uerb ob l ſi ita quis, extra de reſcr. inter cæteras. Sed contrarium credo, quod nõ ſufficeret

Itẽ vbi

eam petere niſi & obtineret, arg. extra de ele. ſi religioſus, &c. quãm ſit, ne cle. uel mona. c. periculoſo. Nam cum nomine iuris & honoris Eccleſiæ Romanæ hic verſetur, aſſenſus & voluntas eius ſpecialis requiritur, arg ff de aqua plu arc. l. in concedendo, & l. in d e, C. de omni agro deſe. l quicunque in ſi li. 11 alias ſequeretur abſurdi tas, quod quicunque vellet terras vacantes imperii vſurpare, licentiam peteret, & eam obtinere non expectaret, & ſic iſta cõſtitutio deluſoria abſq; fructu manerent contra iura, ff. ne quid in loco publ l. vlt de iud l ſi prætor. C. de bon. quæ lib l. vlt §. vbi autem, & impoſita magis verbis, quã rebus videretur, quod non eſt ſentiendum C communia de leg. l 2. extra de elect. cõmiſſa § porro. Et, ſic expones, vel pro, &, aut pro id eſt, vt præ dixi, nec eſt nõ con nõ vt mens rei agendæ ſeruetur, ff de verb. ſig. l ſæpe, C. de ver. ſig. l. vl. cũ alterum tm̃, ſ. licentiam petere per ſe non ſufficeret, vt iam dixi a & ideo vtrunque eũam diſiunctiuum poſitorum exigitur vt concurrat, no. extra de reſcrip. ex parte 1. Vel potes aliter dicere, vt ad textũ, cum dicit petita, ſubauditur, & petenti conceſſa, & quod ſequitur ſcilicet, vel obtenta mera liberalitate abſque aliqua facta petitione, argu de præb. c. ap. ſi motu, & c. ſi pluribus, lib. 6 & co. ti. ſi Romanus cle. 5. & hanc forte conſiderationem habuit canonis huius conditor ſic diſiunctim loquendo.

agitur de pęna inſligenda appellatione ſimpliciũ nõ venit miſſum c ſtatutũ, de ele. li, 6 l. 2. ff de vet ob li gl in procmio inſti. de act Fon.

Vel pro & qñque ſumitur.

s Vide his gl in verbo, & figura. in ſi. cle. ſæpe.

o Retinere ſibi. quod prius ex commiſſione gerebant, vt ſupra
p De nouo. ſcilicet per mortem Imperatoris.
q Non geſſerant. ſ. eo viuente
r Antea ſ. in vita imperatoris.
ſ Dimiſſum ſ. adhuc imperatore viuente.
t Reſumere. ſ. eo mortuo.
u Temerariis quia a iure improbatis, arg. 2. q. 7. §. quia ſunt, extra ne cle. vel mona. c. 2 lib 6.
x Quo. ſ. licet nomine.
y Vel quibus. ſcilicet nominibus
z Abuti. hoc dicit, quia in vſurpatis proprie non eſt vſus arg 3 i. q. 5. c. quod Deo, extra de teſta. c cum ingredientibus, C de fun rei priua l vius aquæ lib 6.
a Colore id eſt prætextu. ſimile de electio, auaritiæ li. C. de lac. ot eccl. l. qui ſub prætextu.
b Facere. de præſenti vt dicit̃ ab a verbo ſequenti. & quia infinitiuus modus quæ de præſenti ſunt, denotãt niſi ſub iungatur verbum futuri temporis, ff. de verbo. obl. l ſtipulatus fuerim, § 1 & l. ſi a colono, &l cum ſtipulatus ſim.

Infinitiuus q̃ ſunt præſẽtia ſignat.

c Feciſſe ſ in preteritum.
d Iniuriam. illatam iniuriam Eccleſiæ Papa non poſſet remittere de iure communi, 6 p. diſt n capitu Solo c. ſiæ mma? æ 23 q 4 ſi is qui, ſed ſi a perſona illatam bene pot licet tu inulte, & tam corẽ relaxare ex corde tenetur, tamen ſatiſfactionem debitam, niſi velit de perditem. dixit & 5 cap vlt ye diſtinctione ſi quis contumatus, not. de hoc extra de male cop ie d pœnit. Remiſſa, lib.

Iniuriã Eccleſiæ factã Papa remittere nequit.

e Per id. ſcilicet quod qualeſcunque officiũ uel officii nomen ſuper imperio vacant. ſine licentia ſedis Apoſtolicæ retinere, aſſumere, vel reſumere præſumpſerunt.

Inno.

inuolui [a] criminibus, nec diuinæ maieſtatis formidantes offenſam [b].

¶ Quia [c] igitur error, cui non reſiſtitur, approbari [d] videtur, & latum [e] pandit [f] delinquentibus ſignum [g], qui eorum peruerſis conatibus non reſiſtit [h]: Nos volentes noſtris & Eccleſiæ ſponſæ noſtræ iuribus & honoribus in hac parte proſpicere [i], & malis ac [k] ſcandalis, quæ ex retentione, aſſumptione, ſeu reſumptione huiuſmodi [l] orta ſunt hactenus, & quæ periculoſe poſſent in antea ſuboriri celeriter [m] obuiare [n], necnon periculis [o] animarum huiuſmodi retinentium, aſſumentium, ſeu reſumentium nomina [p], & eis abutentium (vt præfertur) ſalubriter [q] occurrere cupientes, præſentium auctoritate monemus [r] ſub excommunicationis [s] pœna omnes & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis exiſtant, [t] etiam ſi Patriarchali vel quauis alia [u] ſuperiori, ſeu epiſcopali [x] vel regia, ſeu alia [y] quacunque præfulgeant dignitate, qui poſt vacationem [z] imperij abſque

Magiſtratus & officia ſibi falſo nomine aſſumentes uariis pœnis reſtringuntur.

a Inuolui criminib.] ſed quæ & qualia ſunt crimina, quibus ſe inuoluere dicuntur [illegible] poteſt dici, quòd tales qui falſo nomine ſibi magiſtratus aſſumunt, pœna criminis falſi reſtringuntur, ff. ad legem Corn. de fal. l. qui nomine & l. falſi, & l. eos, § qui tc. C. eo titu. l. maiorem. Item pœna criminis læſæ maieſtatis, ff. ad leg. Iul. maie. l. 3. § vlt. Item præſcriptionis titulo ſubiacentes, bonorum omnium amiſſione multantur, C. de appel. ind. probator as. lib. 12. Item crimine inuaſionis, iuxta l. cum quærebatur, C. vnde vi. Item alijs forte quæ ſolicitudini ſtudioſi relinquo.

b Offenſam quam incurrit immiſcendo ſe rei ad ſe non pertinenti, ſcientes vel ſaltem ſcire debentes quod ſuum non eſt, ad alium pertinere. C. vnde vi. l. cum quærebatur, non contenti profeſſione ſua res alienas inuadendo, 93. diſt. diacones.

c Quia igitur.] Tertia pars.

d Approbari videtur. 83. diſt. c. error, tenetur ergo quis reſiſtere error. proximi. Sed an hoc quo ad omnes ſit præcepti, vide quod legitur & notatur extra de hæret. capit. qui alios, & c. cum ex iniuncto §. pen. de ſent. excomm. quantæ, 2. q. 1. ſi peccauit. Et poteſt dici quod a peccato committendo quilibet proximum ex debito corrigere tenetur; & idem de commiſſo ſi iterabile, extra de eo qui ſpi. In alio peccatu quo ad illos, qui ſupra alios habet iuriſdictionem vel correctionem a iure permiſſam, eſt præceptum cæteris autem non, ut colligitur ex notatis in d. c. & iuribus.

Peccantes corrigere an ſit præcepti quo ad oẽs vide B. T. 2. 2. q. 33. ar. 2.

e Latum. idest [illegible] gum vel amplum.

f Pandit. idest patefacit vel aperit.

g Signum. idest ſecum vel inceſſum, ſimile, ff. de probatio. l. qui teſtamentum.

h Non reſiſtit ideo. n. lex prodita eſt, vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur, in procemio decr. in § denique. Et dic, non reſiſtit per prohibitionem, vnde lex dicitur prohibitio non faciendorum ff. de leg. lex eſt, & per pœnarum impoſitionem, ff. de iuſt. & iu. l. j. Eſt n. lex delictorum correctio ff. de leg. l. 2. & a Deo, propter vindictam noxiorum pñs gladij eſt permiſſa, 23. q. 4. c. quæſitum, quæ cum timetur, & mal. coercentur, & boni inter malos quieti viuunt, ut eo c. quæſitũ & c. nõ fruſtra.

Gladii poteſtas ẽ vtilis.

i Proſpicere. præuidentis, enim Eccleſiæ regimini incumbit officio, vt non ſolum de animarum ſalute: uerum etiam de extrinſeca vtilitate & cautela ſciat eſſe ſolicites, 39. d. Petrus, 85. d. c. fratrum.

k Ac ſcandalis ad hoc extra de præſc. nihil & in procemio, lib. 6 § 1. in corpore auth. de qũ in prin. coll. 6.

l Huiuſmodi. ſcilicet vicariatus ſeu alterius cuiuſcunque officii.

m Celeriter. ad hoc extra de accuſ. p. [illegible] latorum.

n Obuiare futura n. præcauenda ſunt prout poſſunt, ff. loca ſi quis demum § 1. ex 12, de ele. c. licet, de ſer. nõ ord. c. 1. vbi de hoc, 23 diſtin. in nomine Domini, nam & exempla præterita nos cautere præmonent in futurum, 82. diſ. c. plurimos, in fin. Vel dic quod de præſenti quid faciendum eſt, ne malum inſurgat, quid in futuro poſſet inſurgere: alias autem humanæ naturæ non eſt an futurum bonum vel malum contingat: ſcriptum eſt n. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, &c. cum nec per humanam cuſtodiam conſequi poſſit, ne damnum vel malum eueniꝛe poſſit. ff. locati, l. ſed da[illegible], quia ſolius Dei eſt præſcire futura, 26. q. 5. quod autem.

Futura non ſunt in cognitione humana.

o Periculis animarum. ſuis ſpecialiter occurrendum eſt, argum. extra de ſepul. cap. animarum, lib. 6. qui nimis emungit, ſanguinem elicit, 4. diſtinct. denique. extra de renun. niſi cum pridem § propter maliciam. cum ipſæ ſint rebus quibuſcunq; præferendæ C. de ſacroſan eccle. l. ſancimus, in fine.

Sanguine elicit qui nimis emũgit.

p Nomina. ſcilicet vicariatus vel alterius cuiuſcunque officii.

q Salubriter.] Hoc dicit, quia nimia increpatio nec correctionem recipit, nec ſalutem, & leniter caſtigatus & facile reuerentiam exhibet caſtiganti, 45. d. cum beatus, ad legem Aquiliam, l. nam nimia iuſta illud.

Correctio ſit moderata.

Qui nimis emungit, ſolet exterquere cruorem.
Immoderata facit correctio deteriorem.
Sed moderata ſatis correctio gignit amorem.

r Monemus. hos ideo, quia vindictam debet monitio præcedere. 12. q. 2. indigne, extra de ſent. excom. ſacro.

s Sub excommunicationis pœna. canonis, non ſententiæ, ſunt hæc verba in hoc caſu.

t Exiſtant ſimile ext. de electio cap. generali, & c. fundamenta, § vt autem, de immun. eccleſ. cap. clericis, §. nos igitur, lib. 6 cum ſimilibus.

u Alia ſuperiori. quæ hæc ſit dignitas ſuperior patriarchali, non occurrit, niſi dignitate Cardinalatus, & ſecundum hoc eliditur textus, & ſequens in argumentum, quod dignitas Cardinalatus eſt maior Pontificali, licet per aliquos dici conſueuerit, quòd epiſcopalis dignitas ſit maior quam dignitas Cardinalatus.

Cardinalatus an ſit maior pontificatu.

x Siue epiſcopali alias pontificali, præmittit dignitates eccleſiaſticas temporalibus, de quibus ſequitur, ut denotet ipſas digniores eſſe tẽpal. b. argum. de tranſla. epiſc. inter corporalia, & de maio. & obed. c. ſolitæ, 16. di. duo ſunt, nam, ex ordine textuum argumentatio contoeuit in corpore auth. de hære. & fal. & inordinatum, colla. 9. C. de nouo Cod. fac. §. pen. ver. ſeruus quidam, &c. cum multis ſimilibus.

Dignitates eccleſiaſticæ ſunt tẽpal. b. digniores.

y Alia quacunque quę multiplex poteſt eſſe, ut patet de electio. fundamenta. §. vt autem, de immun. eccleſia capitulu clericis. §. nos igitur, lib 6.

z Vacationem imperij.] de retinentibus ergo vel aſſumentibus, uel eſtimentibus nomen alicuius officii ſuper imperio non vacanti, non habet locum hæc conſtitutio, cum tunc ſit Imperator, qui tales poteſt cohibere: nec tunc eccleſia Romana in iure ſuo ladi dicatur, cum tunc regimen imperii ad eam non ſpectet, pro cuius conſeruatione fuit edita principaliter præſens conſtitutio, ut patet in hoc §. & etiam præcedenti.

a Noſtra

noſtra a vel ſedis prædictæ licẽtiæ huiuſmodi vicarij ſe cuiuſuis alterius officii nomen vbilibet b retinuerunt, aſſumpſerunt, ſeu reſumpſerunt, & retinent: & qui aſſument, vel reſument fortaſſis in poſterum, & ſub talis donationis pallio c abuſi ſunt, & abutuntur, vel etiam abutentur poteſtate vel iuriſdictione quacunq; d ſeu eius exercitio e publice vel occulte, quatenus dæcetero f etiam à denominatione huiuſmodi g ſeu cuiuſcũque h aſſumptione, reſumptione ac retentione prædictis, necnõ vſu, poteſtate & exercitio ſupradictis prorſus i abſtineant, & omnino deſiſtant: inhibẽtes k inſuper ſub pœna l prædicta omnibus & ſingulis patriarchis, prælatis, & etiam aliis ſuperioribus ac regibus, ciuitatibus m, comitatibus, vniuerſitatibus, capitaneis, poteſtatibus rectorib. comitibus; vicecomitibus, baronibus, & alijs omnibus cuiuſcunque ſint dignitatis, conditionis aut ſtatus n, ne prædictũ huiuſmodi nomen ſeu aliud quodlibet in eodem imperio o retinentes (vt præfertur p) aut aſſumentes vel eorum aliqui ſub denominatione q, vel titulo huiuſmodi nominum, ſeu procuratores, cõmiſſarios, iudices, aut vices eorum gerentes quocunque colore quæſito r recipiant vel dimittant: nec vt vicariis ſeu vicario aut officialibus imperii pareant s, vel intendant, aut pareri vel intendi faciant t vel permittant u, nec in his x eis vel ei quomodolibet præſtent auxilium, conſilium, vel fauorem y: Alioqui in omnes & ſingulos patriarchas, prælatos, & ſuperiores, & inferiores reges, & cæteros denominationem prędictam (vt præmiſſum eſt) retinentes, aſſumentes, ſeu reſumentes, ac illius z prætextu exercentes a quæcunque officia, poteſtates b ſeu iuriſdictiones, & recipientes eos vt vicarios c vel officiales imperii, aut cõmiſſarios eorum d, vt e

Vbilibet, locũ deſignat.

q Noſtra uel ſedis.] eadem vr̃ eſſe licẽtia Papæ & ſedis Apoſtolicæ, ut ſup. dixi, quod vbi ipſe, ibi ſit & ſedes vt dixi in c. ad onus, & plenius in c. execrabilis, licet per aliã factam electionem, ſ. beneplaciti uel uoluntatis induca differentiam inter iſta, ut colligitur ff. loca. l. locatio præcarii, extra de reſcr. c. gratioſe. lib. 6.

b Vbilibet.] i. vbicunq; hoc n. aduerbium eſt loci deſignatiuum. ut dixi in c. ad onus, in verbo, vbilibet.

c Pallio.] i. velamine ſeu colore. vt in parte præcedenti.

d Quacunq;.] denotat hoc verbum abuſum.

e Exercitio]meri vel mixti imperii, vel ſimplicis iuriſdictionis, arg. ff. de iuriſd. om. iud. l. imperium.

f Dæcetero]reſpicit futurũ tp̃s, non præteritum. ſup quo vide qd̃ notanter dicit Hoſt. extra de ſpon. duo c. vlt.

g Huiuſmodi.] ſ. officii.

h Cuiuſcũq; aſſumptione.]ſup hoc verbo eſt ſequenda expoſitio, quam feci ĩ. proxi. §

i Prorſus. hoc verbum & ſequẽs omno denotant quod totaliter & in totum a prædictis abſtineant.

k Inhibentes. poſt tales inhibitiones dignum eſt detrimentũ vetitos ſuſtinere, extra de conſ. c. Et ſup tali inhibitione vide quod no. 30. diſt. c nullius, extra de ele c. generali. lib 6.

l Pœna prædicta.] ſ. excõmunicationis.

m Ciuitatibus.]Ita. ſi inhibitio facta ciuitatibus, & aliis de quib. ſequitur, facta cẽſetur ipſis ciuibus. vel communitatem aut vniuerſitatem conſtituentibus. arg. ff. de leg. j. l. ſi hæres § vicis, & ciuitatib de vſufr. leg. l. legatum ciuitati, iuncta l 2. de reb dub. nam c. oitas, communitas, vniuerſitas de ſe, cum ſit quid inanimatum, alicuius inhibitionis vel cenſuræ eccleſiaſticæ capaces non ſunt. arg. de ſent. excom. c. ſi ſententia § cum verbo lib. 6. & not. de excel. prælat. c. tanta, & arg. ff. de condi. & demõ. l. municipibus vnde ea quæ in facto conſiſtunt, per eos expediri nequeunt quare per ipſarum membra habent expediri arg. ad hoc. C. de appa præf. præt. l. cornicularii. lib 12. de excu mun l. maximarum lib. 10 de aduo. diuer. iud. l. l. reſtituendo, ſic ſentit Inno. de ſent. excõm. c. Romana circa finem.

n Aut ſtatus ſimile de cen. l. felicis § 1. lib 6.

o Imp. no ſcilicet vacantis, ut ſupra.

p Vt præfertur ſcilicet ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.

a Denominatione.] i. appellationis tantum, & nuncupatione.

r Quæſito]ſimile de elect. auaritiæ. lib 6.

ſ Pareant.]ideſt obediant.

t Faciant.] quia tunc perinde videtur ac ſi per ſe facerent, arg. ff. de vi & vi arm. l. 1 § de deiecuſ ſe de admin. tut. l. ita autem, § geſſiſſe, de reg. iur. cap. qui per alium.

u Permittant. Videt ergo quod communitas vel vniuerſitas ſe ſuper hoc debeant opponere & hoc poteſt dici uotũ contra illos quos cohibere poteſt, & ſup hoc uide quod no. ff. de reg. iur. l. culpa caret

x Nec in his.] ſ. cuiuſque nominis. officii aſſumptione, retẽtione, reſumptione, uel alias iuriſdictione, imperij uacãtis exercitio, ut ſupra.

y Vel fauorem.] qualiter in talibus vel ſimilibus fauor præſtari dicatur, vide quod no. Gul. de hęret. quicunque lib. 6.

z Illius.] ſ. denominationis.

a Exercẽnte.] per ſolam denominationem prædictam non incurritur pœna ſequens 2, cum ſola denominatio nõ ita ſit Eccleſię Romanę præiudicialis, ſicut cum ad tale exercitiũ peruenit: nec per exercitium ẽt incurritur, niſi prætextu talis denominationis fiat, vt ualet per hunc tex. vñ ſi ſuo iure proprio, puta ex titulo ab Imperatore viuente obtẽto q̃s exerceret aliquod exercitium, non incurreret pœnam ſequentem, a cum ratione vacantis imperii nihil exerceat, quod iſte textus expoſcit: & pœna non eſt in dubio exaggeranda ar. de pœnit. diſtinct. 1 c. pœna ff. de pœnis. l. interpretatione.

b Poteſtates.] hoc verbum in perſona magiſtratus imperium denotat. ff. de uerb ſig l poteſtatis, de iuriſdi. om. iudi l. imperium, unde in quibuſdam regionibus, vt in Italia, iuriſdictioni præſidentes poteſtates appellantur, ſimile reperies de electio fundamenta. § vt autem lib 6.

c Vt vicarios] per hoc uerbum dicat, quod recipientes tales non vt officiales imperii vacantis, ſed ut alios, non incurrerent pœnam quæ ſequitur per hunc textũ, & per ea quæ ſupra proxi.

d Eorum] ſ. exercitium iura vacantis imperii.

e Vt talium .] igitur commiſſarij ſorum non vt talium,

t Videtur contra mentem iſtius conſtitutionis: neque debet aliqua ſibi vſurpare non. ẽm dignitatẽ, quãm nec habere nec exercere poteſt, iurib. al leg. in uerbo, inuolui. Fon.

a Iſtud videtur contra tex. in §. ſane, & §. quia igitur vbi dicitur quod totalis diſpoſitio omnium iuriſ imperii per mortem imperatoris deuoluitur ad papam, & ẽ ſ. acta per viuentem imperatorem commiſſa poſſunt eo mortuo gerẽ ſine licentia ſedis Apoſto. tã gl. in ver eõ miſſione, al legat bona iura in contrariũ. Fon.

Digitized by Google

talium, & in parentes ſeu obedientes eis, vt [a] talibus, aut præſtantes in hoc [b] ſibi conſilium, auxilium vel fauorem, niſi intra duorum menſium ſpatium à die [c] datæ præſentium numerãdum penitus reſipuerint [d], vel ſe licentia ſedis Apoſtolicæ ſuper hoc oſtenderint communitos [e], excommunicationis [f] in ſingulares [g] perſonas, & in terras & loca [h] ipſorũ & quaslibet communitates [i], vniuerſitates, ciuitates, aut villas interdicti ſententia de fratrum noſtrorum conſilio publice [k] promulgamus: Contra [l] eos nihilominus ſpiritualiter & temporaliter grauius proceſſuri [m], prout inobedientia eorum exegerit [n], qualitas [o] facti ſuaſerit, & viderimus [p] expedire. Et [q] vt quibuslibet parendi [r] talibus [s] tollatur [t] occaſio: omnes & ſingulos, qui huiuſmodi vicariatus [u]

lium, ſed vt aliorum, puta iure ſuo vtentium pœnæ ipſa poſita non ſubijcitur, ceſſante tamen in his præcedentio fraude, quia fraus patrocinari cuiquam non debet, arg. de rei ven. l. in fundo, extra de priuil. quanto, & c. ex parte, cum ſimil.

a Vt talibus. ſecus ergo vt aliis.

b In hoc. ſ. exercitio iuris imperij vacantis.

c A die datæ. currũt ergo hi duo menſes a tempore talis datæ, quia forte eadem die fuit præſentis conſtitutionis facta publicatio, vt ſic iuri communi conueniat, qꝫ hic dr, quo cauet cõſtõnem principis a tẽpore publicationis poſt duos mẽſes quẽ ligare in corpore authen. vt factæ nouæ cõſtitutiones, col 6. ſi enim aliter diceres, tunc ſequeretur, qꝫ ante q̃ iis ligaret ex plenitudine poteſtatis principis, alle. de iud. c. i. clemen 5. Vel qꝫ forte iſta ignorantia ferstur contra iura, C. de tab. l. generaliter lib. 10. extra de conſti. c. cognoſcentes.

d Reſipuerint referendum eſt iſtud verbum tam ad ipſos exercentes, quam ad eos vt tales recipientes, quam commiſſarios eorum vt talium, quam ẽt in parẽtes eiſdem vt talib. vel præſtantes in hoc ſibi auxilium, &c. & dic, reſipuerint, i. abſtinuerint ſeu deſtiterint.

e Communitus. illi ergo communiti a pœna ſequenti ſunt liberi, ne alias principali auctoritate circumſcripti videantur, quod eſſe non debet, C. de his qui veni. ata. impetrauerunt. l. i. & ne alias inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur, C. vnde vi, l. meminerint, extra de accuſ. qualiter.

Sed pone qꝫ de tali communione non fuiſſet hic facta mentio, & eſſent aliqui hic prohibita facientes, ſedis tamen Apoſtolicæ licentia communiti, incurrerent ne iſtam pœnam quæ ſequitur? Credo qꝫ non, quia aut habuiſſent talem licentiam ante hanc conſtitutionem, & tunc per eam tuti ſunt, cum de illis hic non eſſet facta mentio, arg. ext. de capel. mona. ex parte, & quia talis licentia durare videtur donec ſit reuocata, ar. 25. q. 2. c. 1. 2. & 3. C. de præſcr. l. falſos. Si vero poſt, idem: quia huius conditor ſibi vel ſucceſſoribus ſuis manus non ligauit per hanc conſtitutionem, quin talem poſſent licentiam concedere arg. ext. de elect. innotuit, de præb. dudum, li. 6. ff. de leg. l. ſi quis, in prin.

f Excommunicationis. ſ. maioris: illa. n. in dubio inflicta videtur, de ſent. excom. c. ſi quem.

Excõicatio nõ fertur in locum.

g Singulares perſonas.] in ſingulos igitur fertur ſententia excommunicationis, quæ de ſui natura animas percutit extra de rebus eccle. non alie. ſi quis presbyterorum.

Et ideo in locum vel vniuerſitatem non fertur cũ anima careant, de ſen. exc. Romana, §. cum vero, lib 6.

h Loca ipſorum. Nõ igitur ob alicuius delictum, terram vel loca ſuæ iuriſdictioni ſubdita interdicto eccleſiaſtico ſubijci poſſe ſimile de offic. deleg. ſane quia. deſpon. capit. non eſt. & ſic nous pro alio punitur. ſuper quo vide quod plene not. 1. q. 4. in ſumma & plenius per Gat. de vſur. c. vſurarum, lib 6. intellige tamen hic terras vel loca ipſorum reputari, non ratione plenæ proprietatis, tñ, ſed ſuperioritatis iuriſdictionalis, arg. extr. de vita & honeſt. cler. ex litteris, de Iudæ. c. cecidit, §. cum autem, cle 5. & clarius ad hoc de poſtul. præla. c. I. cum ibi not. gl. quæ incipit, bona fuit interpretatio.

s Communitates. ſuper hoc verbo & ſequenti dic vt dixi ſup. in verbo, ciuitatibus.

k Publice.] ad tollendam oĩs ignorantiæ excuſationem, arg. ff. de inſtit. act. l. ſed & ſi quis §. proſcribere, extr. qui mat. accuſ. poſ. c. vlt. de Iudæ. quoniam. & c. in nonnullis, cum ſimil. & ea quo talia fiunt non eſt neceſſarium, ea ſingulorum auribus inculcari, 16. d. c. quod dicatis, extra de poſtul. c. i. Vel dic publice, ad tollẽdum oĩs ſuſpicionis ſcrupulum, arg. ff. de ritu nup. l. vlt. de adm. tut. l. non exiſtimo. extra de claud. deſpon. cum inhibitio, vt eccle benef. c. i. & ſuper hoc vide quod no. 32. q. 4. nemo.

l Contra eos. ſ. tam ſingulos, de quibus præmiſit, quam vniuerſitates.

m Proceſſuri h. d. ad denotandum, qꝫ prælatus vtroque gladio poteſt Eccleſiæ ſuæ iura tueri, ext. de ſen. ex. cum lib 6.

Eccleſiã g'adio prælatus v. tũq; tuet.

o Exegerit.] Nam creſcente contumacia, creſcere debet & pœna, extra vt li. non conteſt. quoniam frequenter, § vlt. ipſaque cumulari facit pœnam, ff. de pœ. relegati.

o Qualitas facti quæ dele maiorem non minorem pœnam infligit, facit. ff. de pœn. l. aut facta, § qualitate. de pœn. diſt. 1. aut facta, § qualitate.

p Videmus expedire. ſcilicet, arbitrariæ, cum idem exceſſus magis ſit in vno quam in alio puniendus, a rationis multis, quæ recitantur, extra de homi. ſicut dignum, ff. de incen. rui. nau. l. Pedius, § 2. de pœ. l. reſpiciendum, §. delinquit.

q Et vt quibuslibet. Quarta pars.

r Parendi idest obediendi.

ſ Talibus. ſ. iura Imperij vacantis exercentibus ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.

t Tollitur occaſio. Nõ tollendam occaſionem in malũ.

o Vicariatus nomẽ. Quid igitur ſi quis ſit adſtrictus per iuramentum fidelitatis retinendi, aſſumendi, vel reſumendi aliud nomen officij q̃ vicariatum: nunquid vẽ abſolutus hic tali iuraſt vẽ quod non, cum de hoc mentio hic non fiat, nec aliud nomen officii repetatur, nec etiam attenta mente conditoris volentis conſeruationi iuris Romanæ Eccleſiæ prouidere, & tollere occaſionem parendi talibus. Credo contrarium, cum textus dicat, talibus, & ſup expreſſum fuerat, qualecumque nomen officii exercentib. alias niſi ſic dicas, videretur hic talis parendi occaſio imperfecte ſublata, ſi quis remaneret ligatus tali iuramento aliud nomen allegan. quam vicariatur, inde principis conſtitutio videretur quid imperfectum continere, contra legem, ſi quis ſeruum, C. qui mi. non poſ. lib. 12. & eſſet in poteſtate volentis exercere officium imperio vacante, mutato nomine vicariatus illud ſub alio nomine retinere, & ſic hæc conſtitutio deluſoria redderetur, contra iura, ff. ne quid in loc. public. fiat l. vlt. de iu. l. ſi prætor, C. de bon. quæ libe. l. vlt. §. vbi autem. Non obſtat expreſſio hic facta de iſto vicariatu, quia aliud quodcunq; nomen offici ſuperius expreſſum, hic debet intelligi repetitum, arg. ff. de verb. obl. l. Titia §. idem reſpondet, de legat. 2. l. talis ſcriptura, §. vltim. vel expreſſo hoc nomine vicariatus, omnia. alia.

Procuratoris nomen multa comprehendit.

alla in quibus eſt eadem penitus ratio, pro expreſſis & comprehenſis haberi debeat. Sicut & nomen procuratoris, comprehendit ſub ſe omnia nomina, per quæ qs alienæ adminiſtrationi ſe poterit ingerere, 1. q. 3. ſalua tor, ſicut & nomen curatoris comprehendit tutoré et in penalio. i caſu vbi eſt eadé ratio. in corpore authē vt hi qui obl. ſe hab pchibent res minor, § 1. & ibi no. coll 6 & hunc intellectum innuit textus cum dicit, vicariis vel officialibus.

quanto, & eo. tit. c contingit, § quia non, lib 6.

r Cæterum. quinta pars.

ſ Omnium. qui confluere ad Eccleſiam, de qua ſequitur, conueuerunt, arguo. ad hoc extra, de elect. cauſam, eleoi. 5.

nomen retinentibus, aſſumentibus, ſeu reſumentibus iuramento fidelitatis tenetur[a] adſtricti a iuramento huiuſmodi, quantum [b] ad hoc, de poteſtatis plenitudine abſoluentes [c], auctoritate Apoſtolica firmiter inhibemus eiſdem [d], ne talibus [e], vt vicarijs [f], vel officialibus imperij aliquatenus pareant vel intendant. Et inſuper omnes pactiones, obligationes, confœderationes [g], & colligationes, a quibuſcunque ſuper [h] hac quomodolibet [i] initas, iuramento vel quacunque [k] firmitate vallatas, omnino diſſoluimus, viribus vacuamus, irritamus, & quatenus de facto proceſſerint, reuocamus [l]. Ac huiuſmodi [m], & quælibet alia iuramenta quibuslibet [n] ſuper [o] his præſtita, per quæ poſſet in prædictis noſtris & Eccleſiæ noſtræ prædictæ iuribus derogari, præſertim cum iuramentum vinculum iniquitatis eſſe non [q] debeat, relaxamus. Cæterum [r], vt huiuſmodi proceſſus vlterius ad communem omnium [s] notitiam deducatur, chartas [t] ſeu membranas proceſſum continentes eundem [u], in eccleſia [x] Auinionenſi appendi vel affigi oſtijs ſeu ſuperliminaribus [y] faciemus, quæ [z] proceſſum ipſum ſuo quaſi ſonoro [a] præconio [b] & patenti [c] iudicio publicabunt [d]: Ita quod omnes & ſinguli, quos proceſſus ipſe contingit & contingere [e] poteſt, nullam [f] poſtea poſſint excuſationem prætendere, quod ad eos talis proceſſus non peruenerit: vel quod ignorauerint eundem: cum non [g] ſit veriſimile remanere quo ad ip-

a Iuramento fidelitatis.) ad quæ capitula adſtrictus reputetur, quis ex tali iuramento, legitur in lib. Feudorum, in tit. de forma fidelitatis. & 22. q quinta, ca. de forma. & illa capitula plene reperies proſecuta p Hoſtiē. in ſumma de feud. § quid ſit fidelitas.

b Quantum ad hoc. ſ quo ad non parendum talib. non ergo quo ad alia tali iuramento, quis videtur abſolutus, vt dixi alias in ſimili verbo in ca. ſuſcepti § vlt.

c Abſoluentes poteſt igitur ex cauſa Papa quem a iuramento abſoluere, 15. q 5. ca. nos ſanctorum, & c. auctoritatem, ext. de iureiu ca. quanto, in lib Feud hic finitur lex circa princ. ſuper quo v. de quod not. dicto c quanto, & ca. auctoritatem, per Innocen & Hoſtien. & de dolo & contum. c. veritatis.

d Eiſdem ſ. Iuramento fidelitatis adſtrictis.

e Talibus. expone vt ſupra.

f Vt vicariis. & hoc dicas ut ſuperius dixi in parte præcedenti.

g Confœderationes. in mala parte ſumitur hic iſtud verbum.

h Super hoc ſcilicet, talibus parendo, vt officialibus imperii.

i Quomodolibet. puta uerbo, nutu, uel ſigno, in ſcriptis, per nuntium, uel epiſtolam, uel pactum, uel ſtipulationem uel alias qualitercunque, cum dicat, quomodolibet, ſimile de ſeleri ſtatutum § in nullo, lib 6

k Quacunque firmitate puta pœnali, fideiuſſoria, pignoratitia, uel obſidiali.

l Reuocamus. ſimile huic extra de elect. vbi maius, § cæterum, de concel. præb detestanda, li 6. cum ſi.

m Huiuſmodi ſ. iuramenta fidelitatis.

n Quibuslibet ſcilicet, vaſallis talium, vel aliis quibuſcunque.

o ſuper his ſ officiis Imperii vacantis, uel ſuper his, ſ. parendo officialibus talibus.

p In prædictis ſ officiis.

q Non debeat. 23. quæſt. 4. inter cætera, extra de iureiu.

t Chartas ſeu membranas quaſi dicat, de pellibus animalium, & ipſorū membris, ſimile, ff. de bo. poſſ. ſecundum tab. l. 1. & l chartæ.

u Eundem ideſt, expreſſum contra tenentes officio aliquo imperii vacantis, & contra patentes eiſdem vitalibus.

x Eccleſia Auinionenſi. non exprimit de qua intelligitur, cum ibi multę ſint eccleſiæ Dices quod de cathedrali: cum nulla alia vocetur Auinionenſis, ſed omnes aliæ aliquo nomine peculiari nuncupentur, & facit ad hoc in corpore auth. de eccleſ. tit. § ſi quis vniuerſorum, in ff. de cond. & demonſtr. l. quæ conditio, § 1.

y Superliminaribus.] ſcilicet officiorum.

z Quæ. ſ. chartæ, vel membranæ.

a Sonoro] ideſt, ſonitum io auribus reddenti.

b Præconio.] quia ſicut vox præconis audientib innoteſcit, in corpore auth. de litu. § omnem, culū 8. ſic iſte proceſſus patens in membranis, omnibus innoteſcit.

b Patenti alias patulo, ideſt patenter, publice.

d Publicabunt iuris præſumptione, per ea quæ dixi ſup. in parte tertia, in verbo, publice. Vel dic, publicabunt, i. publicare poterunt iuris præſumptione, vt ex tunc non ſit tolerabilis ignorantia, arg. ff. de iu. & fac. ign. l. regula, § ſed facti, ext. de præſump. quanto, & c. quædam, ff. de ver. ſig. l latæ culpę.

e Contingere poteſt. qui iſti ſint, colligitur ex præcedentibus, §.

f Nullam, ſ. probabilem,

g Non ſit veriſimile. ſcilicet iuris præſumptione, contra quam & alias admitti poſſit probatio, 72. diſt cap. propoſuiſti extra, qui matri accuſ poſſ eum in tua, ff quod met. cau l. non eſt de probat. quæ teſtamentorum, ubi tamen iuris præſumptio tranſit in violentiam, vt quia eſt iuris uel de iure, non eſt ita, quia tunc magis dicitur fictio, at C. de prob. l. ſiue poſſidentis, cum ibi no. & talis poteſt dici iſta de qua hic dicitur, cum iſtorum proceſſuum publicatio facta fuerit per modum conſtitutionis tacite inducentis contra quoſcunque hic prohibita facientes, & tus commune publicatum arctet quemcunq; poſt duos menses, vt dixi ſup in gl cum ſunt ergo, & arg. de concel. præb. cum ei, circa fi. cle. 5.

Præſūptio an admittat probationē in cōtrariū.

a Publi-

Digitized by Google

a Publicatur.]ſimile.ſt. de inſt act.l. ſed & ſi pupillus,§ proſcribere,& alijs iurib allc.ī.in gl.ſ, iuris præſumptione. Zeuzelinus.

Diuiſio.

ANtiquæ concertationi.] primo digniſſima præmittitur declaratio. Secundo poſt matrimonium contractum prohibetur ſacri ordinis ſuſceptio ibi, Auctoritate Apoſtolica: Tertio,contrafacientes ſequitur punitio: ibi, Quod ſi ſecus,&c.

d Conſecrationi.ſimile de ap.c concertationi,li.6 hæc aūt concertatio nō modica, immo magna erat inter doctores, & notatores antiquos,dicebant.o aliqui matrimoniū cōtractū per verba de pñti per ſuſceptionē ſacri ordinis diſſolui,ſicut & per ingreſſum religionis ante carnalē copulā Alii vero cōtra ſentiebant.vt plene diſcuſſum, & pro vtraque parte allegatum reperies in ſumma Hoſt.de cōiug. §.fratrum, ver. ſed quid ſi maritus. Vltima vero opinio vera eſſe hodie declaratur pe iſtā conſtitutionem: & iſtāmet opinionē prius amplectabar tā quam verā: vt nota ni ext de vo & vo re dempt.lib.6.

e Imponere.]talem finem imponere ſpectat ad Papam eum ad eius ſedē ſit ſuper difficultate & ambiguitate iuriū recurrendū, extra qui fil. ſint le.c. per venerabilem.§. rationib & arg C. de le.l t.& §. vltim.

ipſos incognitum vel occultum,quod tam patenter omnibus publicatur.a Datum Auinione in domo Epiſcopali,ij. Calen. Aprilis,anno primo.

TIT. VI.

De voto, & voti redemptione.

Votum per ſuſceptionem ſacri ordinis ſolemnizatum, licet impediat matrimonium ſequens, non tamen præcedens, etiam ſi nondum eſſet per carnis copulam conſummatum. Et durante matrimonio etiā nondum conſummato nullus præſumat accipere aliquem de ſacris ordinibus quod ſi fecerit diſſoluto etiam matrimonio, nec in illo miniſtrare, nec ad ſuperiores aſcendere poterit, niſi aliquam de religionib. approbatis ingrediatur, & eius regulam expreſſe, vel tacite profiteatur. Eſt autem talis cōiugatus ſic ordinatus per diœceſanum monendus, vt religionem ingrediatur, ſi matrimonium nondum eſt conſummatum: quod ſi renuerit & vxor inſtiterit, compellitur per excommunicationem ad matrimonii conſumationem.h.d. Et eſt caſus notabilis: & qui ſatis efferri non poſſet.

CAP. VNICVM.

ANtiquæ concertationi[b] finē cupientes imponere[c], ac animarum[d] periculis inde prouenientibus[e] ſalubriter prouidere, de fratrū noſtrorum conſilio præſenti declaramus[f] edicto quòd licet votū ſolemnizatum[g] per ſacri[h] ſuſceptionem ordinis, quantum ad impediēdum matrimonium contrahendum[i], ac ad dirimendum ſi[k] poſt contractum fuerit, ſecundum ſtatuta[l] canonum ſit efficax[m] reputandum: ad diſſoluendum

d Animarum periculis] quibus obuiandum eſt de ſepul.c animarum ne cler.vel mona cap.vt periculoſa, lib 6.cum ſimil bus.

e Prouenientibus] tam in ſuſcipiente ſacrum ordinem; cum ex v rtute contracti matrimonij teneretur ad reddendum debitum coniugi extra de ſpon veniēs cum multis ſimilibus ex virtute vero ſuſcepti ſacri ordinis tenebatur ad continentiam obſeruandam q̄ tacite vouiſſe vſ.llum ſuſcipiendo,23.diſt diacon.non extra de cle con og cuio olim, quam etiam in muliere, for e ad carnis lubricum prona ob iuuenturis feruorem,extra de eo qui cogno conſang vxo e. ſordauæ, & cum alio matrimoniu n contrahere non potēte,ti ille ſous verus remanebat maritus, prout vere remanet, vt in f. dicitur.

f Declaramus.]non videtur ergo hæc decre. in hoc quod ſequitur, iuris noui editiua: ſed antiqui potius declaratiua, ſuper quo vide quod dixi in decr cum inter nonnullos ſuper verbo,deinceps.

g Solemnizatum]q votum ſolemne ſit,quod ſimplex dicatur,vide quod no.extra,qui cle.vel vo.cap.ruſſus.

h Sacri ſuſceptionem ordinis.] ſuſceptio igitur ſacri ordinis votū reddit ſolemne, vt h c & 84 c diſt. cum in præterito,28.diſt dia coni. Sacer aūt ordo eſt hodie eēt ſubdi co nalis,licet ol m eſſet ſecus ſ,extra de æta. & qualit c à multis, 40 diſt ouilus,32.di c.erubeſcant.

i Contrahendum] de contrahendo impediendo nō erat tā tum dubium,cum & multa illud impediant,quæ tamen nō dirimant iam contractum,extra de cogn. ſpir.c.contracto,& co. ti c per cathechiſmū lib.6.

K Si poſt.] ſ ſuſceptionem ſacri ordinis.

l Statuta canonū.] 31 diſt c quoniam,& c.aliter, 84 diſt cum in præterito,& c.quorundam,extr. de cle. coniog.cum olim,de vot.& vo.redemp.c. s.lt 6.cum multis ſimilibus.

m Efficax reputandum admiranda res videtur eſſe iſta: cum enim ſacramentum matrimonij a Deo ipſo fuerit inſtitutū in ſtatu innocētię ante peccatum:ſed poſt in ſubſidiū fragilitatis humanę,32 q. 2 ſ ſumma, & § his ita quomodo voti ſolēnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ inducta, extra de voto e a lib 6 poteſt ſacramētum a Deo inſtitutū tollere,vel aliquatenus impedire ?nou videtur,21 diſt. cap.inferior,extra de maio & obe c.cum inferior.ff ad Treb l.ille à quo.§.tempeſtiuum,ff de arbi l cum magiſtratus,& quod Dominus prohibet, dicēs: quos Deus coniunxit, homo non ſeparet:omnino fieri non licet, 28.q.1.ca iam nunc,& per multa iura & rationes, quę ad idem poſſunt allegari, quod ſi place , profeſſori poteſt, vt plene dixi extra de regul iur.c.ad poſt ſion, libro 6. Ad hoc breuiter poteſt dici, quod illud ſit per conſtitutionem Eccleſiæ conditam per vicarium Chriſti,& ſic non p purum hominem ſed ex poteſtate clauium ,quodcunque ſolueris , quodcunque ligaueris,& capit.vt in Euangelio,Math 15 ca.& 24 q.1.illo. 1.quodocunque,ex quibus magna attributa eſt eidem poteſtas, etiam circa ſacramenta , ſuper quo vide quod no per inn extra de regular.porrectū,vnde talis diſſolutio, vel impedimentum matrimonij non inducitur a puro homine,ſed a Deo ipſo, ſui vicarij auctoritatē faciendi

1 Vide B. T. & ibidē Caieta.a. q 87. ar 7.

2 Imm... & olim ſubdia conatus ordo ſacer erat,licet nō reputa ret ſacer , vt ait gl. in c 1. omnis, ext t. de ęta.& quali. verbo ſolos,adde notā in c. 2.ex. de bigam.in ver. ſacros, ī hac editione.

Digitized by Google

facien li taſis committentes omnia.n.noſtra facimus,& c.C.de v::e iu enu.l.i.§ ſed neque,ver. omnia.n.extra de prab.c.ſi Apoſtolicæ,lib 6.

a Prius ſ.quam ſacer ordo forte ſuſceptus.

b Contractum.] intellige per legitimum viri & mulieris conſenſum,ca-

dum tamen prius [a] cõtractum [b], etiam ſi per carnis copulam non fuerit conſummatum [c], cum nec iure [d] diuino, nec per ſacros reperiamus canones hoc ſtatutum [e], inualidum eſt cenſendum [f]: Auctoritate Apoſtolica [g] diſtrictius inhibentes, ne quiſpiam durante [h] matrimonio modum etiam cõſummato [i], aliquem [k] de ſacris ordinibus præſumat ſuſcipere, niſi prout ſacris canonibus nouerit [l] conuenire. Quod [m] ſi ſecus à quoquam forſitan attentatum fuerit, ordinamus, quòd nec [n]

tra.de ſpon.lus &d ét intelligi legitimum, quo ad ætatem,& liberi arbitrii motum, co.tit.c Gẽma, de de ſpon impu.de illis tã tus,n. poſſet eſſe defectus ætatis vel liberi cõſenſus. ꝙ nõ eſſet matrimoniũ, & tũc fruſtra de ipſius diſſolutione diſputaretur.

c Conſummatum.] hoc inducebat dubiũ ſicut,n. matrimoniũ nõ conſummatum per carnis copulam, per religionis ingreſſum diſſoluitur.extra de conuer coniug.c verum in corpore auth.de ſan.epiſ.§ ſi vero aſtante, colla.9.ſic videbatur diſſolui per ſuſceptionem ſacri ordinis:ſed cõtrarium verum eſt,vt ſequitur,& quę ſit ratio, inf.ſubijcietur.

d Iure diuino illo iure talis diſſolutio non eſt inducta, immo potius videtur prohibita, quia quos Deus coniunxit,& cætera.

e Statutum. quare cenſetur prohibitum, de tranſlatio. epiſc inter corpo.alia,§ ſed neque, de verb.ſig c.exiui § porro,cle.5.

Argũ valet ſi dr̃, nõ edita: quia iure cautum nõ reperitur.

Et per hoc colligere potes bonum modum formæ argumentandi & dicendi, non eſt ita,quia iure cautum non reperitur,vt hic,ad idem in corpore auth.de non eligen. ſecundo nube,§ optimum itaque, ibi, nec qualibet eſt lex aliquid talem dicens,col 1.de repud l diſſentientis, de coll.l.illam extra ne ſede vac.c illa,de ſup.neg.prælat.c Romana,lib.6,& alibi dicitur,erubeſcimus cum ſi ne lege loquimur, in corpore auth ne trien.& ſemiſſi.§. conſideremus,coll 8.

Matrimonium nõdũ conſummatum quare diſſolui non pot per ſacri ordinis ſuſceptionem.

f Eſt cenſendum ſed quæ põt eſſe rõ eius contrarium, n.videbatur per multa iura argumenta,& rationes recitatas,ut ſup dixi in ſum Hoſt de conuer. coniug.§.& verum. quas recitare hic cauſa breuitatis omitto Reſpondeo hoc eſſe, tum quia non reperitur in iure cauta talis diſſolutio,ut hic,quare cenſetur prohibita,ut dixi in gl. præcedent :Tum quia diſſolutio matrimonii inter viuẽtes pœna eſt,no.de diuor.c porro,quare non debet infligi niſi reperiatur de iure infligenda,ff.de reli l at ſi quis, § generaliter,de ſepul viol l 3 § non perpetuæ,contentum eſſe debemus pœnis legibus cõprehenſis, ff. de ver. obli ſtipulatio, & pœna non eſt infligenda niſi per iudicem,33 q 2 §.2 § de hoc, inde alias non eſſet,niſi iuſtitiam redderet,extra de ver.ſign.forus,l.in omni,ad hoc facit quod no de iure pa e vit. Tum at p multa alia iura,rõnes & argumenta, quæ pro parte iſta d.§ vitum, reperies allegata.

Sed omittere volo, & reſtum dare ad aliqua argumenta facta in d. §. quæ pro parte contraria multũ prima facie viſa ſunt vrgentia,primo cum dr̃ ſic ſolemnizatur votum,& tacitius per ordinis ſacri ſuſceptionem,ſicut per religionis profeſſionem : nam maius bonũ ſequitur ex profeſſione per q inducitur bonum obedientiæ,quæ ſi laſta ieiunia,cuſtodia & mentoria,ut in decr quorundã, § per liberi arbitrij & uoluntatis priuatio,de ele quorundã,& c ſi religioſus,de teſta c fi de ſepul c vlt li 6. Item proprietatis temporalium abdicatio,12 q 1.non dicatis, extra de ſta.mo eum ad monaſterium,§ vl &multa alia quæ cognguntur,& no 16 q 1 c.de monachis,quæ ſi ex ſuſceptione ſacri ordinis non inducuntur : quare poteſt dici , quod alia ratio in alia pactum reformat, iuxta l.interpoſitas, C.de tranſac. & aſſimilis tauo diſſimilia

Profeſſio multa bona inducit.

dẽi inducere : & quod in vno dr̃, de reliquo prohibitum vr̃,ff de iud.l.cum prætor,25 diſtin. quali,extra de præſum nonne Poteſt ẽt dici ad id quod ſecundo pro parte alia fortius vr̃ inducitur cura animarum,quem a religione reuocat, & religio quem reuocat a matrimonio; ergo & cura ad quam cum ſacro ordine q a amittitur, debet quem a matrimonio reuocare, nã reuocatio per religionẽ a matrimonio inducitur ex cauſis, quæ deficiunt in ſacri ordinis ſuſceptione,vt prædixi, nec ſequitur ꝙ ſi cura animarũ quẽ ex cã reuocat à religione,ꝙ hęc cum reuocat a matrimonio, q a in cura animarum eſt, ideo propter publicam vtilitatem,quæ præfertur priuatæ:quę publica vtilitas non ſic inſurgit ex ſola ordinis ſuſceptione. Poteſt etiam dici, ꝙ dictus modus argumentãdi per argumentum a minori vel maiori ceſſat in pœnalibus rationem in ſe non habentib cum & ceſſat in ambitioſis de ſe non pœnalib.argu. ext.de præb.cum de non lib 6 & no.hoc retenti poſtulaſti,in gl.pen.circa fi. Ad aliæ quæ inducuntur in d.§. pro parte contraria, ſatis perſcrutator reſponſum de facili inuenire poterit.

g Auctoritate Apoſtolica. Secunda pars.

h Durante. h d quia eo ſoluto liber remanens a lege coniugis poſſet ſacrum ordinem ſuſcipere, ſicut & matrimonium cum alia contrahere,31.q.1. ꝙ ſi dormierit. extra de ſecun.nup.c.pen & fi.

i Conſummato. matrimonium cõſummari dicitur per carnis commixtionem, vt hic, & extra de diuor quanto, ratificari autem dicitur per conſenſum mutuum de præſenti,initiari vero per ſponſalia no.ext.de tranſla.epiſc. c.licet.

k Aliquem de ſacris qui ſunt tres presbyteratus.diaconatus,& hodie r ſubdiaconatus,vt ſupra in gloſ. ſuſceptio.

r Subdiaconat⁹ ſp fuit ſacer ordo, vt notatũ eſt paulo an, in gl in verbo, ſacri ſuſceptionem ordinis.

l Nouerit conuenire.pnts de licentia coniugis religionem ingredientis,vel etiam in ſæculo remanentis potiſſime abſque ſuſpicione incontinentiæ,& votum caſtitatis emittentis,32.diſt.ſeriatim,77 diſt.c.epiſcopus benedictionem,ext.de conuer.coniu.c coniugatus, vbi coniux in ſæculo remanens eſſet ſuſpecta de incontinentia,vir non poſſet religionem ingredi, niſi & ipſa ſimiliter continentur,ut ibi no. Ratio diuerſitatis reddi conſueuit,q a vbi vir in ſæculo remaneret ad ſacros ordines promotus de licentia uxoris uotum continentiæ emittentis,eidem tenetur in neceſſarijs prouidere 31.d.omnino,& ſic ſibi materia incontinentiæ prætextu defectus neceſſariorum incurrendæ auferetur,ar.ad hoc,ff de ritu nup l palam,§. non eſt hoc ignoſcendum, & eam in ſe peccantem vinculis detinere, & ad ieiunia,non tamen mortifera cogere,33.q 2 placuit,& q 5.c.hæc imago,& no.ext.de inferius in c.quemadmodum in gl.vlt. quæ omnia ceſſant facienda per virum ingreſſum rel gionem;carentẽ proprio & libero arbitrio.

m Quod ſi ſecus. Tertia pars. l. ꝙ matrimonio durante ẽt non conſummato, quis ſacrum ordinem ſuſcepit.

n Nec matrimonio ſoluto. quaſi dicat,uedum eo conſtante,& dic ſoluto,puta per mortem vel ingreſſum religionis ante carnalem copulam:vel alias qualitercumque cum mediate ſequatur,ar.19 di. ſi Rom anorum, ext,de praul.quia circa,ff.de leg.præſtan l 1.§ generaliter,cum ſim. Quid ergo uſces ſi matrimonium contractum de ſe ab initio ſoret nullum,puta ob gradũ prohibitum conſanguinitatis,vel affinitatis, & propterea declaratur,nullum tamen habebit nec locum quod hic dr̃ Vr̃ ꝙ

non

matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto [a] ordine miniſtrare, nec [b] ad ſuperiores ordines prouehi, nec [c] ad aliquod beneficium vel officium [d] eccleſiaſticum valeat promoueri: Niſi aliquam de religionibus approbatis [e] (quarum profeſſio ad caſtitatis [f] cuſtodiam, & abdicationem [g] temporalium, & ſui ſuperioris obedientiam [h] ſuos profeſſores adſtringat) ipſum canonice [i] contigerit ingredi, ac eius [k] regulam expreſſe vel [l] tacite profiteri: quo [m] caſu diœceſanus [n] ſuper præmiſſis & ſingulis [o] præmiſſorum cum [p] eo diſpenſare valeat, niſi ſit aliud canonicum quod [q] obſiſtat. Ad [r] ingreſſum huiuſmodi ſic ordinatū [s], ſi matrimonium conſummatum [t] non fuerit, per diœceſanum inſtanter moneri præcipimus [u] & induci: quod ſi forſan tenuerit [x] adimplere, ipſum

non; cum nullum vinculum reperiatur virum allegaſſe, quominus liber remaneret ad ſuſceptionem ordinum, vel cuius prætextu cogi potuerit ad fidē cōiugi cōſeruādam. Sed in contrarium poteſt dici: quia aut vir cum contraxit, ſciebat impedimentum: & ſic quantum in ſe fuit mulierem decepit, & fide matrimonij violauit: & legitimum erat quo ad mulierē ob ſuam bonam fidem, extra qui fil. ſint legi, cap. ex tenore, & tunc ex ſua perfidia non debet commodum reportare, argum extra de eo qui dux. in matrimon. quam pollu. per adulter c. 1. C. de inceſt. nupt. l. qui contra. & non debet illo caſu melioris conditionis (quia ſtultus fuit) exiſtere ſt. quod vi aut clā. l. Seruius, extra de præb. c. cum qui. l. b. 6. Aut ignorabat, & tunc antequam aliquid faceret per quod à concubitu coniugis ſegregaretur, & debuit hoc caſu, & etiam vbi ſciuit, iudicium Eccleſię ſuper diſſoluendo matrimonio expectare, extra de diuor. porro, nam aliter quantum in ſe fuit, fidem promiſſam violaſſe videtur: quę violatio & ſcandalum ex ea potens inſurgere, inter cætera date cauſam potuit pœnis, quæ tali promoto per hanc conſtitutionem imponuntur: & ſic ſecundum hoc verbum, ſoluto, referri poterat ad diſſolutionem iuris vel facti. Sed ſi ſupponas ipſum & mulierem impedimentum ab initio ſciuiſſe, tunc forte ſecus eſſet: cum ſuſcipiendo ſacrum ordinem, non videatur coniugi fidem aliquam violaſſe: cum ei ſcienti ad nullam fidem ſeruādam teneretur, extra de eo qui dux. in matrimo. quam poll. per adul. c. 1. de conuer. coniug. c. 1. cum ibi no. per Pet. de Samp. & C. de inceſt. nupt. l. g. contra non enim videtur debuiſſe præſtare impedimentum ſuſceptioni ſacri ordinis matrimonium quo ad vtrunq; coniugū, de ſe nullum, arg. de ele. auditis, de iure patro. c. illud, de reiur. c. non præſtat, lib. 6. de op. leg. l. 2. & 3. quando dies leg. ced. l. quod pupillæ.

a In ſic ſuſcepto. i. matrimonio durante.

b Nec ad ſuperiores. & ſic ſuſceptio vnius ordinis in ſtatu indebito facta in alijs pœnam induci facit.

c Nec ad aliquod intelligeretur etiam modicum ſine cura: tum quia indiſtincte & vniuerſaliter loquitur: tum quia appellatione beneficij maius & minus beneficium continetur extra de verb. ſig. tua.

d Officium eccleſiaſticum. & ita nec ad acolytatus officium vel alterius minoris ordinis eſt talis promouibilis, nec ad aliud officiū regiminis eccleſiaſtici puta officialatus vel alterius, arg. 1. q. 1. c. ſi quis epiſcopus, & q. 3. ſeluator, extra de ſimo. c. conſuleret, cum ibi not. ſimile huic de pœn. c. felicis, § nulli p. cęterea, lib. 6. de hæret. excommunicamus, § credentes, C. e. tit. auth. credentes.

Religio nō approbata ingredienē nō obligat.

e Approbatis. ingredi ergo aliam non prodeſſet, cum aliæ ſint prohibitæ, & penitus reuocatæ extra de relig. do. c. 1. lib. 6. & in extr. ſancta Romana nec ingredientē obligant, no. Hoſt. ex de reg. is qui. ſimile extra de voto c. 1. li. de relig. do. c. ne nimia & d. c. ſancta. Rom.

f Caſtitatis cuſtodiam. non videtur ergo prodeſſe hoc caſu ingredi religionem in qua quam permittitur concubitus vxoralis, ut eſt reperire in tertio ordine ſancti Frāciſci: vel in ordine vulgariter nuncupato ſanctæ Mariæ in partibus Italicis, ut audiui, licet enim largo modo

dicetur caſte viuere cum vxore, ſtricte tamen quo ad obſeruationem continentiæ in promotis in eccleſia occidentali ſecus eſt, vt di. 31 lupia.

g Abdicationem temporalium. cum indiſtincte loquitur textus intelligam tam ſpeciali vel in communi: & ſic talis habebit ingredi aliquam de approbatis, aliam igitur ingredi non prodeſt, puta canonicorum regularium ſancti Auguſtini, vel monachorum Ciſtercieñ. vel Cluniaceñ. ordinis, vel Hoſpitalariorum vel ſimilium, quibus licitum eſt habere aliqua ſaltem in communi, arg. ad hoc extra de reg. c. conſtitutionem, lib. 5 alias fruſtra dixiſſet textus, quarum profeſſores, &c.

h Obedientiam. ad iſtud, & ad duo præcedent a regularem ui cas adſtrictum, extra de ſta. mona. cum ad monaſterium § ab bas, & vltimo.

i Canonice. iuxta decretalis, qui. &c non ſolum, de reg. lib. 6. uel canonicè, i. non habens in te aliquod impedimentum, quominus religioni poſſit adſtringi.

K Eius. i. religionis.

l Felicitate. puta per lapſum anni, vel alio modo vt colligitur de regul. is qui. lib. 6.

m Quo caſu. ſ. cum ingreſſus fuerit vnam de dictis religionibus, & in ea profeſſus fuerit.

n Diœceſanus id eſt epiſcopus diœceſis, in qua eſt talem religionem ingreſſus, qui per hanc decr. cum tal. b. etiam exemptis poterit diſpenſare, huius enim capituli conditor bene ſciebat iſtas religiones, vel aliquas de ipſis fore exemptas.

o Singulis præmiſſorum ſ. vt poſſit in iam ſuſcepto ordine miniſtrare, & ad altiores prouehi, & ad beneficiū & officium eccl. ſiaſticum promoueri.

p Cum eo. ſ. taliter ingreſſo.

q Qui obſiſtat puta irregularitas vel delictum, de æta. & quali. vlt. de renun. niſi cum pridem. de accuſ. inquiſitio. cum licet.

r Ad ingreſſum ſ. faciendum.

s Sic ordinatum. ſ. ad aliquem de ſacris ordinibus, in promoto ergo ad minorem ordinem vel aliquem de minoribus, non eſt neceſſaria inductio, quæ facienda præcipitur; ratio huius poteſt eſſe: quia talis ordo in ſe non habet votū caſtitatis annexum: quare non poteſt effectum matrimonij impedire, ext. de cle. cōiug. c. 1. & c. 1. l. b. 6.

t Conſummatum non fuerit. illo enim conſummato ingreſſus etiam religionem eam dimittere eſt cogēdus de conuer. cong. c. 1.

u Præcipimus. neceſſitatis eſt ergo talis monitio per epiſcopum facienda: alias prætermiſſa ea ſo peccatum inducere, de off. archid. ea quæ cum ibi not. & pe. Hoſt. de off. ord. inter cætera, § vlt. de treu. & pa. c. 1. & alia dixi de æta. & quali. c. 1. Clem. 5.

x Renuerit adimplere. ſupponit expreſſe quòd poſſit renuere, ut in le. ua dr, quia licet nullus per dñm p nolle hereditatem adire, C. de hære. inſt. l. cum proponas quia voluntarium ſeruitorem Deus ſibi quærit, non coactum, 15. q. 1. c. non eſt & per hoc dicunt reprobata opinio. Hoſt. notata d. § & vtrum, dicentis talem forte cogē cū ad ingreſſum religionis, cum ad hoc cogatur quandoque propter delictum 33. q. ... ca. fraternitatis ad

idem

Digitized by Google

idem in corpore auth. vt nulli iudi. §. adulteram, coll. 9.
a Inſtiterit non ergo aliter matrimonium cogitur cõſummare cum eſſet promotus: ſed poſſent alias vir & vxor continentia vouere, 32. q. 5. qui Deo patri. Poſt conſummatum autem matrimonium ingreſſum religionẽ poſſet epiſcopus ex ſuo officio reuocare ex cauſa, extra de conuer. coniu. capit. 1. & no. 33. q. 6. mulier.
b Per cenſuram eccleſiaſticam. ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti. de verb. ſig. quærenti. Alibi reperitur quem per ſeueritatem canonicam, alibi per eccleſiaſticã animaduerſionem fore coercendum & puniendum, quod proſequere vt no. Hoſt. de pœn. c. in quibuſdam.
c Conſumare. ſ. per carnalẽ cõcubitũ, vt ſ. dixi. vicisſim. enim quo adhoc ſibi ſunt cõiuges debitores, 32. q. 2. § his ita. nec vir dicit habere poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier: & e contra. Sed licet iſte cogatur muliere inſtante matrimonium conſummare: nunquid ipſe poterit ab illa debitum exigere? dicas quod non, cum adhuc quo ad ſe voto continentiæ ſit ligatus, not. de conuer. coniu. c. quidam, & c. accedens, 27. q. 2. c. Agathoſa, in gl. ſed nunquid, & not Guil. extra de vo. c. 1. libr. ſexto, & ibi dixi. Zenzelinus.

Vir non hẽt poteſtatẽ ſui corporis, & econuerſo.

ſi ſponſa eius inſtiterit a, per b cenſuram eccleſiaſticam compellendum decernimus contractum matrimonium conſummare c. Nulli &c. noſtrarum declarationis, inhibitionis, ordinationis, præcepti, & conſtitutionis infringere. Datũ Auinione Calend. Decembris, anno vij.

TITVLVS VII.

De religioſis domibus.

Secta & religio fratricellorum ſiue beguinorũ qui ſe dicebãt de tertio ordine beati Franſci caſſatur quoniã inter cæteros errores eccleſiaſtica ſacramenta deſpiciebãt: Et ſub pœna excommunicationis omnib. iniũgitur, vt nulli de cætero talem ritũ aſſumant, & ne epiſcopi ipſum concedere præſumãt vide c. ſi co. ti. in antiquis & c. 1. co. tit. lib. 6.

ctum eſt nihil. Ioan. e. 1. C. de vete. iu. enu. l. 1.
h Immeriti. hoc ex humilitate dicit, ut alibi extra de mag. iſtris, c. inter ſolicitudines, circa prin. cle. 5. de re iudi. ad Apoſtolicæ, c. nos itaq. lib. 6. vel vocat ſe immeritum conditor canonis præſentis, propterea quę dixi in c. ſuſcepti in prin. ſup. verbo cura ſuſtitar. Quo aũt ad cẽs vniuerſos Chriſticolas nedum benemeritus, imo & ſanctus hẽndus eſt, quẽ apex tante dignitatis attollit, vt 40. diſt. ca. non nos.
i Religioſa. vel religione fidei. de quibus loquitur lex, C. de epiſ. audi. l. nemo, Vel religioſa, quo ad habitum & profeſſionem, vt j. colligitur.
K Fauore nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. ff. de reli. l. ſunt perſonæ.
l Proſequitur. exemplum poni multiplex de hoc dari per iura C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus, & l. vlt. extra de fil. presbyt. c. 1. de apoſta. c. ex iſtarum, 66. diſt. c. 1. cum multis ſimilib. quæ diſquirere magis laborioſum reputo, quam ſubtile.
m Superſtitioſa.] Hoc verbum expone vt in decre. quorundam.
n Inſolentium.] exponi poteſt, id eſt inſolita adinuentiontum. Alibi aliter ſumitur de reſcript. quia per ambitioſam, lib 6.
o Deteſtatur.] ſimile de conceſ præb. c. deteſtanda, lib. 6

CAP. VNICVM.

Sancta d † Romana atq; vniuerſalis e Eccleſia, cui auctore f Dño g licet immeriti h præſidemus, ſicut religioſa i & pia vota benigno fauore k proſequitur l, ſic ſuperſtitioſos m conatus inſolentiũ n hominũ † deteſtatur o, videlicet ne ſub ouina p pelle gregẽ Dominicũ q truculentia r lupi s rapacis t inuadat, ſub pietatis u imagine x virus y hæreticæ prauitatis obrepat z, & ſub prætextu conuerſationis angelicæ a

† De Beguinorũ ſecta & erroribus vide Guidonẽ Carmelitã ſumma de hæreſibus ti. de hæreſibus Beguinorũ & Nicolaũ Bymericũ in directorio inquiſitorum par. 2. q. 15.

† Qui, vt dicit hic tex. & gl. epitole ſumm. C. de ſum. trin. ſub ſpecie agni, & ſub credulitatis, de quo per glo. in l. q. ſua conditione, ff. de condit. inſt. l. 1. ẽ eni, §. diuus, ff. de iureiur & prætextu boni & æqui multis nocent contra l. dudum, C. de contrahen. & commit. ſtipul. ió non eſt eis parcẽdu, l. q. ſub prætextu. C. de ſacroſã. eccl. l. quã. ignoma, C. de pecu. li. lo. de l. de reli. d. o. Fo.

Diuiſio textualis.

Sancta Romana.] Hæc decret diuiſibilis eſt in partes quatuor. In prima, cauſa ſeu ratio conſtitutionis præmittitur. In ſecunda, facti damnationi ſubijciendi recitatio ſubiungitur ibi, Nonnulli tamen, &c. In tertia eiuſdem facti ſub certis pœnis damnatio annectitur: ibi, Cum itaque &c. In quarta prælatis eidem facto conſentientibus, præbentibus pœnis infligitur: ibi, epiſcopos quoque &c.

Eccleſia Romana dicitur ſancta & ſacroſan.

d Sancta Romana Eccleſia Romano quandoque appellatur ſancta, vt hic, & 12. d. præceptis, 15. d. c. ſancta, 19. diſt. c. in memoriam, quandoque ſacroſancta vt in proœ. lib 6. & hoc ideo, quia ſacro cruore Apoſtolorum Petri & Pauli conſecrata, de elect. fundamenta de reli. & venerandi ſancti c. 1. lib. 6. 21. diſt. c. quamuis.
e Vniuerſalis Eccleſia hic dicas ut dixi in c. ſuſcepti in verbo, eccleſia, & in c. execrabilis, in verbo, uniuerſalis.
f Auctore idest, cauſam originalem dante, ſimile ff. de excep. do. l. apud Celſum, § auctoritas, & §. auctoris, ff. de diuer. & tem. præſcr. l. in vſucapione, § acceſſio. cum ſimilibus.
g Domino. ſcilicet Ieſu Chriſto & proprie dicitur auctor: quia nihil boni ſine eius gratia, 23. q. 4. nunc ergo, a. & ſiquidem, in c. Nabuchodonoſor. eum ipſo fa-
p Ouina pelle. id eſt, ſimplici non aſſuta.
q Gregem Dominicum id eſt, populum Chriſtianum
r Truculentia idest, aſtutia uel malitia.
s Lupi rapacis. exponi poteſt, id eſt, diaboli, qui inimicus hominis alibi appellatur, extra de elect. c. licet de vitanda. Vel poteſt exponi, lupi rapacis, id eſt hæretici: ſicut alias, 25. q. c. ſunt quidam, in h. multis etiam alijs modis ſumitur lupus ut no. Guil. de hære. c. vt officium. in verbo, lupum, lib 6.
t Inuadat ſimile ext. de elect. ne pro defectu. vnde ſumitur quod hic ait. Et alibi ſcribitur, quod aliqui ſub agni ſpecie gerunt lupum. de hære. c. vt officium, lib 6.
u Sub pietatis. ſcilicet extrinſecus exhibentis, interius autem nomine ſubſiſtentia.
x Imagine. idest ſimulatione ſeu velamine.
y Virus.] inficiens animam, ſicut exterius ſumptum occidit corpus: quod atrocius reputatur: quam gladio hominem occidere, C. de malefi. & mathema l. 1. ff. ad leg. Cor. de ſica l. eiuſdem.
z Obrepat. idest latenter ſubintret? ſæpe enim uitia ſe eſſe virtutes mentiuntur, 41. di. c. ſæpe uitia.
a Angelicæ accedit hoc quod alibi legit, Angelus ſatanæ frequenter in lucis angelum ſe transformat, 26. q. 5. nec mirum extra de regula, licet, §. ſi uero.

incautis mentibus ſpiritus [a] malignus illudat: [b] cuius rei gratia ſacris canonibus [c] eſt interdictum, ne aliquis nouum ordinem aut religionem inueniat, [d] vel habitum nouæ religionis aſſumat: ſed quicunque ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnã de religionibus approbatis. [e] Nonnulli tamen profanæ [g] multitudinis [h] viri, qui vulgariter [i] Fraticelli ſeu fratres de paupere vita, Bizochi ſiue Biguinis, vel aliis nominibus nuncupantur in [k] partibus. Italiæ, necnon in inſula [l] Sicilienſi, comitatu prouinciæ Narbonenſis, & Tholoſanenſis ciuitatibus, & diœceſibus, & prouincijs, alijſque diuerſis ciſmarinis [m] & vltramarinis partibus cõtra dictos canones habitum nouæ religionis aſſumere, [n] congregationes & conuenticulas [o] facere, & ſuperiores ſibi ipſis eligere, [p] quos miniſtros, ſeu cuſtodes, vel Guardianos, aut nominibus [q] aliis appellant: plurimos ad eorum ſectam recipere, [r] & loca de nouo conſtruere, [s] ſeu conſtructa [t] recipere, [u] in quibus habitant [x] in communi, publice [y] mendicare (quaſi [z] ſecta foret vna de religionibus [a] per ſedem Apoſtolicam approbatis) temeritate [b] damnabili præſumpſerunt, [c] & præſumunt etiam inceſſanter. [d] Et vt ipſorum error [e] veritas, [f] & impietas religio repute-

a Spiritus malignus. ſcilicet diabolus.

b Illudat. ſub velamine enim latens prodit ſe dum ea confingit per quæ perſonas fallere nititur, & ſemper hoc vide quod legitur. 25. q. 5. nec mirum.

c Canonibus. extra de relig. do. c. nec nimia. & ideo. tit. eo. religionum. lib. 6.

d Inueniat. ſicut nec nouum collegiũ debet quis per ſe inſtituere ff. de collegi. illici. l. 3.

e Approbatis]per ingreſſum aliarum non videretur quis ligatus: ſic ſentire vr̃ Hoſt. extra de regula is qui monaſterium. & dixi extra de voto c. quod votum lib. 6.

f Nonnulli tamen Secunda pars.

g Profanæ]id eſt. abominandæ. alibi ſumitur aliter iſtud verbum, ff. de rerum diui. l. ſacra. § propter.

h Multitudinis.] iſto caſu multitudini non parcitur: quia vr̃ deſeri bonum vitæ argument de voto capit. magnę § igitur, de regul. iuris, ca. qui ſcandalizauerit. & dic ut ibi no. de tẽpor. ordin. ſane 50. diſtinctione ut conſtitueretur.

i Vulgariter. habetur igitur reſpectus ad communẽ vulgi denominationẽ, ff. de flumin. l. 1. § 1. de fund. inſtr. l. cum de lanionis §. aſinam. de pœnis l. capitalium § ſolet ubi de hoc.

k In partib. Italiæ] id eſt locis in Italia conſtitutis ar. ff. de iud. l. inſulæ de ver. ſign. l. notionem. § continẽtes.

l Inſula Sicilienſi.] quæ de proprio patrimonio beati Petri exiſtit. 10. q. 3. tertiatum, 94. d. ſt. c. ualde neceſſarium.

m Ciſmarinis. id eſt citra mare conſtitutis: alias eſt citramarinis.

n Aſſumere.]& male: cum hoc fieret contra canones prohibitionem expreſſam continentes, quod inducit pœnam depoſitionis, 4. d. §. ult.

Conuenticulas facere an liceat.

o Conuenticulas facere ipſas ad malum fieri per iura prohibitum eſt C. de epiſco. & cle. conuenticulam, ff. de collegi. illi. l. 1. & argum. 11. q. 1. coniurationum & c. conſpirationum 89. diſt. ſi quis propter Ad bonũ autẽ fieri congregationes permittitur, arg dictæ. l. 1. § ſi religionis ſicut & confœderationes & conſpirationes in bonum ſunt permiſſæ in corpore auth. ut cum de app. cogñ. §. quis de parentib cum ibi no C. de pœnis. l. quæ ſententiam, de profeſ. & med. l. magiſtros, lib. 10. & ibi no & arg. eorum quæ no. per Ber. de vi. & ho. cle. c. cum decorem. & per Inn. & Hoſt. de ſchiſ. c. 1. de exceſ. præl. dilect. per Hoſt. de iud. exhibita. & per eum in ſum. de iureiur. §. ult & plene p Guil. de uer. ſig. c. conſtitutionem. lib 6.

p Eligere.]talium ſuperiorum electio in hoc caſu eſt inhibita, tũ congregationes factæ ſupponantur in malum: alias quælibet cogregatio licita exercens profeſſionem vel negotiationem, aliquẽ ſuperiorem ſibi eligere pt. C. de tu. om. iu. l. per iniquum. 16. q. ult. c. cõgregatio, extra de elect. nullius, de hoc plenius dixi in c. Eccleſiæ Romanæ.

q Aut nominibus aliis appellant. puta præpoſitos priores, magiſtros, & ſic de aliis.

r Recipere]& in hoc male, cum etiam in religione approbata Mendicantium prohibeatur talis receptio, ſaltẽ ad profeſſionem faciendã: niſi cũ certo moderamine, & cũ certa determinatione, extra de regula. nun ſolum. lib 6.

s Conſtruere.] hoc regulariter prohibitum, eſt ſaltẽ de locis diuino cultui dedicãdis ſine licentia epi. in corpore authen. ut nullus fabricet oratorio. do cuſt. 5. 18. q. 2. c. quam ſit. & c. quibuſdã licet unicuiq; ſãdali ſit permiſſum ſimpliciter oratorium habere, de conſe. diſt. 1. c. unicuique.

t Conſtructa. ſcilicet per alios.

u Recipere.]iſtud religioſis mendicantis ordinis, licet alias approbati, expſſe inhibitum eſt, ext. de exceſ. præl. ca. cum ex eo. lib 6.

x Habitant in cõi.] habitare in cõi religioſis approbatæ pfeſſionis ne dũ pmittitur, immo & iniungitur, ut mutuæ conuerſationis & honeſtatis ſibi teſtes exiſtant. niſi ex cauſa de ſuperiorum licentia aliud inducatur, in corpore auth de mino. § cogitandum, coll. 1. ext. de exce. pl. cum ex eo de uer. ſi. c. priuilegium, lib. 6.

y Publice mendicare. talibus n. licite mendicantibus quæſtus publicus tribuere victum ſolet. ext. de relig. do. c. 1. §. confirmatos, li 6. C. de men ualid. l. unica lib. 11.

Quaſi, qualiter accipitur

z Quaſi.]pro tanquam expone non eſt hic expreſſiuũ veritatis, ſicut eſt alibi in euang. Io. 1. Vidimus gloriam eius quaſi vnigeniti, &c. & alibi. ff. de ſenat. l. emancipatum cum ſimilibus.

a Religionibus ſcilicet ordinis mendicantis.

b Temeritate damnabili. ſic dicta, quia a iure dãnata & improbata: vel damnabili, id eſt animas talium dãnante p̃ pͦ inobedientię notã, p̃ q̃ mortale peccatum incurrũt ext. de ma. & obe. c. ſi quis, & c. illud 4. diſt. §. ult.

c Præſumpſerunt. ſcilicet dudum. vel vſquequaque.

Corrumpit iuſtos homines comitiua malorum.

d In ceſſanter. huic malo occurrendum fuit ne tales nedum ſui, ſed etiam plurimorum poſſint eſſe perditio c. 2. u. de iud. cum non ab homine, nam ſæpe malorum conſortium corrumpit etiam alios de ſe bonos 28. q. 1. c. ſæpe malorum iuxta illud: Vna ouis morbida inficit totum gregem. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. 40. diſt. c. ſed aliud ext. de i. a. reg. ea quæ. Vnde uerſus.

Morbida ſola pecus, inficit omne pecus.

e Error. errare eſt aliud pro alio putare c. 22. q. 2. c. 2. in quib. reb. ff. de lib. & poſth. l. ſi poſthumus. §. ult approbare talium erroris eſſe proprium dicitur. 38. diſt. quamuis.

f Veritas.] de iſta dicitur quòd erroribus geſtorũ mini-

D me

me viſiatur, ff de of pſid. illicitas, § veritas. et manifeſtæ cedere habet error. 8. diſtinc. c. ueritas, quando act. de pſc. eſt ann. l. quæſitum, alias eſt § ſub l. i. unde extra de purg. vul. c. ſignificantibus. Quid autem ſit veritas, no. in decret. ſedes Apoſtolica.

vel Reguinorum, ut ſup.

l Ritum. id eſt, modum ſimile verbum. C. de Iudæ. Iudæos.

m Quos. ſcilicet habitum, & uiuendi ritum.

n Nec eis. ſcilicet fratricellis uel alijs, ut ſupra, nominibus appellatis, unde pro non conceſſo debet haberi cōceſſum ab illis, qui ius concedendi non habuerunt. ff. de o. li. ... l. obſeruare. § ult. extra de rurepa. ... c. quod autem 2. quæſtio 7. Daibertū. cum ſimilibus.

tur, à plurimi eorum b regulam ſeu ordinem fratrum Minorum, quē ſanctus Franciſcus inſtituit, c ſe profiteri ad litteram d conſeruare confingunt e: quanquam in obedientia Generalis, vel prouincialium miniſtrorum ipſius ordinis non morentur, f prætendentes g ſe a ſanctæ memoriæ Cœleſtino Papa V. prædeceſſore noſtro huius ſtatus ſeu vitæ priuilegium habuiſſe: quod tamen etſi oſtenderent, non valeret: cum bonæ memoriæ Bonifacius Papę viij. prædeceſſor noſter ex certis cauſis rationabilibus omnibus ab ipſo Cœleſtino prædeceſſore noſtro conceſſa, quæ per ipſum Bonifacium non contingeret approbari, viribus penitus vacuauerit, h dictumque vitæ priuilegium non inueniatur per eundem Bonifacium approbatum. i Quidam autem eorum dictum habitum, k & viuendi ritum l a quibuſdam epiſcopis ſeu eorum ſuperioribus, vel alijs eccleſiarum prælatis habuiſſe profitentur, quos m nec n eis concedere licuit contra formam concilii o generalis. Nonnulli etiam ex ipſis aſſerentes p ſe eſſe de tertio ordine q beati Franciſci pęnitentium vocato, prędictum ſtatum & ritum eorum ſub velamine talis r nominis ſatagunt palliare: cum tamen in regula ipſius tertii ordinis talis viuendi ritus nullatenus ſit s conceſſus. Et quia in errorum barathrū t faciliter ruūt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponun(t): u ipſorum quamplurimi (ſicut fide digna relatione percipimus) a veritate catholicæ fidei deuiantes x eccleſiaſtica ſacramenta y deſpiciunt, ac errores alios ſtudent multipliciter ſeminare. z ¶ Cum a itaque talium damnanda b temeritas in eiuſdem

a Reputetur. ſæpe enim vitia ſe eſſe uirtutes mentiūtur, 42. diſt. c. ſæpe. ut ī. d. i.

b Eorum. ſcil. eorum nouæ religionis habitum aſſumētium, ut ſupra.

c Inſtituit. vt in decret. quorundam.

d Ad litteram quaſi dicat abſq; aliqua tranſgreſſione illius regulæ.

e Confingunt. id eſt ſimul fingunt ſub cuiuſdam vmbræ palliatione, cum ueritas in eis regulæ non ſubſiſtat. arg. extra de conſue. c. quanto. uel expone confingunt, id eſt ſimulāt exterius: cuius contrariū latet intrinſecus, q. fictio, & ſimulatio prohibita eſt, ff. de iuſti. & iur. l. i. C. plus valere quod agitur. licet aliquoties in bonum ſimulatio fit per m. ſ. ſ. q. d. dic ut no. Ber. extra de his quæ vi metuſve cauſa fi. c. i.

f Non morentur. hoc eſt contra veram regulam ordinis Minorum, ut probatur ca. quorundam, unde tales ſub nullius veri prælati obedientia exiſtentes iam quam acephali pro religioſis habendi non ſunt. arg. 93. diſt. c. nulla ratione.

Acephali ſunt qui nullo prælato ſubſunt.

g Prętendentes falſo tamē, ut ſupra.

h Vacuauerit.] & ſic ex tunc tali priuilegio & etiam reperto conceſſo, utēdū non ſrit, tamquam ſublato: alias pęna falſi incurreretur. C. de no. co. l. confirman. § hunc igitur. origine enim rei ſublata non eſt imago ad effectum aliquem relinquenda. C. de ſui. lib. tol. l. i. circa prin. & arg. ad hoc ff. ad leg. Corn. de fal. l. ult. ad initium eius quod dicitur: falſus procurator eſt qui uerus prius fuit, ſed poſt extitit reuocatus. C. de ſur. l. falſis. extra de reſcrip. ex parte de can. legis tamen licet abrogatæ notitia eſt neceſſaria, ut cauſa ... ſciatur 6 diſt. Moyſes, 7 d. c. fuerunt extra de iu. l. nouit.

i Approbatu.) omni igitur tempore habet dici viribus uacuatum, ex quo non reperitur approbatum: ſicut alias dicitur, quod generaliter prohibitum, ... poſtea nō conceſſum, omni tempore ... denegatum, ext. de uer. ſign. c. ex ... de paradi. ... c. com ... Clem. 5. de tranſ. epiſc. ... te. corporalia. § ſed neque, ff. poſitiu l. 1. §. ait prætor, quod cuiuſque uniuer. nomine, l. nulli.

k Habitum. ſcilicet nouæ religionis Fraticellorum

Epiſcopi ſūt ad canonū obſeruantiā diſtricti.

o Concilii generalis.] extra de religio. capitu. ne nimia. Non licet igitur epiſcopis contra inhibitionē gñalis canonis facere, cum ſint adſtricti ad obſeruantiam canonum, extra de ætat. & qualit. ca. cum Eccleſiæ. Clemen. 5. ubi de hac dixi.

p Aſſerentes. falſo tamen.

q De tertio ordine. de quo habes in decret. cum ex eo de ſententia excomm. Cle. 5.

r Talis nominis. ſc. licet tertii ordinis ſāctī Franciſci ... velamen eis non prodeſt, ſequitur: & dixi in uerbo. confingunt

s Nullatenus ſit conceſſus. ergo intelligēdus eſt prohibitus: & vide ſup. in glo. omnigitur.

t Barathrum. id eſt inferni profundum.

u Anteponunt.] innitū ſuæ volentes prudentiæ, immo potius fatuitati, contra dictum ſapientis extra de conſtit. ne innitaris. Vnde de talibus ſcribitur quod qui non ad propheticas uoces, non ad Apoſtolicas litteras, non ad Euangelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos incurrunt, magiſtri erroris exiſtunt: quia ueritatis diſcipuli nō fuerunt. 24 quæſtio ult. c. quid autem iniquius, de hoc plenius dixi in cum inter nonnullos.

x Deuiantes. ab ipſa deuiantes hæretici ſunt cenſendi. C. de hæret. l. 2. 25. quæſt. 1 cap. prima ſalus, cum ſimilibus multis.

y Sacramenta] de & ſuper quibus firmiter credendū eſt quod ſancta Romana prædicat Eccleſia: alias macula hæreſis incurritur, extra de hæret. ad abolendam.

z Seminare. quibus reſiſtendum eſt muro inexpugnabili bellatorum, ext. ne cle. uel mona. ſuper ſpecula. §. vl. 10. colla. de ſtatutis, conſuetudinibus contra liber. eccl. § ſtatuimus.

a Cum itaque. Tertia pars.

b Damnanda. id eſt damnatione digna.

a Fidei

Digitized by Google

fidei a detrimentum, fidelium ſcandalum b, præfatorum Minorum & aliorum ordinum c opprobrium d, & etiam ſuarum & aliarum animarum perniciem redundare noſcatur e, ſectam, ritum, & ſtatum f huiuſmodi non obſtantibus præmiſſis g eorũ excuſationibus, quas friuolas reputamus h, & quicquid per i eos communiter vel diuiſim ſub religionis, conuentus, collegij ſeu congregationis K nomine vel colore attentatum l extitit vel exiſtit, de m fratrum ipſorum conſilio auctoritate Apoſtolica nullius fuiſſe, & eſſe decernimus firmitatis n: & quatenus de facto proceſſerunt de conſilio & auctoritate præmiſſis, reuocimus o omnino ac perpetuæ prohibitioni ſubijcimus p, & ab eccleſia Dei penitus abolemus. q Eiſdem perſonis & alijs quibuſcunque ſub pœna excõmunicationis, quam eã (ſi ſecus fecerint) incurrere volumus r ipſo facto iniungentes s expreſſe, ne ſtatum ſiue ſectam t & ritum huiuſmodi ipſis aſſumptum u ſectentur vlterius, vel ipsũ de nouo aſſumere quoquo modo præſumant.

Epiſcopos x quoque & eorum ſuperiores, & etiam alios prælatos quoſcũque, qui prædictis perſonis vel alijs ritũ viuendi, & habitum ſupradictos y præter ſpecialem Apoſtolicæ ſedis auctoritatem z deinceps a conceſſerint, prædictæ excommunicationis pœnæ ipſo b iure decernimus ſubiacere. c Dignum eſt enim ut adulterinas d

a Fidei detrimentum,] cuius eſt potius proſperitas procuranda extra de hæret. ad noſtram, cle. 5.

b Scandalum, quod vitandum eſt ext. de præſcrip. nihil de nuui ope nunc cum ex iniuncto,

c Ordinum, ſcilicet approbatorum.

d Opprobrium nã opprobrium facit religioni, qui religioſus non exiſtens habitũ illum religioni conuenientem portet. ſimile, C. de epiſc. aud. l. minime, & contra talẽ lex imponit pœnam corporalis ſupplicij & nihilominus exilij, in corpore authen. de ſanct. epiſ. §. pen. col. 9.

e Noſcatur.] ſuper hoc dicas vt dixi in parte præcedenti in gl. huic malo occurrendum.

f Statutũ huiuſmodi. non dicit religionem, ſic etiã dici nõ meretur: cũ per ſedẽ Apoſtolicam nõ fuerit approbata, ſimile huic de relig. do. cap. cum de quibuſdam, Clem. 5.

g Præmiſſis. ſcilicet proxim. § in ver. & vt ipſorum. & in verſic. quædam autem, & in ver. nonnulli.

h Reputamus & merito, cum aliquas ex ipſis nullum facti adminiculum habere, nec ex eis iuris fulcimentum venire noſcatur.

Per eos. ſcilicet talem ſectam ritum vel ſtatum tenentes.

K Congregationis, ac ſi foret à iure reprobatum.

l Attentatum.] de facto.

m De fratrum.] ſuper iſta clauſula dic vt dixi in c. Execrabilis.

n Firmitatis.] nec mirum: reprobato. n. auctore ratione ſectæ omnia eius dicta & facta pro reprobis ſunt habẽda. extra de hæret. c. fraternitatis, & in extrauag. domini Ioan. quæ incipit, dierum, quod dic vt no. per Bern. & latius per Inno. & Hoſt. d. c. fraternitatis.

o Reuocamus.] bene dicit, reuocamus, quatenus de facto proceſſerunt, cum de iure ſuerint nulla: & Ideo proprie reuocari & reſcindi non poſſunt ff. de iniuſt. & irri. teſta. l. nam & ſi ſua conditione, de ædil. edic. l. bouem, §. vi extra. de deſpon. impub. ca. ad diſſoluendum Reuocantur igitur quatenus de facto proceſſerunt, ne forte in opinione communi aut vulgi labijs nomen valoris alicuius habere poſſint dici, & alias, extra de re iud. paſtoralis, §. vlt. cle. 5.

p Subijcimus.] concor. ad hoc extra de relig. dom. c. religionum lib. 6. & eo. ti. c. cum quibuſdam cle. 5. Et ex quo talis ſecta per ſedem Apoſtolicam eſt prohibita & interdicta, omnibus habenda eſt pro inhibita & interdicta, quod n ipſa reppellit, repulſum fore cognoſcere debent omnes 94. diſt. ca. in ſtatus ſicut per contrarium qp ipſa tenet & ſequitur. ab omnib. eſt tenendum 24. q. 1. c. rogamus, C. de ſum. tri. l. 1. cum ſimilibus multis.

q Abolemus.] ſimile de reli. do. c. cum de quibuſdam. Cle. 5.

r Volumus ipſo facto. per hæc verba fertur excommunicationis ſententia extra de appel. præterea, de teſtib. cogen. cum ſuper alias per ſola verba præcedentia ſub pœna, non ſententia, ſed comminatio inducitur. C. cõmi. vel epiſto. l. interlocutio. extra de iure patr. relatum, de ſimo. c. ſicut, de lagit. cap. 1.

s Iniungentes. talia iniunctio non obtẽperanti peccatũ mortale inducit, vt alias ſæpe dixi, de maior. & obed. ca. ſi quis & capit. illud. & ſuper hoc vide quod not. Hoſt. de offic. ord. inter cætera, § vlt. ni. de treug. & pac. c. 1.

t Sectam.] ſimile de hæret. c. ad noſtrã, §. cum autem, cle. 5.

u Aſſumptum.] iam in præſenti, vel in præterito.

x Epiſcopos quoque. Quarta pars.

y Supradictos. contra concedẽtes alios habitus vel ritum viuendi, pœna ſequens nõ videtur ſibi locũ vẽdicare per hoc verbum: quia ſi de alijs cõditor canonis idẽ voluiſſet, hoc vtiq; expreſſiſſet. extra de deci. ad audientiam C. de cadu. tol. l. vnica, §. ſin autem ad deficientis, & quia pœna ad caſum tantum expreſſum reſtringẽda eſt, argu. extra de elec. ſtatutũ lib. 6 de pœn. diſtin. 1. pœnæ. ff. de pœ. l. interpretatione. Sed in cõtrarium facit, quia in alijs nouis habitibus vel viuendi ritibus eadem videtur ratio, quaſi & in illis idem ſtatutum licet pœnaliter videatur, vt dixi in deci. Execrabilis. & in c. abbates. de reſcrip. clemen. 5. ſed quod prius dixi, tutius reputo

z Auctoritatem.] cum illa ergo talem ritum & habitum cõcedentes pœnam, quæ ſequitur non incurrunt: quia tunc magis ipſa ſedes, quàm ipſi facere videntur: omnia enim noſtra facimus, & rap. C. de vete. iu. enuc. l. 1. §. ſed neque ex multitudine, extra de præben. c. ſi Apoſtolicæ, lib. 6 & quia quod lege permittente fit, pœnam non meretur C. ad leg. Iul. de adul. l. Gracchus, l. e principis auctoritate quis circumſcriptus videatur. C. de his, qui veni. æta. impe. l. 1.

a Deinceps, ad futura igitur non præterita trahitur ſequens pœna, argum. C. de legi. l. leges extra de conſtitu. cap. 2 & vlt.

b Ipſo iure. quaſi dicat non expectata homini ſententia. ſimile extra de ſent. excom. c. eos, de reſcrip. ipſo iure, lib. 6. in corpore auth. de rap. mul. quæ rapto. nub. §. vlt. col. 9.

c Subiacere eſt. ergo in hoc præſens conſtitutio canon latæ ſententiæ, & ſic vides quod epiſcopi excommunicationis ſententiam canonis incurrunt, ſententiam autem depoſitionis ab officio non incurrũt, niſi expreſſe cautum reperiatur, de elec. ſi compromiſſarius, § huius, de ſent. excom. quia periculoſum, lib. 6. Epi ſn ſam excõicationis incurrere poſſunt.

d Adulterinas. quales (vt hic colligitur) ſunt quæ

Digitized by Google

ſine patte legitimo ſpirituali prorogatæ reperiuntur, vt ſequitur.

a Pater cæleſtis. qui plantare eis videtur, cum per ſummum Pontificem vicarium ſuum plantatur. extra de traoslat. epiſc. inter corporalia, & c. quanto, & hoc procedit ex poteſtate clauium quodcunq; ligaueris, &c. Matt. 16. 25 q 1 quodcuoque extra de re iudica. ad Apoſtolicæ, § nos itaque

b Temeritatis. in malú ſooat: vt alias ext. ne cle. vel mon. c. vt periculoſa lib 6.

c In agro Dominico.] ſimile extra de ſta. reg ca. ne in agro clem. 5.

d Congregationis.] hic dicere potes vt dixi io patte 2. in ver. conuenticulas.

e Vepres. ſpecies eſt ſpinæ: vt dixi io cap. ne in agro. ſup. prox. alleg.

f Cui. ſcilicet Apoſtolico culmini.

g Gratia 24. q. 1. c. a recta, & c. rogamus.

h Nulli ergo.] ſuper hac clauſula dic vt no. io c. Execrabilis. Zenzelinus.

Diuiſio textualis.

Copioſus. Io tres partes diuiſibilis eſt pñs cõſtitutio. In prima cum quodã præiudicio facti præmittitur recitatio. Io ſecunda cõminatoria ſubiũgitur conſtitutio: ibi, Cum igitur, &c. In tertia transgreſſorũ eiuſdem annectit pænitio: ibi, Nos enim omnes, & cætera.

plantationes, quas non pater [a] cæleſtis, ſed humanæ temeritatis [b] audacia plantat Apoſtolici culminis cẽſura diuellat nec patiatur in agro [c] Dominico peruerſæ congregationis [d] vepres [e] excreſcere, cui [f] proprium eſt (diuina opitulante gratia [g]) virtutes ſerere, ac vitia radicitus extirpare. Nulli [h] ergo, &c. Datum Auinio. iij. calen. Ianuarij. anno ſecundo.

TITVLVS XIII.

De Iudæis, & Sarracenis.

Vt Petrus filius regis Caſtellæ pio ductus propoſito facilius Agarenos infideles à regno Granatæ expelleret, lata fuit excõmunicationis ſententia in omnes prohibita portantes, ipſis infidelib. & Sarracenis præfati regni Granatæ. Cõcor. c. ita quorumdam. & c. ad liberandam eod. tit. in antiq.

CAP. VNIC.

Copioſus in miſericordia Dominus [i], qui de ſua abũdentia [k] pietatis corda fidelium ad ſuæ maieſtatis obſequia [l] deuotionis ardore ſuccendit [m], præcordijs [n] dilecti filij nobilis viri Petri Infantis [o] nati [p] claræ memoriæ Sanctij regis Caſtellæ, adeo [q] copioſe gratiam [r] cæleſtis inſpirationis in fudit, quòd ſibi delectabile [s] reputat propriam exponere in ipſorum [t] proſecutione perſonam [u] Pio quidẽ nobilis ipſe ductus propoſito [x] tamquam ſtrenuus [y] athleta [z] Domini [a] negotiũ ĩpugnationis

i Io miſericordia, Dominus. & nedum eſt copioſus in miſericordia, immo ſemper potens in ea. de pœn diſt. 7. nullus expectet. omnia. o. poteſt quæ poſſe eſt aliquid poſſe de pœn. diſt 2. cap. principium ver. charitas. Quare miſericordiæ eius nec menſuras ponere poſſumus, nec tempora definire; apud quem nulla patitur metas veniæ couuerſio, de pœn. d. 1 c ſerpens, ver. his autẽ alias eſt ſub c. multiplex per miſericordiam. o. non vult peccatoris perditionem, ſed conuerſionẽ. & ſalutẽ, de in. quẽtes qui corrigũtur ſuſcipieus, in corpore auth. vt nõ lux contra natu. in prin. col 6. 26 q. 6 c cognoſcimus & quotidianis hoĩum peccatis ſemper ignoſcere dignatur & pniãm noſtrã c. ſuſcipere, C. de nup. l. imperialis.

Miſericordia Dei nõ poteſt menſurari.

k Abundantia pietatis. per quam pro peccatorib. Chriſtus aduocatus apud patrẽ exiſtens, propitiatio eſt pro peccatis, de pœn d. 2 c. ſi enim, inquit. ver. qui dicit.

l Obſequia. Id eſt digna ſeruitia, ſuper quo videre potes quæ notaui in c. cum ad ſacroſanctæ, io verbo pietatẽ,

m Succedit. ideſt illuminat, vel accendit, nec enim per impenſa obſequia quis ad Chriſtum peruenire poteſt, niſi ſibi datum fuerit a Patre, 23. q 4. cap. de Tyriis, vnde ad pœnitentiam cor peccatoris dicitur illuſtrare de pœnit. diſt. 3. c. falſas.

n Præcordiis ideſt intrinſecis cordis affectibus.

o Infantis.] iofantem eum vocat, licet maiorem ætate, alias tutor eſſe non poſſet. qualis eſſe hic ſupponitur. C. de legi. tut. l nemo. inſti. de ſidu. tut. in fin. C. de leg. hære l. vlt § ſi. Et applaudit conſuetudini & vſui loquẽdi cõi Hiſpaniæ: iuxta quam filii regum, qui reges nõ ſunt, Infantes appellantur, ar. ad hoc ff. de ſtu. l r. §. ſlumen. de fund inſtru. eum de lanionis, § aſinã. ſicut quãq; in vulgo aliqui iuuenes appellãtur, qui tñ iuuenes non ſunt, ff. de pœ. l capitulum, § ſolent, ppriè. o infans eſt minor ſeptem annis. C. de iure deli b. ſi. infans.

p Nati. ideſt, filij.

q Adeo. ideſt, tantum.

r Gratiam. hoc dicit: quia nihil boni eſt dare abſq; gratia Dei, 23 q 4 Nabuchodonoſor, 26 q. 5. nec mirum.

ſ Delectabile reputat quiſque. n. delectari debet in obſequiis maieſtatis diuinæ: nã voluntarium militẽ ſibi eligit Chriſtus, voluntariũ vero ſeruũ ſibi auctoorat dabolus. 15. q. 1. c. non eſt aſpernatur enim Chriſtus coacta ſeruitia, & hilarẽ ſeruitorem diligit Deus nõ timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ ſeruiẽtem ſecundũ Apoſtolum, 23 q 6 §. ex his,

Militẽ voluntorium Chriſtus eligit.

t Ipſorum.] ſcilicet obſequiorum maieſtatis diuinæ.

u Perſonam,] maiorem oblationem Deo facere non poterat: maiorem enim charitatem nemo habet. quam vt animam ſuam ponat pro amicis ſuis: vt ſcriptura teſtatur ſacra & ad inſtar Eſaiæ prophetæ, qui Domino interroganti, quem ex duobus ad prædicandum mitteret, reſpondit: ecce ego, mitte me, Eſaiæ 6. cap. 7 qõ. t. in ſcripturi, & ad inſtar ſancti Martini dicentis, Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, ego non recuſo laborem

Charitas maxima eſt aĩam pro ſuis ponere.

x Propoſito. ad quod Deus reſpectum habet, 1. q 6. ſi ſacerdotib. io ſi. 14. q. 5. ſi quid inueniſti.

y Strenuus. animi magnanimitate de ſupp. neg prælagandi lib 6.

z Athleta. ideſt pugil ſeu pugnator ſine mercede, ff. de his qui no. infam l. Athletas, C de athle. & ibi no. in rubrica, lib 10.

a Domini negotium. Not. Chriſti negotium reputari impugnationem infidelium, ipſi enim quia cum Chriſto non ſunt per fidem contra ipſum eſſe cenſentur iuxta illud: Qui non eſt mecum, contra me eſt C. de iudæ. l. exhicolanum, vnde & hæreticus eſt, qui non eſt Eccleſiæ membrum, in corpore auth de priuil do. § 1. col. 8. cum dominus pro fide Chriſtiana vt non deficeret, repetius ſit exoraſſe, Lucæ 22. c. ar. diſt. 51.

Agata

Digitized by Google

perſidorum Agarenorum, a quibus regnum Granatæ in Dei contumeliam b detinet, c tutorio d nomine chariſſimi in Chriſti filii e noſtri Alfonſi Caſtellę regis illuſtris, qui ſub teneritudine pueriliſ f ætatis adhuc dignoſcitur cō ſtitutus, aſſumpſit ſub g ſpe cęleſtis h auxilii feruenter i & viriliter, k proſequendum.

¶ Cum l igitur omnia cupiamus obſtacula m remouere, per quæ dicti negotii proſecutio poſſet quomodolibet impediri, vniuerſis & ſingulis cuiuſcunque conditionis, præeminentiæ, n vel ſtatus exiſtant, diſtrictius inhibemus, ne arma, o equos, ferrum, lignamina, p victualia q & alia quæcunque r prohibita per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros s ad terras Aegypti t deferri ad Sarracenos dicti regni Granatæ intra triennium u incipiendum à calend. Aprilis proxime

a Agarenorum] ſpecies eſt quorundam infidelium de quorum ſpecieb. multas reciperes enumeratas 24. q. vl. c vlt.

b Contumeliam] talis contumelia, quę in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam. C. de hæretic. l. Manichæos.

c Detinetur.] hoc contingit, ob noſtrorū multitudinem peccatorum: propter quā Pagani & infideles cęteri nocendi facultatem diuinitus, id eſt permiſſione Dei aſſequūtur, 7. q. 1. c. ſciſcitatus 56. di. c. ſi gens Anglorum.

d Tutorio nomine. ſuperponere videtur textus iſte iatira pte, q tutor regis tutoriu oīe impugnare poſſit infideles ad expenſas regis pupilli, certum eſt enim q ad omnia principum temporalium ſpectet defenſio Eccleſiæ: & eorum poteſtate eſt Eccleſia munienda:

Principes eccleſiā defendere teneni

voluntas enim Dei eſt concitare temporalem poteſtatem aduerſus hæreticos, & alios infideles: & alias enim de ſuo imperio Deo rationem reddere ſunt adſtricti. 23. q. 5. c. princeps, & q. 8 quando. extr. de ſup. negli. prælat. grandi li. 6 conſtat etiam quod una poteſtas per aliā eſt iuuanda: 26. c. cum ad uerum. & poteſtas ſæcularis cogi poteſt per eccleſiaſticam ad ſibi auxilium præbendum, extra de maledi. c. 2. de offi. ord. c. 1. & c. quoniam, 23 q. 5. c. adminiſtratores, cum igitur ipſe rex ad hoc faciendū ſit adſtrictus, tutori hoc adimplenti de bonis regis pupilli nihil poterit imputari. arg. ff. de admi. tut. l. hoc hæ ſede §. Lucius de iu te & ta. diſtrahen. s. C. de admi. tuto. l. ſumptus.

Imperator dr̄ filius Eccleſiæ.

e Filij noſtri] regem ergo appellat Papa filium, non fratrem extra de ce mi ſalti. quem grau. Nihil enim honorificentius, tanquam tu rex vel Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicaris 23 q 8. c. conuenior circaſi. & dixi in c. prodieos.

f Pueriliſ ætatis] Non puerilem ætatem tenebat dicitur, de in ea conſtitutus, licet alias deſſe diſcretus ad tractanda ſapientium ſolum iuxta infantis reputatur C. de teſt. mili. l. ult. & arg. ff de decur. l. 1. pu. § minores, de mune. & ho. l. ad rem publicam, extra de elect. c. ex eo. lib. 6.

g Sub ſpe.] quam confidenter habere poterat ex pio ſuo mentis propoſito iuxta uerbum propheticum. Reuela Domino viam tuam, & ſpera in eo, & ipſe faciet.

h Cęleſtis auxilij] ſimile C de epi. & cle. l. Deo nobis. In corpore Auth. de quæſtio. in princ coll 6. Nam cum Domini Dei beneuolentia militarium rerum incipit ordinatio. ipſius enim prouidentia Dei diſpoſitis Barbarorum quidem incontinentia refrænatur, rei vero publicæ res augentur, in corpore auth. ut neque miles neque feoda. in prin. coll. 8. & dum tamen omnes Chriſto fiunt, uincit, populus, ſuus ſi relaxantur, vincitur. Exod. 17. c & 36. di. c. ſi quis vult.

i Feruentur quo ad animi feruorem.

k Viriliter. quo ad corporis uigorem & ſtrenuitatem.

l Cum igitur Secunda pars.

m Obſtacula remouere.] iuxta hoc ſcribitur in lege, quod decurſio & uarietas humanæ naturæ paulatim egens curatione, non aliter ad bene ſe habendum reuocatur, licet prima prius gubernentur principia, niſi etiā quòd particulariter ei reſiſtit, ſummeatur. in corpore auth. de reſti. & ea quæ parit prin. col. 4.

n Præminentiæ. intelligo etiam regalis: tum ob iſtius textus indefinitatem: tamen quia ad onus regis ſpectat defenſio fidei, & impugnatio infidelium, ut dixi ſup. in glo ſupponere. tum etiam arg. ſi fratrum. §. quia igitur. unde præ ceteris debet abſtinere ab ijs, a quibus tenetur alios cohibere arg ff. ſi ſer. vē dicetur. l altius. extra de hæ. ex lib. uen. cap. 1.

o Arma appellatione armorum comprehendantur nedum arma offenſionis cuiuſcunque generis, immo & defenſionis vt ſcuta, broquerta, loricæ, platæ, diſploides, & ſimilia. ff. de vi & ui ar. l 3. § armis. inſt. de interdi. § qui autem. de publi § uē lex Cotnel. ff. de uer. ſig l. armorū. de fur. l. pignore. § furem. & quia omne obſtaculū eſt tollendum quod poſſet impugnationem infidelium aliquatenus impedire: ut hic vides, de hoc dixi de ſtatu mo. in c ne agro. § præfatæ quoque clem. 5.

Armorū quædam ſunt offenſionis, quædā defenſionis.

p Lignamina] galearum ſcilicet, uel de quibus galeæ vel alia nauigia fieri poſſunt de Iudæ. ita quorundam. & c ad liberandam.

q Victualia] quid ipſorum appellatione contineantur, uide quod legitur. ff. de ver. ſig. l. verbo victus, & l. nominis § fin.

r Quæcunque prohibita.] quæ ſunt illa, colligitur C. quæ res uen. pol. uel non, l. barbaricum, quæ res export. non debent l. 1. extra de Iudæ. ita quorundam & c. ad liberandam.

ſ Prædeceſſores noſtros] vt Alexandrum tertium, dicto c. ita quorundam: & Innocentium tertium. dicto c. ad liberandam.

t Ad terras Aegypti. in quib. Chriſtus natus fuit, ſ. in Bethleem, nutritus in Nazaret, paſſus & ſepultus in Hieruſalem, nu. ext de ſepul. c. 1 quæ peccatis noſtris prępedientibus ab infidelibus detinentur.

Chriſtus vbi fuit natus, nutritus, & paſſus.

u Intra triennium. res mirāda videtur, quòd conditor huius c. terminum certum præfixit, intra quem ſua duraret prohibitio facta de non portandis reb. prohibitis ad regnum Granatæ, cum infideles ibidem habitēt, vt hic ſupponitur, cum lex humana ciuilis inhibeat ſub pœna capitis, & ſub pœna proſcriptionis omnium bonorum, res inhibitas ad Barbaros deferri. C. de reæxportari non debet. l. 1. & iura alia canonica ſup. gl. proxi. alleg ſimpliciter inhibeant res interdictas ad Sarracenos portari. Quæ igitur poteſt huius eſſe ratio? Ad hoc poteſt dici, quòd cum proſecutio iſtius negotii eſſet futura temporalis per Petrum infantem, ut pote facienda per eum tutorio nomine regis Caſtellæ, talem prohibitionem facere voluit temporalem, pęnalem & ſententiæ excōicationis inductiuam: ut ipſe Petrus interim feruentius induceretur ad dicti negotii proſecutionem, ne forte alias ipſe deſidem illum redderet: vnde cum ad ipſius Petri futuri temporalis proſecutoris ſupplicationē præſens conſtitutio pęnalis forte facta fuit, Papa eam facere perpetuam non curauit: potiſſime cum ſciret iura alia cōia multorum pęnarū inflictiua forte ſudū condita generaliter contra portantes res prohibitas Sarracenis, q per illam decretalem in nihilum mutantur.

Digitized by Google

Sed ad iſtam per illam additur cum ſuis pœnis contra illos, qui iſto durante triennio res prohibitas detuliſſent, nec ex virtute huius conſtitutionis quis pęnas aliquas incurreret de ferendo poſt triennium tales res prohibitas: ſed remanent alia iura pœnalia contra tales.

excom ſi quem, quæ in hoc caſu forte circa papam tolli non poſſet: ſi ſupponas quod eam ſibi retinuerit tollendam ſententiæ promulgator: prout in talibus prędeceſſores facere conſueuerunt.
m Ipſo facto & ſic eſt canon latæ ſententiæ. Zenzel.

Nec poteſt argum. a contrario ſenſu colligi ex hac decretali, quod diceretur, deferentes res prohibitas abſque prohibitione huius decretalis non incurrere pœnas a prædeceſſoribus promulgatas: ceſſat enim argumentum a contrario ſenſu vbi iura alia obuiarent not. de fo. cōpe ſignificaſti, & C. de epiſ & cle l. conuenticulam. Vel dicas quod cū a prædeceſſoribus aliquibus fuerunt pęnæ & ſententiæ promulgatæ contra deferentes res prohibitas ad partes Aegypti, quæ nō ligarent ad ſe portātes ad alias partes: magnum fuit, quod papa voluit eas extendi contra deferentes ad regnum Granatæ: non fuit ergo mirū, ſi certū tempus uoluit ſuper hoc limitare.

Argumentū a contrario ceſſat aliqñ.

ſecuturum, a quomodolibet, a deferre præſumant. Nos b enim omnes, & ſingulos, qui ad dictum regnum arma, equos, ferrum, ligamina & victualia ſupradicta, & quæcunque c prohibita, contra tenorem huius noſtræ d prohibitionis deferre præſumpſerint, illis pœnis & ſententijs, quas deferentes huiuſmodi prohibita in Alexandriam, vel ad Aegypti partes incurrunt, decernimus ſubiacere. Et e nihilominus omnes & ſinguolos, qui Saracenis Granatæ præſtabunt (dicti negotij proſecutione durante f) auxilium, conſilium, vel g fauorem: aut proſecutionem dicti h negotij directe i vel indirecte, k ſecrete vel publice impedire vel turbare forte præſumpſerint: excommunicationis l ſententiam incurrere volumus ipſo m facto. Nulli ergo noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, & voluntatis, & cætera.

Datum Auinio quinto Calend. Martij, anno primo.

TITVLVS IX.

De torneamentis.

Conſtitutio Clemnetis in quibuſdam regnis tornea menta inhibens ſub pęnis excōicationis & interdicti, hic reuocatur, & illiqui huius occaſione ſententias incurrerant, abſoluuntur.

CAP. VNI.

Quia in futurorum euentibus n ſic humani fallitur o incertitudo iudicij vt quod cōiectura p probabili ex nūc interdum attenta q conſideratio vtile pollicetur, r reperiri s damnoſum quādocunque cōtingat: non nunquam quod conſulte ſtatuitur ex ſanioris inſpectione iudicij conſultius u reuocatur.

Sane x fęlicis recordationis Clemens Papa quintus prædeceſſor noſter attente conſiderans generale paſſagium y in concilio Viennenſi pro terræ ſanctæ ſubſidio ſalubriter ordinatum, per torneamenta, z &

a Quomodolibet.] quis ſi dicat nec per ſe nec per alium: nec per terram, nec per aquā vel alias quoquomodo.
b Nos.] Tertia pars.
c Quacunque prohibita.] dic vt ſuper hoc in parte præcedēte dixi.
c Multiplex intellectus. idem enim ſermo multas ſignificationes vel ſententias frequenter pariit, ff. de uer. obligationibus, l. quotiens in ſtipulationibus, ff. de reb. dubiis l. quoties, de reg. iur. in quib. reperies multa iura allegata, per quę poteris exempla ponere.

d Necnon. ſcilicet attendentes.

e Perfecte.] idest cum perfecto & completo intellectu

F 3

lectu l gere, lectura quidam perfecta dici non meretur, ui ſi diligentiſſima atq; exactiſſima legentis interpretatio non ſingula tradantur. Inſti. de iuſti. & iure. §. his igitur, C. de profeſſ. qui in vrb. li. 12.

poena, contrafaciens poenam illam non incurrit: cum p talia verba non inducatur ſnia, ſed ſolum dat commi. natio, ut dixi in parte praecedenti in verbo. ipſo facto, de hoc habes extra de ſimo. dicor de leggata. c. i C. commina epiſto. l. totiſ locutio. in corpore auth. de armis circa med um, col. 6.

ac a intelligere, pœnas adiectas in conſtitutione huiuſmodi deuitare b: viam veritas aperire volentes c, & periculis d, quæ ex prædictis e poſſent litteratæ perſonæ præcipue f ſcholaſticę incurrere, ſalubriter obuiare, præſertim cum de nouo ſuborta g ſint aliqua dubia, circa quæ poſſet periclitari h veritas i, & erroribus k via pandi, niſi liceret conferre l ſuper contentis in conſtitutione huiuſmodi m & diſputare n; prohibitiones & pœnas prædictas o tam latas, quam comminatas p & earum effectus, in fratrum noſtrorum q ac multorum archiepiſcoporum, epiſcoporum & aliorum prælatorum, necnon multorum profeſſorum vtriuſque iuris, & multorum ſacrę Theologiæ magiſtrorum præſentia, dum conſiſtorium teneremus, auctoritate Apoſtolica duximus vſque ad ſedes r Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendendas s.

Per ſuſpenſionem t autem huiuſmodi u nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri x, quod contra Fratrum regulam prædictorum y dogmatizare z, ſcribere a ſeu determinare b, prædicare c ſeu praue d loqui liceat publice vel occulte quinimmo e hæc omnibus & ſingulis auctoritate prædicta f diſtrictius inhibemus g.

¶ Ne h autem in poſterum præmiſſarum prohibitionum & pœnarum ſuſpenſio in i dubium reuocari valeat, aut alicui propter defectum probationis k impingi l, quod uelut transgreſſor prohibitionum m

Veritas eſt inueſtiganda

a Ac intelligere] parum enim prodeſt legere, niſi ad eſſet intelligere, 11. q. 3. c. ece nu 29. diſtin. c. ſciendum, ff. de verb. ſignifi. l. coram, iuxta illud: Legere & non intelligere, negligere eſt. argum. de c. leb. M. & c dolētes, in corpore auth. de q. § hęc omnia, & gracep col. 6.

b Deuitare] Cum a vero & perfecto intellectu, qui ſine diligenti & exacta interpretatione hēri non poteſt, ut pradixi ha beni talea deuitere, vel pœnas pœnas ſlas incurrere.

c Volentes.] ad inueſtigandam enim veritatis ſidem qui cunq; prudens anhelare uēt, C. de eden. l. 2. & q 5 c. ſtudeantem, extra de ſide inſtru. cum Ioannes cum illi competere ce dere habeat opinio. 8. diſt. c. veritate ff. q̃ no act de pecu. eſt an nalis l. qua liſti, alias eſt ibi § ſub l. t.

d Pericula. ſ. ſnia rum, & comminationum.

e Prædictis.] ſ. quæ interdicta erant per decr. Fain § cum igit

f Præcipue ſcholaſticę. de illis præcipue dicit, quia illi præ aliis arguere & conferre conſueuerunt ad inſtar diligentis venatoris cuncta rimari volentis, nec tranſitorio ſtudio vti volentes in corpore auth. de q. §. illud, & § hæc omnia colla. 6.

g Suborta ſint. ſ. ſuper intellectu dict. decre. Exiit, ot vt patet per decr. Exiui de paradiſo, clem 5 & patet in extrauag. domini Ioannis, quarum vna incipit: Ad conditorem, alia vero Quia quorundam.

h Periclitari. ideſt, periculum pati.

i Veritas de qua legitur quod ſæpius exagitata vel magis ſplendeſcit in lucem, 35. q. 9. c. grauis. diſ quiſito de ſingulis, cum non poſſit ad ueritatem aliter peruenire 33. q. vl. occiduit ff. de q. l. de minore, § tormenta, de penis l. aut facta, extra de teſti. cum cauſam.

K Erroribus via pandi præcludenda eſt, ſiue loquaris de erroribus contra ſidem 24. q. vl. c. quid autem iniquius, ſiue de erroribus contra ius ſcriptum io proœmio Digeſtorum. § hæc autem omnia de iuſt. & iure li. 1.

l Conferre ideſt, collationem habere.

m Huiuſmodi. l. Nicolai. 3.

n Diſputare cum diſputando & conferendo latens veritas illuceſcat, ut ſupra.

o Prædictas. quæ ſup. parte proxi. colliguntur.

p Comminatas ex hoc collige, & q̃ vt in aliqua conſtitutione aliquid non prohibetur ſimpliciter ſub certa

q Fratrum noſtrorum] hic potes recitare quod ſuper hac clauſula dixi ſ c. hac edi. lis.

r Sedis Apoſtolicæ beneplacitum quod numquam extinguitur donec contrarium conſtet, cum omni tempore ſedes duret, licet ſecus ſit in beneplacito perſonæ, ar. in corpore auth quomodo oport. epi. & li centiam, col. 1. et de ſcri e. ſi gratiose li. 6. i. ff. loca l. 4.

Vide q̃ ibi notaui Fõr.

s Suſpendendas alia facta p Papā ſuſpenſio tollit effectum ſniarum, ut tunc aliquē non ligent: nec et cō tra facientem pœnam aliquam incurrere faciunt. Quid autem de ſuſpenſione facta per alium de ſnia ex cōmunicationis vel interdicti, unde quod ſuper hoc nota icōſue uu de appel. dilectis filiis

t Per ſuſpenſionem aūt.] Quarta pars.

u Huiuſ. ſ. factam de prohibitionib. & ſententiis latis & cōminatis & ipſarum effectibus.

x Impertiri.] ideſt, concedere.

y Prædictorum.] ſ. Minorum.

z Dogmatizare ideſt, falſam doctrinam condere: dogma enim conſiſtit in vera doctrina. de conſecr. diſt. 5. c. vlt no 3. d 1.

a Scribere. ideſt in ſcriptis redigere.

b Determinare puta in cathedra, vel in ſcholis.

c Prædicare in ſermonibus.

d Praue loqui.] ideſt, uel ſub dole, arg C. de poſtu. l. quiſ quis.

e Quinimmo. ſimile de refer c tibi, li. 6 ff de pac. l. iuriſgentium § quinimmo, & dic ſuper hoc ut d. ſi in c. Execrabilis

f Prædicta l. Apoſtolica.

g Inhibemus talis inhibitio contrarium facientib pœnam infligi facit extra de conſti. cognoſcentes, 4 diſtin. § vlt.

h Ne autem. Quinta pars.

i In dubium reuocari valeat ſ. an ſit facta.

K Probationis enim facultas non arctanda, ſed laxanda eſt, C. de hære l quoniam cognouimus, de reb. cre. l generaliter, ff. de teſti curent.

l Impingi ideſt, imponi vel imputari & repetere, valeat.

m Prohibitionum ipſarum. ſ. factarum conſtitutione Nicolai 3. aliàs 4.

a Ante-

Digitized by Google

ipſarū in pœnam ſeu pęnas inciderit antedictas [a]. Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, chartas [b] ſeu membranas [c] ſupenſionem cōtinentes eandem [d], appendi ſeu affigi in maioris Ecclesiæ Auinioñ. oſtijs ſeu ſuperliminaribus faciemus, quæ [f] ſuſpenſionē prædictam ſuo quaſi ſonoro [g] præconio & patenti iudicio publicabunt. [h] Datum Auinioñ. viij. Calend. Aprilis. anno ſexto.

Dominium rerum, quæ perueniebant ad Fratres Minores retentum ab Eccleſia Romana, ſimplici vſu facti Fratribus ipſis reſeruato in ca. Exiit qui ſeminat. eo tit. lib. 6. ſummus Pōtifex refutat multiplici ratione probās eos non poſſe habere in re aliqua ſimplicem vſum facti: & ſtatuit, quòd de cętero nullum ius, nullumque dominium habeat Eccleſia Romana ī huiuſmodi rebus, quæ in poſterum conferentur vel offerētur ipſis Fratribus. Hæc extrauagans eſt multum iuridica, & ſubtilis in pleriſque locis; præſertim vbi probat vſum ſimplicem non poſſe conſtitui in rebus vſu conſumptibilibus.

CAP. III.

Ad conditorem canonum non eſt dubiū pertinere [k], cum ſtatuta a ſe vel prædeceſſoribus ſuis edita obeſſe [l] percipit potius [m] quam prodeſſe, ne vlterius obeſſe [n] ualeat prouidere. [o]

Dudum [p] ſiquidem felicis [q] recordationis Nicolaus 4. prædeceſſor noſter attente proſpiciens in almi confeſſoris beati videlicet Franciſci regula cōtineri, quòd nihil ſibi appropient, neque domū [r] neque locum neque rem aliquam aliam ſui ordinis profeſſores: ac conſiderās diligenter, quòd per piæ recordationis Gregoriū Papā ix. & nōnullos alios prędeceſſores eiuſdē fuerat declaratū [s], hoc [t] debere ſeruari tam in ſpeciali, quàm in communi [u], nec nō & cōſideranter attendēs nonnullos Fratribus ipſis detrahere [x], impin-

a Antedictas.] ſuper in parte ſecunda, & d. capitu Exijt. §. cum igitur.
b Chartas.] ſimile, ff. de bo. poſ ſecundum tab l char.
c Membranas quia de membris & pellibus animalium factas ſimile 19. diſt. c. ſi Romanorum.
d Eaſdē.] quæ tollit effectum, & ligamen fniatum, vt prædixi.
e Maioris Eccleſiæ] ideſt cathedralis, quæ maior debet omnib. alijs eccleſijs reputari cū illis omiſſis poſſint per ipſam parochianos in eadem eccleſiaſticæ recipi ſacramenta. ext. de off ar chid c. officium & argu. 50 d c. in capite.
f Quæ] ſc. chartæ vel membranæ
g Sonoro præconio.] ſimilia verba reperies in c. ſi fratrū, & ſuper his & ſequētibus verbis dic, vt ibi dixi.
h Publicabunt.] Vt extūc probabilis ignorantia non valeat allegari. 16. d. ca. quod dicitis, ext. de poſtul. prælato ad hac. de iudæ c in nonnullis, ff. de inſt. tu. act l. ſed & ſi quis, § prætor ſibere. Zenzelinus.

Diuiſio textus in noue partes.

i Ad conditorem.] Præſens conſtitutio diuidi poteſt in partes nouem. In prima conſtōnis præmittitur rō. In ſecunda conſtitutionis Papæ Nicolai ſubiungitur recitatio: ibi, Dudum ſi quidē, &c. In tertia annectitur eiuſdē conſtōnis Nicolai incommodæ pro tēpore multiplex impugnatio: ibi, in §. Quāquam aūt. In quarta, ſimplicis vſus facti in reb. conſumptibilib. reprobatio: ibi in §. Quod autē. In quinta ad quoddam obiectū datur rñſio ibi in d. §. Nec obuiat ſupradictis. In ſexta quod in rebus conſumptibilibus non ſit dare ſimplicem facti uſum, fit multiplex inductio; ibi, in § Licet aut in rebus. In ſeptima cōſtitutionis Nicolai inducitur improprıatio ibi, in § Rurſus nedum. In octaua ſubinfertur ipſa conſtitutio: ibi, Nos itaque qui ueritatem. In nona fit certa quædā proteſtatio: ibi circa finē. Per hoc ant, &c.

Canon generalia a ſolo Papa conduntur.

i Ad conditorem canonum.] qualis eſt Papa, qui ſolus generales canones condere poteſt 28 diſ c. regula. cum multis c. ſeqq. ſic & ſolus Imperator legem generalem condere poteſt i C. de leg l & vlt.
k Pertinere] eius enim eſt ſua uel anteceſſorum ſtatuta in melius reformare de ſtatutum. de ent. excom. c. alma lib 6. de re iud cum olim.
l Obeſſe.] ideſt, nocere.

m Potius quàm prodeſſe.] hoc frequenter contingit ex variatione perſonarum, cauſarum temporum, & locorum 29 diſt c ſciendum, 61. diſtin. §. his omnibus, 35. q 9 c. ſententiam. extr. de conſangui & affin c. non debet, in corpore auth de nup. §. nos autem coll. 4.
n Obeſſe valeant.] præcauenda igitur ſunt futura in malū. vt hic 60. diſtinction. cum Hadrianus. 27. diſt. in nomine Domini. extra de ſeruis nō ord c. 1 ff loca. l ſi quis domum, §. 1 ad Trebel. l Lucius, § penult. de dam. infec. l. qui bona, §. cum prætor.
o Prouidere.] Concor. ad hoc in corpore authē. de nupt. §. 1. coll. 4. 22. q 2 cap magnæ. ſic n. eſt in cæleſti hierarchia, quę ſuā ex cauſa reperit ſententiam immutaſſe. ead cauſa & q ca. incommutabili. & c. vnuſquiſque.
p Dudum.] Secunda pars.
q Felicis.] ſimile de cenſib. felicis. lib. 6.
r Neque domū. quæ indefinite ſub inuolucro denotauerat per verbum, nihil, hic magis ſpecificare declarat, alias videretur hic vna negatio ſuperflua, ſuper quo vide quod not. in decret. cum inter nōnullos, in 2 gl.
ſ Fuerat declaratum. non dicit, vbi: & ſic not argum. pro indeterminata allegatione quod ſit admittenda, ad hoc de cohab cle. & mulie. c. veſtra. qui ſibi ſint legit. per venerabilem, § vlt. de vita & honeſt. cle c. cum ab omni C. de ſumma trin. l. 1 & in epiſtola, inter claras, per Hoſtienſ. de ſeruis non ord. cap conſuluit & per Petrum de Samp. d. c. veſtra.

Allegatio indeterminata eſt admittenda.

t Hoc. ſcilicet quod profeſſores ordinis ſancti Franciſci nihil ſibi appropient.
u In communi] ſuper hoc verbo & præcedenti dic vt dixi in cum inter nonnullos, ſuper eiſdem verbis.
x Detrahere.] & male, detrahentem enim proximo Deus perſequitur 23 qō 4. qui peccat nam vna ſpecies homicid. eſt proximo detrahere. nam quantum in detractore eſt, priuat animā proximi (qua melior eſt pars hominis omni uirtute, per quā anima viuit. Detrahere enim eſt, bona, quę alicui a Deo collata ſunt negare vel inuertere argument ff de ſtatu. l. item apud. §. nec antem tere, de pœnit. diſtinctio 1. capitu. homicidiorum, & ibi no.

Qualiter homicidiū committere dicatur, qui proximo detrahit.

gentes [a] eiſdem, quòd regulam, & decclarationes [b] huiuſmodi non obſeruabant, pieque conſiderans ora contra præmiſſos fratres oblatrantium [c] claudere [d], ac profeſſorum [e] ipſorum conſcientijs [f] prouidere inter alia ordinauit, & ſanxit [g], omnium vtenſilium [h] & librorum, rerumque mobilium [k], & præſentium, & etiam futurorum, eccleſiarum quoque & oratoriorum, ac cœmeteriorum, tam præſentium, quàm etiam futurorum, necnon, & aliarum emptarum, & eleemoſynis diuinis oblatarum, ſeu conceſſarum dictis Fratribus (in quibus tamen offerentes, ſeu concedentes ipſa, nihil in ipſis ſibi ducerent reſeruandum [l]) proprietatem, & dominium plene [m] ac libere [n] ad ſe, & Romanam Eccleſiam pertinere, ipſa [o] in [p] ſe recipiens, ac antedictam [q] Eccleſiam, ſimplici [r] vſu facti dumtaxat in rebus, & bonis huiuſmodi reſeruato Fratribus antedictis.

Et quia nonunquam [s] libros, & alia mobilia ſupradicta vendi [t] expedir, ſeu etiam commutari: Fratribus ipſis in eadem ordinatione conceſſit [u], res [x] ipſas cum rebus alijs, quarum vſum habere [y] licet ipſis Fratrib. (dummodo Generalis, & Prouincialium Miniſtrorum coniunctim vel diuiſim [z] auctoritas intercederet) poſſent libere commutare. Sed & quia Fratribus ipſis pecuniam per ſe, vel per alium recipere ipſorum regula diſtrictius interdicit, voluit & conceſſit [a], quòd ſi vendi contingeret res mobiles antedictas pretio [b] æſtimato, quod huiuſmodi pretium per procuratorem deberet recipi à præfata ſede vel Cardinali gubernatore [c] eiuſdem ordinis deputandum, per procuratorem eundem in rem licitã, cuius vſus eſſet permiſſus eiuſdem ordinis Fratribus expendendum: hoc [d] adiecto

a Impingentes.i.imponentes.
b Declarationes huiuſmodi. ſ. factas per Gregorium, & ſuos prædeceſſores.
c Oblatrantium. i. Obloquentium in malum.
d Claudere. ne alias ex hoc contra ipſos fratres inſurgat infamia.
e Profeſſorum ipſorum.] ſcilicet religionis ſancti Franciſci.
f Conſcientiis. quas forte ſcrupuloſas habeant ſemper habẽdo proprium.
g Et ſanxit. ſ Nicolaus iij. alias iiij. extra de verb. ſig. Exijt. §. ad hæc cum fratres.
h Vtenſilium. ideſt, paratorum ad vſum, argu ff. de ſupell leg. l. 3. de lega. 3. hoc legatum.
i Librorum. quid librorum appellatione comprehendatur colligitur, ff. de le. 3. librorum.
k Mobilium. vel ſe mouentium, quæ idem cenſetur, ff. de ver. ſig l. mouẽtium. iuxta quod ibidem per gloſſam quærit, an nomina vel actiones nomine immobiliũ comprehendãtur. Et primo ſentire vr̃ q̃ ſic, tum q. a mouen non pñt rum q. a poſt alia immobilia fit in eis ſententię executio: poſt tñ ſentit quod cenſeantur mobilia. Sed ſuper hoc verius probabiliter põt dici, q̃ aut nomina vel actiones competunt pro immobilib. tunc appellatione immobilium ideo comprehendũtur, quia actionẽ habẽs ad rem, ipſam habere videtur, ff. de re. iur. qui actionem. & argument. ad hoc, C. de prædiis minorum, l. ſi ad reſoluendam, vbi minor remittens actionem reſtituitur, ac ſi rem immobilem alienaret, aut competunt pro rebus mobilibus, ſi quidem annuatim præſtandis: tunc idem quia propter perpetuitatem præſtationis immobilium appellatione continentur. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. iubemus, in corpore authen. de non alien. aut permut. rebus eccle. §. hoc ergo, col 1.
Sed ſi competunt pro mobilib. ſimpliciter debitis, tunc mobilium appellatione comprehendi poſſunt, argu. ff. reg. iu. l. minus, & l. qui actionem, & d. l. ſi ad reſoluendam, & C. de quadrien præſcrip. l. 2. & ſic poteſt intelligi quod dicta l. mouentium, ad præmiſſa faciunt in arg. ff. de ſupell. lega. l. 3. de leg. 3. hoc legatum, de verb. ſignific. l. princeps. & l. bonorum, de iure fiſci, l. eum, qui ad ſenatuſconſultum Syllan. l. cum hico. non obſtat quod dr̃, quod poſtremo fit executione ſententiæ in nominib. ff. de re iudic. l. a diuo Pio hoc ideo eſt, ne impediatur executio ſententiæ, quæ prompta debet eſſe, ne alias lites ex litibus oriri contingat: quod eſſet ſi contra debitores condemnati agi primitus oporteret, argu. de tranſactio. l. fratris.

Actiones an noie immobiliũ cõprehendantur.

Executio ſẽtentię prompta dẽt eſſe.

l Reſeruandum. in illis ergo in quib concedentes vel offerentes aliquid iuris retinuerunt, quod facere potuerunt, 18. q. 2. c. Eleutherius, ff. de pac. l. in traditionib. non videtur per Papam Nicolaum proprietas Eccleſiæ Romanæ retenta.
m Plene. q d. totum & integraliter. ff. de vſu. l. videamus §. in Fauiana. de verb. ſig. l plus eſt in reſtitutione.
n Libere. i. abſque cuiuſquã contradictione, ar. extra de elect. cũ ex eo. de præb. c. ſi beneficia. li. 6. ib quibus verbum ſimile reperitur.
o Ipſa. Veriſimilia, & alia ſupra nominata.
p In ſe. ſ. Nicolaum. Papam.
q Antedictam Eccleſiam. ſcilicet Romanam.
r Simplici vſu facti. hæc verba occaſionem dederunt principaliter editioni huius decre vt patet ex ſequenti.
ſ Nonnunquam. id eſt, aliquando ſimile, ff. de condi. & demonſtr. l nonnunquam.
t Vendi expedit. ff. de contrahen empt. l. 1. C. de adm. tut. l. ſex quæ.
u Conceſſit. ſ Nicolaus Papa iiij.
x Res ipſas ſup. proxime expreſſim numeratas.
y Habere licet. non ergo cum aliis.
z Vel diuiſim. ut ſi fuiſſet hoc verbum adiectum, Generalis & Prouincialis Miniſtri eſſet inſimul auctoritas exposcenda: ob copulatiuam de ſui natura requirentem concurſum illorum, quę copulat, ff. de legat. 3. l. ea tamen, de conditio inſtit l. ſi hæredi plures, extra de reſcr. ex parte, vbi de hoc.

Copulatiua requirit concurſum copulatorum.

a Conceſſit.] ſcilicet Nicolai iij. aliàs iiij. vt ſupra.
b Pretio æſtimatio. ſiue quod venditio procedere non poteſt, ff. de contrah empt. & vendit l. 2. & 2. §. ſine inſt. eo. tit. § pretium.

Venditionẽ procedit ſine pretio.

c Gubernatore. qui aliàs protector vel conſeruator appellari conſueuit, iuxta priuilegia multis ordinibus conceſſa.
d Hoc adiecto. ideſt, additio.

Da

quòd poſſent de a vilibus rebus mobilibus b vel parum valentibus Fratres ipſi pietatis c ſeu deuotionis d intuitu, vel pro e alias honeſta canſa & rationabili f (obtenta g tamen ſuper hoc ſuperiorum h ſuorum licentia) intra vel extra dictum i ordinem ordinare.

Quamquam k autem pia conſideratione motus prædeceſſor noſter ordinauit ſupradicta l, illa dicto ordini exiſtimans profutura: ipſa tamen attento m modo vtendi Fratrum ipſorum ac dictæ Eccleſiæ ſubſecuta patientia n circa o ipſum non profuiſſe, ſed potius tam ipſis Fratribus, quàm multis p alijs obſuiſſe, ſubſequens magiſtra rerum experienria q noſcitur declaraſſe. Ipſis quidem Fratribus quantum ad ſtatum r perfectionis nequaquam profuit reſeruatio s dominij ſupradicta: cum enim perfectio vitæ Chriſtianæ principaliter & eſſentialiter t in charitate conſiſtat; quæ ab Apoſtolo perfectionis vinculum dicitur u: & quæ x vnit ſeu iungit aliqualiter in via y hominem ſuo z fini; ad quam a per contemptum bonorum rempotalium & ipſorum expropriationem b via diſponitur per hoc præcipue, quòd ſollicitudo c quam temporalia in acquirendo, conſeruando & diſpenſando exigunt d, quæ e plerumque ab actu charitatis retrahit f, amputetur g, reſtat, quod ſi ſollicitudo eadem poſt expropriationem huiuſmodi h, quæ i ante k ipſam inerat perſeueret, l ad perfectionem: m huiuſmodi talis n expro-

a De vilibus iſta vilitas conſiderati poteſt aliter ob pretij paruitatem, per hoc quod ſequitur, vel parum valentibus: vt ipſa vilitas referatur ad ipſarum rerum naturam, in corpore authen. de mand. princ. §. ſi tibi, cum ibi no coll. 3.

adiicienda ſunt pauperibus eroganda. iuxta illud: Si vis perfectus eſſe, &c. 14. q. 1. in ſumma, & c. quiſquis, nota extra de æta. & qual. ad aures.

s Reſeruatio.] ſ. facta Eccleſiæ Romanæ.

t Eſſentialiter. hoc dicit, quia ſine charitate virtutis exteræ nihil ſunt. de pœni diſt. 2. §. eudeater. & diſt 3. c. ſi quid autem.

Virtutes ſine charitate nihil ſunt.

u Dicitur. in epiſtola ad Romanos.

x Et quia.] ſcilicet, charitas.

y In via. ſ. ſalutis conſequendæ: in præſenti enim vita quaſi in via ſumus, qua ad patriam pergimus, ſecundum B. Gregorium.

z Suo fini. ideſt, gloriæ æternæ.

a Ad quam. ſ. perfectionem.

b Expropriationem. ſyllaba, ex, hic priuatiue ponitur, vt alias de vſur. c. vſuratium, lib. 6. alibi autem nõ priuat, ſed ponit. Inſtitu. vi bon. rapt. §. ſane.

Ex, quandoq; priuat quandoq; ponit.

c Sollicitudo.] ideſt, curioſitas & diligentia in temporalibus, quæ interueniẽs pretia rerum ampliat & deficiens minuit, ff. de iure fiſci. l. non intelligitur, §. diui fratres, negligẽtia enim cuncta lędere dicitur in corpore autheot. de quæſt. § hæc omnia, collat. 6. iuxta illud quod ſcribitur, ſicut autem actiuum in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtãtia, ita nouerca eruditionis eſt negligentia, 83. diſt. capit. nihil.

Negligentia eſt eruditionis nouerca.

d Exigunt.] nam ſine his temporalia periculo ſubiacẽt ad quod ff. de pet. hær. l. ſi quid poſſeſſor §. ſicut, & l. ſi ad non, § fructus.

e Quæ. ſ. ſollicitudo.

f Retrahit. nam ſecundum Gregorium cum mens cõcepta deſideria ſequitur ſeruire rebus conuincit, quarum amore ſuperatur, 14. q. 1. 2. quare ad vitandum, nimiam ſollicitudinem & mentis nimiam applicationem Chriſtus pręcepit non eſſe de craſtino cogitandum, 12. q. 1. habebat Dñs, iuxta verbum Pſalmiſtæ: Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

Sollicitudo nimia eſt vitanda.

g Amputetur.] i. tollatur & ſubmoueatur.

h Huiuſmodi.] ſ. temporalium.

i Quæ.] ſ. ſollicitudo.

k Ante ipſam.] ſ. expropriationem temporalium.

l Perſeueret.] durante. n. vitio, virtus numquam aſciſcitur, ſed demum illo renuntiato, 32. q. 1. cum renuntiatur.

m Ad perfectionem huiuſmodi. ſcilicet, quæ inducitur, & diſponitur per contemptum & expropriationem temporalium.

n Talis expropriatio. ſcilicet, poſtquam remanet ſollicitudo, ſicut prius.

Immobilia non reputãtur vilia.

b Mobilibus.] hoc dicit: quia res immobiles, vt pote periculo continuo non ſubiacentes, vile reputari non conſueuerũt, ar. C. quãdo & qui quat. pars, l. 1. lib. 10. ff. ad l. Falc. l. ſi hæres.

c Pietatis. puta eleemoſynæ.

d Deuotionis. puta peregrinationis.

e Pro alia. puta communitatibus voti, vel pœnitentiæ.

f Rationabili. arbitrarie conſiderandæ.

g Obtenta. non ergo ſufficeret hoc caſu licentiam petere niſi obtineretur, vt alias extra de cler. c. quam ſit, & c. ſi religioſus, ne cleric. vel monac. capit. vt periculoſa libro 6.

h Superiorum ſuorũ intellige immediatorum vt alias dixi de teſta. religioſus, libro 6. de vi & hon. cler. c. quoniam, de procur. c. religioſus, Clemẽs Papa v.

i Dictum ordinem. i. perſonas dicti ordinis, vel intellige ordinem vt iacet, id eſt, communitatem ordinis.

K Quamquam. Tertia pars.

l Supradicta. ſ. §. proxi. ſupra.

m Attento modo. per quem non ad ſimplicẽ vſum ſed ad conſumptionem res ipſæ deducebantur.

n Patientia. quę frequenter tolerat multa, quæ in iudicium deducta minime tolerat, extra de pb. cum iamdudum, & 41. in corpore auth. in medio litis ſacras iuſſiones non fieri §. cam, autem, coll. 8. C de appell. l vlt. §. illud.

Patiẽtia multa tolerat.

o Circa ipſum. ſcilicet modum vtendi.

p Multis alis. qui lædebantur ex tali vſu.

q Experientia. quę magiſtra rerum dicitur, vt hic, cũ per vſum ſcientiam tribuat in operatione, C. de iure l. certi, de no. Cod confir. §. in proœmio. Inſti. §. cumque Et nedum ſimpliciter rerum magiſtra dicitur, immo efficax appellatur extra de elect. quam ſi quia docet & probat de re ſcr. ſtatutum, de ele. vbi maiua, § t. li. 6 C. vt in poſſeſſionem legatorum, l. ipſa rerum, & ex parte fidem adhiberi vult, in corpore auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. § quod autem coll. 2 C. de re mil. l. ſemel, lib. 12. 50. d. c. vt conſtitueretur, & ex præteritis, vel pręſentibus quẽ inſtituit in futurum, in corpore auth. quib. mod. na eff. ſui. §. illud, coll. 7. 8 2 d. ca. plurimos, iuxta fin. in corpore auth. hæc conſti. innouat, in prima colum. coll. 8. extra de teſta. c. licet ex quadam.

Experientia eſt rerũ magiſtra.

r Ad ſtatum perfectionis.] ſecundum quem omnia

a Ordi-

Digitized by Google

a Ordinationem prædictam. ſcilicet factam per Nicolaum iij. alias iiij.
b Bonis prædictis.] de quibus mentio facta eſt ſupra §. proxim.
c Minus ſolliciti. & ſic per hoc a ſtatu perfectionis retrahebantur, vt in prox. dicitur.
d Fratres ipſi.] ſentientes vtilitatem in reb. talib. inani nomine dominij Romanę Eccleſiæ reſeruato.
e Alij. vt ſunt Prædicatores.
f In communi.] & ſic in alijs rebus prædictis ſe ſimplicem vſum habere dicebant re tamen ipſa pluſquam ſimplex vſuarius in rebus ipſis habebant.
g Ordinatio ſupradicta. ſcilicet Nicolai iij.
h Talis proprij ſcilicet Romanæ Eccleſiæ reſeruati.
i Res ipſas. de quib. fit mentio ſupra proxi §.
k ¶ Obtinerent.] & hoc probatur per ſequentia, licet etia § &c.
l Prædictus.] ſ. Nicolaus iiij.
m Conferri. ſ. inter viuos.
n Obuenire. puta ex vltima alicuius voluntate, licet contra poſſet exponi.
o Licet.] ideſt, licitum eſt.
p Vſu facti ſimplici. qualiter hoc ſit intelligendum, inferius declaratur.
q Pertinere. ſcilicet, ad Eccleſiam Romanam.
r Eſt expreſſum.] §. prox.
ſ Eius effectu.] qui frequenter res ipſas ad totalem a fratrib. abdicationem deducit: & talis effectus in eis potius videtur attendendus, quam inanis demonſtratio ſimplicis vſus facti, arg. C. ſi minor ad hęredit. ſe abſtineat, l. 1. de do l. vlt.
t Subſecuta. hic dic vt ſupra dixi eo. § in verbo, patientia, talis, n. patientia, vbi alias nullum ſubeſſet iuris impedimentum, pro approbatione tacita haberetur extra de cog. ſpir. c. ſuper eo. & ibi no.
u Dici debet. ſimplex, quod eſt ſtatim.
x Dominium. ſ. in dictis rebus reſeruatum eſſe.
y Simplex. repete, dici debet.
z Quis enim] probat quod vſus fratrum non debeat dici ſimplex.
a Simplicem vſuarium.] id eſt, habentem ſimplicem vſum.
b Licet.] ideſt licitum eſt.

c Permutare. ſ. cum alia.
d Vendere. pro aliquo pretio.
e Donare. i. liberaliter.
f Hæc. ſcilicet poſſe rem vſuariam permutare, vendere, vel donare.

priatio valeat nil conferre: conſtat autem quòd poſt ordinationem [a] prædictam non fuerint in acquirendis ac conſeruandis bonis [b] prædictis in iudicio & extra minus [c] ſolliciti quam ante illam fuerant Fratres [d] ipſi, quamquam ſint religioſi Mendicantes alij [e] habentes aliqua in communi [f]. Adhuc nec vtique profuit dictis Fratribus ordinatio [g] ſupradicta, quantum ad hoc quòd propter carentiam talis [h] proprij ſe pauperiores dicere valeant, quàm ſi res [i] ipſas cum illo (quo carere ſe dicunt) dominio obtinerent [k]. Licet etiam prędeceſſor noſter prædictus [l] dominium earum rerum, quæ ipſis fratribus offerri ſeu conferri [m], aut aliàs obuenire [n] contigerit, quarum tamen vſum facti dumtaxat habere licet [o] ordini vel fratribus antedictis (vſu facti [p] ſimplici prædictis fratribus reſeruato) in ſe Romanamque Eccleſiam recipiendum duxerit, ac libere pertinere [q] decreuerit, vt ſuperius eſt expreſſum [r]. attento tamen ipſorum fratrum vtendi modo, & eius [ſ] effectu, ac patientia circa [t] modum ipſum Romanæ Eccleſię ſubſecuta [t], non ipſe vſus fratrum dici [u] debet, ſed potius Romanæ Eccleſiæ dominium [x] eſſe ſimplex. [y] Quis enim [z] ſimplicem [a] vſuarium dicere poterit, cui rem vſuariam licet [b] permutare [c], vendere [d], ac donare [e]; proculdubio hæc [f] naturæ repugnare noſcuntur, nec ad vſuarium pertinere [g], quæ [h] tamen de rebus mobilibus antedictis [i] faciunt [k] fratres ipſi. Quòd autem dominium Romanæ Eccleſiæ reſeruatum [l] ſimplex cenſeri [m] debeat, ex hoc patet, quòd ex illo [n] nullum eidem [o] Eccleſiæ temporale obuenit [p] hactenus [q] commodum, nec ſperatur quòd [r] obuenire debeat in futurum, cum nec [ſ] intentio reſer-

g Permittere] Vſuarius. n. rem in qua vſum hēt aliquo titulo in alium trāsferre nō pōt, tū q͂a dn̄ium eius nō hēt, tum vſus inquantum eſt ſeruitus de ſui natura in re aliena, nō propria fundatur, quia res ꝓpria nulli ſeruit iure ſeruitutis, ff. ſi vſuſfruct. pet. l. vti frui. de ſer. vrb. prę. in re communi, de iure dot. l. cum in fundo, & quā iure alieno cōſtitui, ff. de vſu & hab. l. 1. & l. plenum, inſti eo. tit. §. 1. cum ijſdē modis conſtituitur, quibus vſuſfructus, vt ibi. Et vſuſfructus eſt ius vtendi in rebus alienis, ff. de vſu l. 1. Si igitur dominium non habet, ergo per aliquem titulum illud in alium transferre non pōt ff de reg. iu. l. nemo plus iuris, de acq. re. dom. l. traditio, extra de don. a. inter virum & vxo. c. nuper 1. q. 1 gratia, & q. 7. capitu Dalbertum, quod exigitur in titulo permutationis: nam rem alienam permutans permutationem non cōtrahit, ff. de rerum permut. l. prima, §. vltimo.

Vſuarius rē in qua hēt vſum, non transfert in alium.

Permutatio non contrahitur in re aliena.

h Quæ tamen.] ſcilicet permutare, vendere, donare
i Antedictis. ſcilicet, quibus vt licet eiſdem.
k Faciunt. ideſt. facere poſſunt iuxta ordinationē Nicolai: vel faciunt, ſ. de facto quia hoc eis permittitur per illius ordinationem.
l Reſeruatum. ſ. in rebus prædictis.
m Simplex cenſeri debeat. ſ. potius quam ipſe vſus fratrum, vt ſupra.
n Illo. ſ. dominio.
o Eidem Eccleſiæ. ſ. Romanæ.
p Obuenit. præter. ti temporis.
q Hactenus. i. vſque nunc, licet alibi aliter exponatur, ff. de vſufru. l. hactenus.
r Quod obuenire debeat, & per hoc dominium vel proprietas conſueuit reddi inutilis, vt infra patebit.
ſ Nec intentio. intentionis talis defectus impedit translationem commodi, vel emolumenti cum & impediat translationem dominij, ff. de acqui. rerum dom. l.

ea

Digitized by Google

ex mandato, C. de his quia non do. manumit. l. 2. & ibi no ff. de dona l. qui mihi donatum. Intentio enim præ omnibus attenditur, ſiue in contractibus, ſiue in vltimis voluntatibus ff. de contrahen. emptio l. ſed Celſus, § ſi Aura, de condi. & demonſtration. l. in conditionib. de lega. 1 l. ſi ſeruus plurium, §. ul. cũ ſimilib.

Intentio eſt attendenda

y Vſuarii. ſ. ſimplices.

z Rebus. Scilicet eius conſumptibilibus.

a Repugnat: cum habens in talibus vſum, cariturus dominium cenſeatur habere, ſi de vſu ſr. earum rerum quæ uſu conſumuntur. l. ſed de pecunia & l. ſi ... de vſufr. ſr. conſtitu. tur. & ſeq. & in talibus rebus habere uſum, tantum eſt ſicut habere uſumfructum vt dicto tit. ff. l. hoc ſenatuſ. ubi. & l. quoniam, § 1 ſt. alias autem rebus non eſt ita quia in illis plus eſt in vſufructu quam in uſu, ff. de uſu & habit. l. ſi habitatio, § ſi ſtitur, & l plenum, in fi. de uſu. & habi. §. minus, cum ſimilib.

b Obuiat rationi. eſt igitur extirpandum neceſſario, cum ratione careat, 63. diſt. cap. conſpicuum.

c Videtur id eſt præſumitur.

d Intentio. ad quam eſt præ omnibus recurrendum, extra de præbend. cum olim, & eod. tit. quia ſæpe, lib. 6. de conceſſ. preben. auctoritate Martini.

e Taliũ Bonorum. ſcilicet vſu conſumptibilium.

uantis, a nec fratrum ipſorum fuerit, quod ad quemcumque alium quã ad Fratres dictarum rerum perueniret compendium: b quod c proculdubio modus viuendi fratrum ipſorum, & Romanæ Eccleſiæ ſubſecuta patientia quid, enter declarauit. d Et quod talis intentio e fuerit ordinantis f, & ex hoc patet quod illarum rerum ſibi & Eccleſiæ Romanæ dominium dumtaxat g retinuit, quarum vſum facti licere h habere ordini, vel fratribus antedictis: talis autem dominii i carentia k re l in præſenti, m ac ſpe n in futurum omnimodo denudati quo ad paupertatem temporalem, quam o altiorem (præ Mendicantibus aliis p in communi habentibus q) ſibi r vendicant dicti fratres, pauperiorem non efficit s non habentem Quod u autem † quo ad res quæ vſu x conſumũtur, non ſint cenſendi: vſuarii y fratres ipſi, ex ſequentibus liquet ſatis: dicere ſi quidem quòd in talibus rebus z vſus iuris vel facti ſeparatus a proprietate rei ſeu dominio poſſit conſtitui, repugnat a iuri, obuiat b rationi, nec prædeceſſoris noſtri prædicta fuiſſe videtur c intentio d Romanæ Eccleſiæ talium e bonorum dominium reſeruare. Quis enim ſanæ mentis credere poterit; quòd intentio fuerit tanti f patris, unius oui, ſeu caſei aut fruſti panis, & aliorum vſu conſumptibilium, quæ ſæpe fratribus ipſis ad conſumandum e veſtigio g conferuntur, dominium Romanæ Eccleſiæ, & vſum fratribus retinere? profecto probabile non uidetur h, præſertim cum illorum bonorum dumtaxat i dominium præfatæ Eccleſiæ reſeruauerit, quorũ k ſimplex uſus facti pertinere poteſt ad fratres dicti ordinis: quod l nequaquam poteſt in rebus uſu conſumptibilibus m reperiri, in quibus nec ius utendi, nec uſus facti ſeparata rei proprietate ſeu n dominio poſſunt conſtitui vel haberi o. Et

a Reſeruantis.] ſcilicet Papæ Nicolai quarti

b Compendium,] id eſt vtilitas vel commodum.

c Quod,] ſcilicet quod ad fratres, & non ad alium illarum rerum perueniret compendium.

d Declarauit,] quaſi dicat, ipſis rerum experimentis hoc clare cognitum eſt C. vt in poſ. leg. l. ipſis rerum.

e Vt quod talis intentio, ſcilicet quod ad ipſos fratres, & nõ ad alium dicta rerũ vtilitas prouenirét.

f Ordinantis. ſcilicet Papæ Nicolai, ut ſupra

g Dumtaxat. quaſi dicat: non aliarum

h Liceret. licitum foret.

i Domini. ſcilicet Romanæ Eccleſiæ reſeruati.

k Carentia. ſcilicet quo ad ad fratres ipſos.

l Re ſcilicet ipſa

m In præſenti. ſcilicet tempore.

n Spe conſequendi commodum.

o Quam. ſcilicet paupertatem.

p Aliis, vt Prædicatoribus.

q Habẽtibus. ſubaudi aliqua, ſi nõ habes in textu.

r Sibi vendicant. i. id eſt attribuunt.

ſ Dicti fratres. ſcilicet Minores.

† vide Gloſſam poſitã in Cle. Exigi. proinde uer. ſolutio, uide tur dicendũ

f Tanti patris. quia non ſolum purus homo, ſed & vicarius Chriſti ſuit, de tranſla. epiſc. c. inter de tenuit ad Apoſtolicæ, §. nos, lib. 6.

g E veſtigio,] id eſt de proximo, argu. ff. de offic. præſi. l. plebiſcito, de re iudicata ſtatutum, § inſuper, lib 6. de ſta. mon. c. periculoſo, §. verum, eod. lib.

h Non uidetur. cum per tantum patrem de tam modicis curandum verſimile ſi ter non fuerit, arg. ff. de iud. l. ſed & ſi ſuſceperit, §. ſed & ſi proponas, extra de ſimo. etſi quæſtiones cum ſimilibus. Et ſuper hoc uidere potes ea quæ alias ſuper hoc plene dixi in decret. Execrabilis, in gloſſ. quod redundare.

ſ Accipe ſano modo, hoc enim dicit gl. hac ad oſtendendã ampliſſimã Romani Põtificis poteſtatem, ſicut notatum eſt ſuper gloſſa i proœmio Clẽ. i. verbo papa, in hac editione.

s Non efficit. hoc ideo, quia habere dominium quod nullo tempore poſſet commodum illi cuius eſt reportare, nihil diminuit de commodo, quod penes alium reperitur, quare pauperiorem ex hoc dicere ſe non poteſt, cum paupertas ex ſolo non habere commodum inducatur, 11. q. cap. pauper, immo ex hoc tale dominium inutile penitus reputatur, C. de uſuf. l. antiquitas, inſti. eo tit. § ne ne tamen. magis non haberi quam haberi forte cap. dicens, argu. ff. de ædil. edic. l. bouem, § aliquando.

u Quod autem. Quarta pars.

x Vſu conſumuntur. ut ſunt res ad victum humanum neceſſariæ, inſti. de uſufru. conſtituitur, ff. de uſufruc. earum rerum, quo uſu conſumuntur, l. ſi tibi uini, & de verb. ſig. l. uerbo uictus.

i Duntaxat quaſi dicat, non aliorum.

K Quorum. l. bonorum

l Quod ſcilicet ad fratres dicti ordinis pertinere ſimplicem uſum facti.

m Conſumptibilibus, id eſt quæ per uſum conſumuntur.

n Seu dominio id eſt exiſtenti ſine proprietate & dominio.

o Vel haberi hoc infra multis rationibus comprobatur.

De

Digitized by Google

quod de [a] talibus rebus non intellexerit [b], euidenter oſtenditur, dum reſpondet [c] legi [d] dicenti, non poſſe vſumfructum a dominio perpetuo ſeparari, ne dominium dominis, ſemper abſcedente [e] vſu, inutile [f] redderetur, quę quidem ex de rebus illis intelligitur, quarum penes vnum vſus rei, & penes alium dominium poſſit (licet [g] inutile) remanere, [h] quod [i] nequaquam in rebus vſu conſumptibilibus poteſt eſſe, cum in illis per vſum vel abuſum [k] vſuarij ſubſtantia talis rei eſſe deſinat [l], & per conſequens proprietas etiam inutilis non ſubſiſtat [m]. Cũ enim vſusfructus prout eſt ius re [n] conſtitutus, qui ſeruitus dicitur perſonalis [o] & pro [p] quo reales [q] competunt actiones, nihil ſit aliud quam ius utẽdi, nec vſus qui etiam perſonalis [r] eſt ſeruitus, ſit aliud quam ius tantum vtendi rebus [s] alienis ſalua [t] rei ſubſtantia, id eſt [u], ius percipiendi fructus & utilitatem [x] aliam in to-

a De talibus rebus ſcilicet vſu conſumptibilibus, & quatum uſum poteſt ad ipſos fratres pertinere.
b Non intellexerit. ſcilicet Papa Nicolaus.
c Dum reſpondet in dicto c. exiit.
d Legi. iſtam legem habes ff. de uſuf. l. omnium, §. conſtituitur, Inſt. eo. tit. §. conſtituitur. C. eod. titu. l. antiquitas.
e Aſcedente. id eſt, ſeparato exiſtente, ſic exponitur dicto §. cõſtituitur.
f Inutile redderetur. Not. rem dici penitus inutilem, cuius uſus & commoditas perpetuo ſubmouetur ut hic, & in l. legib. ſup. proxime al legatis, huiꝰ ratio poteſt dici, quia omniũ rerum ſubſiſtentiam vel exiſtentiam natura naturãs, id eſt Deꝰ comparauit, ut ex eis humana natura fructus perciperet, inſti. de rerum diui. §. in pecudum, quæcunque enim in terris facta ſunt, ad ſeruitium hominis facta ſunt, cum ſit digniſſima creaturarum ff. de ædi. edi. l. iuſtiſſime.

Hominis ſeruitio cũcta ſunt deputata

g Licet inutile. quo ad commoditatem vſus
h Remanere. ſcilicet de ipſarum rerum ſubſiſtẽti natura.
i Quod. ſcilicet quod vſus penes vnum, & proprietas inutilis per alium valeat remanere.
k Vel abuſum. licet alias abuſus in mala parte ſumi conſueuerit. ut dixi in decret: cum inter nonnullos. hic tamẽ in bonã ſumitur, quia in talibus rebus uſus & abuſus idem ſunt, ff. de uſuf. ea. rerum, quæ uſu. conſu. l. hoc ſenatus §. 1. & ult. cum ſimilibus. & ideo appellatur abuſus, quia per uſum in talibus rebus res ipſæ ad totalem exinanitionem deducuntur: & de eſſe ad non eſſe reducuntur, ut hic.

Abuſus in bonam & malam partem ſumitur

l Eſſe deſinat qualiter talium rerum ſubſtantia habet per uſum tolli, uel in parte minui, dicitur ff. de uſu fru. earum rerum, quæ uſu. conſu. l. 1.
m Non ſubſiſtat, eius enim quod non eſt, nulla eſt ſubſtantia de præſenti, ff. de leg. 1. l. qꝫ in rerum, de uerb. ob. l. interdum, inſt. de inuti. ſtip. a reſponſo.
n In re conſtitutus, vel inter uiuos per pactum, uel iudicialem adiudicationem, uel per ultimam uoluntatem, ff. de uſufru. pluribus, §. 1. Inſti. eo. titu §. Et dicitur in re conſtitutus, id eſt in certo corpore, quo ſublato & ipſum vſumfructum tolli neceſſe eſt, ff. de vſufru. l. 2. inſti. eo. ut in prin. & § finitur, ff. quib. mo. vſuf. tol. l. repe n, §. rei, dicitur & in re conſtitu, quia rem ipſam afficit ſicut cęteræ ſeruitutes.

Vſusfructus qua re dr̃ perſonalis ſeruitus.

o Perſonalis, quia perſonæ conſtituitur ẽt prædium non habenti, quod non eſt in ſeruitutibus realibus & prædialibus, ff. de ſer. l. 1 contra, prædi. l. 1. & cum perſona finitur, ff. quibus mo. vſufru. amittatur, l. ſicut, §. mortę, nec a perſona abdicatur, immo ſi in alium per commercium transfertur, ſtatim rei dño applicatur, ff. de iure do. l. vſusfructus, & dicto § finitur, licet commoditas fructuum percipiendorum per commercium in alium transferri poſſit, & ita intelligitur lex, quæ alias contrarium diceret, ff de uſufru l arboris, § uſufructuarius, de peri. & commo rei uendita, l. neceſſario, § ult. alias eſt ſub l. quod ſi pendente, & de nouatio, l. 4. atq. etiam ad hoc extra de loca. c. uetita.
p Et pro quo. ſcilicet petendo tanquam agenti competenti, negando alicui competere.
q Reales competunt actiones. ſcilicet confeſſoria, & negatoria ff. ſi uſusfr. petatur, l. 1. & l. vlt. ſeu § ulti. & §. ſi patris, ſi ſeruitus uendicetur, l. loci corpus, §. in cõfeſſoria. In rẽ confeſſoria competit aſſerenti ſibi deberi ſeruitutem & negatoria illi cui negat alteri fore debitam, eo. tit. l. 2. Dicuntur autem reales actiones confeſſoria & negatoria ab impoſitione talium nominum, nõ autem ex hoc prout aliqui dixerunt, quia confeſſoria verbis affirmatiuis, negatoria verbis proponitur negatiuis nam & quandoque confeſſoria verbis negatiuis, negatoria affirmatiuis proponi reperitur: ut in ſeruitute altius non tollendi eſt uidere, ſi de no ope. nunc, l. ſi priuſquam Inſti. de actio. § æq. & ibi nota. & dicta l. a Dicas etiam quod iſtæ reales actiones, quæ pro iurib. incorporalibus competunt, dantur etiam illi qui poſſidet, vel quaſi ipſum ius corporale, quod quaſi poſſideri videtur, quandiu in contrarium perſalium factum non eſt, ff. ſi ſeruit. ven. l. ſi forte, § iſtendum & l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur. Secus autem in actionibus realibus competentibus pro corporalibus, quæ non dantur poſſidenti, & detinenti, nam poſſidenti nõ eſt prodita in rem actio ff uti poſ. l. 1. §. interdictum, inſtitu. de act § ſic itaque, licet poſſidẽti, ſed non detinenti detur, ff. de rei vend. l. officium nota. de hoc extra de iu. d. c. examinata. Si quæras quæ ſit ratio quare realis actio poſſidenti & detinenti non detur pro re corporali, ſed pro re incorporali? Reſpondeo rei uendicatio non datur ad alium effectum, niſi quod poſſeſſio corporalis penes conuentum exiſtens in actorem transferatur de rei ven l. qui reſtituere. C. de alien. iudici. l. 1. cum igitur actor illam quam petit, penes ſe ipſum excludit, quia quod petit intus habet, ſufficit enim ſibi quod effectualiter poſſideat, dicto §. interdi. Sed realis actio pro incorporalibus competens non datur ad illum effectum tantum, ſed ut ille qui debet ſeruitutem, nihil faciat, nullumque impedimentum præſtet, ſed patiatur illum cui debetur pacifice illa vti, ff. de vſufru. l. 3. §. 1. de ſeruitu. l. quotiens, de ſer uitu. ruſti. prædi. l. 1. in fin. cum ſimilibus, expedit ibi tur, quod ipſi poſſidenti detur actio, ut ſubmotionem impedimenti aduerſarii & eius potentiam conſequatur, cum aliter iure etiam ſuo vti libere & plene non poſſet.

Vſusfructus quibus actionibus peti poteſt.

Actio realis non poſſit dari poſſidẽti.

Actio realis non datur poſſidenti pro re corporali ſed bene pro re incorporali.

r Perſonalis eſt ſeruitus, ff de ſerui. l. 2. & quare dicatur perſonalis, dic ut dixi de ſeruitute uſusfructus ſupra, in glo. quia perſonę.
s Rebus alienis. hoc dicit, quia res propriæ nulli ſeruire poſſunt iure ſeruitutis, ut dixi ſu. in gl. uſuarius.
t Salua rei ſubſtantia. i. ne in totum pereat rei ſubſtantia, ff. de uſufru. l. 1. & ita ibi nota.
u Id eſt. exponit illa uerba, ius utendi, poſita in definitione vel deſcriptione uſusfructus uel uſus.
x Vtilitatem aliam. puta de ambulandi, geſtandi id eſt ſolitandi in fundo uſufructuario uel uſuario, ff de uſu & habi. l. plenum.

a In

tum [a] uel pro parte [b] ſuo nomine [c], qui poſſunt ex re in qua uſusfructus ſeu uſus conſtituitur, prouenire [d], propter [e] quod proprietas reputatur inutilis, a qua perpetuo abſcedit [f] uſusfructus ſeu uſus conſtitutus rebus ex quibus ipſis [g] ſtantibus uſufructuario ſeu uſurario nulla poſſit utilitas [h] prouenire; patet quod ad hoc quod talis uſusfructus uel uſus in re aliqua conſtitui ualeat, requiritur [i] quod ex re illa poſſint fructus uel utilitas (ſalua ipſius rei ſubſtantia) ad fructuarium vel uſuarium peruenire. Quod ſi nulla ipſa ipſos poſſet ex re ipſa utilitas (ſalua rei ſubſtantia) peruenire, quales res conſtat eſſe uſu [k] conſumptibiles, nequaquam poſſet in rebus ipſis cuiquam uſus fructus uel uſus conſtitui, uel à [l] quoquam haberi. Adhuc [m] nec ius utendi, quod nec eſt ius in re, nec [n] ſeruitus perſonalis, ſed [o] mere ius perſonale, pro quo reales [p] actiones non [q] competunt, in rebus talibus [r], vel rebus ipſis utendi poteſt conſtitui uel haberi, cum & ius tale [s] exigat, quod ex re ipſa, quæ ad utendum conceditur [t] tali modo ad uſuarium peruenire poſſet vtilitas [u] aliqua, ac cum uſu permanere uſuarij, ſubſtantia [x] ſalua rei, quod [y] nequaquam poteſt (ſicut ad [z] ſenſum poteſt percipi) in rebus uſu conſumptibilibus reperiri [a].

Rurſus nec ſimplex [b] uſus, qui nec [c] eſt ſeruitus, nec [d] pro illo competit ius [e] utendi, in talibus [f] rebus poteſt conſtitui uel haberi, cum enim uti re aliqua, nihil ſit aliud proprie, quam fructus rei ſiue utilitatem [g] aliam in ſolidum, uel pro parte recipere, qui [h] ex ea poſſunt (ſalua rei ſubſtantia) prouenire, reſtat quos re illa uti [i] quis nequeat, ex qua [eius ſalua ſubſtantia] nulla ſibi prouenire poteſt utilitas, quales res uſu conſumptibiles

a In totum hoc referas ad vſufructuarium q̃ oẽs fructus rei ſuos facit, ff. de vſufr. l. vſuſfructu legato. in fi. & l. item ſi fundi

b Pro parte. hoc ad vſuarium referendum eſt, qui fructus rei in totum ſuos non facit, ſed illos ſolum qui ſibi ad vſum ſufficiunt, inſt. de vſu. habi. §. §. minus, ff eo tit. l. ſi habitatio. § ſi vſus, & l plenum, & l. fundi.

c Suo nomine. quaſi dicat iure ſuo, non alieno.

d Prouenire. intellige vel artificialiter vel naturaliter, vt colligitur ex iuribus, ſup. gl. prox. allegatis.

e Propter quod.) ſ. quia vſufructuaris & uſuarius omnes vt in fructus vel partem recipiunt iure ſuo.

f Abſcedit. id eſt ſeparatur, & quę ſit huius ratio, dic ut dixi ſup. in gl. no. rem dici.

g Ipſis ſtantibus. i. in ſua eſſentiali ſubſtantia perſeuerantibus.

h Vtilitas proueni re exemplum poteſt poni per iura. ff. de vſufruct. l. ſtatuæ, à contrario ſenſu, de ope ſeruo. l. vlt. cum enim, vſusfructus & vſus ſint ius tãtum, quo quis poteſtatem aſſequitur rei fructus & vtilitates alias conſequendi, ſublata & nõ exiſtente tali vtilitate, vſ nõ exiſtere ius ad illas tantum indultum, ff de vſufru. l. 2. inſt. eo. tit. in prin. ſicut ſublata re ſine culpa, ſubmouetur ius ad illam petendam competens, ff. de condi. furti, l. in re furtiua, & argum. ff. de leg. 3 l. mortuo boue.

i Requiritur ratio eſt, quam dixi in gl. proxi. præcedenti.

k Vſu conſumptibiles. illis enim in ſua ſubſtantia rementib. nulla inducitur vtilitas, cum ipſa non inſurgat nec proueniat, niſi ex talium rerum conſumptione, inſti. de vſufru §. conſtituitur.

l A quoquam haberi. ratio eſt, quam dixi ſup. proxi. in gl. exemplum.

m Adhuc. probat vlterius, quòd in reb. conſumptibilib. ſimplex haberi nequeat uſus facti.

Seruitutis perſonalis eſt triplex.

n Nec ſeruitus perſonalis. quæ eſt triplex, ſcilicet uſusfructus, uſus & habitatio, aliæ dicuntur reales ſeu prædiales, ff de ſerui. l. 1. de vſufr l. ſi quis binas, & ibi no. & ratione ſeruitutis perſonalis dr̃ quis in re ius habere cum contra quẽlibet rei poſſeſſorem peti poſſit. ff. ſi vſufr. pet. l. vti frui. § vtitur. Ius aũt vtẽdi iure ſeu ſeruitute, poteſt dici illud q̃ ſuperficiario in re ſuperficiaria competit vel emphyteotæ, vel ſeudatario, ff. ſi ager vectigalis, l. 1. & 2. de ſuperficie, l. §. vlt.

o Sed mere. quaſi dicat, non iure competens, nec rem afficiens, ſed tm̃ pſonæ cohærens, rei poſſeſſorem non ſequens, ff ad Treb. l. 1. §. ſi hæres.

p Reales actiones. ſ. confeſſoria & negatoria.

q Non competũt.] ſed actio perſonalis ex pacto, argu. ff de ſeru. l. vi primum, de ſerui. ruſt. prædio, l. prætoris, cum ibi no. de uſufru. l. ſi quis binas.

r In rebus talibus. ſ. vſu conſumptibilibus.

s Ius tale. ſ. mere perſonale.

t Conceditur. vt eſt videre in commodatario, cui ad certum vſum res conceditur ff commodati, l. in commodato §. ſicut, extra eod. tit. c. 1. vel creditor vel depoſitario, quibus vſus rei obligatę vel depoſitę permiſſus eſt: expreſſe in creditore, vel tacite in depoſitario, ff. depoſiti l. die §. 1. & C. eod. tit. ſi depoſiti.

u Vtilitas aliqua. cõſiderãda iuxta rei ad vtendum conceſſæ qualitatem.

x Subſtãtia ſalua rei. ſublata, n. re nullus in ea vſus poteſt ſubſiſtere.

y Quod.] ſ. ius vtendi ſubſtantia ſalua rei.

z Ad ſenſum.] ſ. vſus p quem occulta fide veritas magis q̃ p aliam ſenſum animis hominum infigitur, inſti. de gra. cogna. §. vlt.

a Reperiri. cum ipſæ per vſum conſumptioni totali ſubiiciantur: & de eſſe ad non eſſe redigantur.

b Rurſus nec ſimplex. ſcilicet ſine dominio exiſtens.

c Nec eſt ſeruitus. & ſic per conſequens ius in re non imponens.

d Nec pro illo. ſcilicet ſimplici vſu facti.

e Ius vtendi. ſ. qualitercunque quæſitum.

f Talibus rebus ſ. vſu conſumptibilibus.

g Vtilitatem aliam quæ conſiderari poteſt iuxta rei utibilis qualitatem, ff de vſufr l. numiſmatum & l. ſi cuius § ult. alia eſt ſub l æquiſſimum.

h Qui. ſ. fructus, uel alia utilitas.

i Vti quis nequeat, ſ. durabili uſu perſeuerante t

alias

eſſe [a] conſtat. Ex [b] quibus patet, quod nec vſus qui eſt ſeruitus [c] perſonalis, nec ius vtendi, quod non eſt ſeruitus, ſed mere ius [d] perſonale, nec actus ipſe vtendi ſine iure [e] aliquo poſſunt in rebus vſu conſumptibilibus conſtituti, vel haberi, cum quodlibet præmiſſorum [f] exigat, quod ex re ipſa (ſalua rei ſubſtantia [g]) poſſit habenti ius vtendi, ſeu [h] vtenti ex re ipſa vtilitas aliqua prouenire: quod vtique in rebus nequit vſu conſumptibilibus reperiri. [i]

¶ Nec [k] obuiat ſupradictis [l], quod idem [m] prædeceſſor noſter in ordinatione prædicta, etiam illorum [n] quæ ad vitæ ſuſtentationem pertinent; ſibi & Romanæ Eccleſiæ dominium reſeruarit: hoc enim [o] de rebus illis dumtaxat [p] debet intelligi, quæ vſu non ſunt [q] conſumptibiles, ſine quibus humana uita non eſt [r] ſubſtentabilis, quæ vtique non ſunt pauca [s]. Licet [t] autem in rebus vſu conſumptibilibus, nec ius vtendi [u], nec ipſum [x] vti poſſit conſtitui uel haberi, ipſis [y] tamen poterit ius abuti. Abuti autem (dum tractatur de rebus vſu conſumptibilibus) pro rei conſumptione, ſumitur [z], quod ei opponitur, quod eſt [a] vti. Vti quidem præſupponit, quòd cum vſu ſalua rei ſubſtantia maneat [b]: ſed abuti exigit [c], quod cum actu huiuſmodi rei ſubſtantia conſumatur [d]: cum ab vti [e] nihil aliud, quam contra naturam vſus, vti [f] in hac [g] materia proprie poſſit dici. Licet autem [h] quis re vſibilis [i] abſque iure vtendi aliquo vti [k] poſſit, ipſum [l] tamen vti etiam in re [m] tali abſque iure utendi ſeperato à domino vel coniuncto nec ab aliquo poteſt [n] conſtitui, nec [o] à quoquam haberi.

Et quòd talis vſus conſtitui nequeat, ex hoc patet, qđ dare vel conſtituere quod ſuum non [q] eſt, nec ad ſe [r] pertinet, nemo [s] poteſt: licet interdum illud [t] dare poſſit aliter quã ſit [u] ſuum.

Actus autem ipſe uten-

alias momentaneum, vt inf. ſequitur.
b Onerosus:] ſed quomodo eſt hic epiſcopus onerosus, qui habet quod petit? Dic qđ eſt onerosus quo ad intentum aduerſariorum dicentium epiſcopum velle viſitare, & intrare capitulum cum pluribus, & contra eorum conſuetudinẽ, quam prætendebant. Ioan. Monac.

c Religioſa. Contra extra de offic. ordin. vt iuxta. Dic, caſus eſt diuerſus, non aduerſus, nam ibi loquitur vbi prælatus viſitat, alium locum a capitulo ſuo, hic quando viſitat propriũ capitulum, cuius perſonas propter coniunctionem maiorẽ quã habet ad ſuam eccleſiam præ cæteris eccleſijs ſibi ſubiectis, extra de teſt. requiſiſti. §. penul. eſt veriſimilius, vt eaſdem perſonas melius noſcat. Vel dic quod hic determinat illam taxando hoc dictum indeterminatum: ibi, ne ſubdit onium aggrauentur: & decet perſonas religioſas in tali articulo aſſumi. argument. extra de ſtat. regu. in ſingulis. circa princip. Ioan. Monach

(Epũs cũ eccleſia cathedrali hẽt coniunctionem maiorem quam cum aliis.)

d Non obſtante.] Sed quare tollit hic conſuetudinem, & compoſitiones quaslibet: quia licet viſitationi nõ præſcribatur, nec procurationi, quæ debetur ratione viſitationis: præſcribi tamen poteſt quotitati procuratoris. no. extra de præſcri cum ex officiis. extra de cenſi. cum venerabilis. Sic videtur quod præſcribi poſſit quotitati aſſiſtẽtium viſitanti. argu ff de viſu. qui ſemiſſes. r. reſpõ. & ff. quemadmodum vſusfru. amit. l. is qui. licet conſuetudo hic narrata per hæc allegata non ſit præſcriptibilis. Dic tamen, quod hec conſtitutio in aliis facit gratiam, quia ſi iſta verba non ponerentur, remanerent compoſitio & cõſuetudo nõ reprobatæ. extra 6. lib. de conſti. capit. 1. Nec eſt inconueniens, quod eadem decretalis contineat ius in vna parte, & gratiam in altera. extra de cõceſ. præb. conſtitutus. Et forſan Papa fuit motus ad prædicta caſſando propter grauem litẽ, quæ fuerat inter partes: ne recidiuum nouæ litis prætextu conſuetudinis alterius, vel cõpoſitionis ſubintraret.

(Viſitationi, an poſſit pſcribi.)

(† Vide cõcil. Trĩ ſeſ. 7 de reformatione, c. 2. & 4. & ſeſ. 24. de refor. 17.)

e Reprobationis. ſupra eod in verbo. reprobamus.

f Conſtitutionis. ſupra eo. in verbo, decernimus.

VT quos virtutis.]

g Qui vero.] Iſtum §. aliqui libri non habent vſque ad § vt autem. & tenorem huius habes in extrauaganti, Execrabilis, quæ eſt vna de xx. gloſſatis per Zenzelinum in tit. de præben. & ibi vide. Habes etiam eam infra in titu. de præbend. cum gloſſa domini Gulie. de Monte Lauduno.

Voam

tenere. Noſque hanc firmiter credimus & ſimpliciter confitemur: extra quam nec ſalus eſt, nec remiſſio peccatorum, ſponſo a in Canticis proclamante, Vna eſt columba mea, perfecta mea. Vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ, quæ vnum corpus myſticum repræſentat, cuius caput Chriſtus: Chriſti vero Deus. In qua b vnus dominus, una fides, vnum baptiſma-

Infirmitas in corpore vnde ſurgit.

diceimus ex hoc etiam quòd dicit qui firmum, quia firmitas eſt ex puritate: infirmitas, ex impuritate: nã & in corpore ſurgit infirmitas ex impuritate, vt quia oriuntur in eo immunditiæ corporales & mali humores: & in anima etiam ſurgit infirmitas ex impuritate, ut quia oriuntur in ea immũditiæ ſpirituales, & malæ cogitationes. Formetur autem, ſic ratio: Quicquid eſt vnũ & ſanctum, i. ſic vnitate factum, q nõ põt eſſe niſi unũ corpus, & habere vnũ caput, membra non poterunt ſaluari niſi coniuncta illi corpori, & ſubdita illi capiti. Eccleſia eſt hmõi, ergo &c. Membra quidem ex hoc ſaluantur & viuunt, quia mouentur & ſentiunt, & motus & ſenſus eius infunduntur a capite, ſi non ſunt ſubdita capiti, non mouentur nec ſentiunt, pp quod viuere & ſaluari non poterunt. Tertia rõ ſumitur ex tertia conditione, quia Eccleſia eſt catholica & vniuerſalis ſiue generalis, ſic enim ait Iſidorus, quia catholicus vniuerſalis ſiue generalis interpretatur, nam Græci [vt dicitur] vniuerſale catholicon vocant. Si ergo fides, quam tenet Eccleſia, vel ipſa Eccleſia eſſet particularis, continens unã gentem vel unum populum, ſicut ſunt multæ gentes & multi populi, ſic forte eſſent multæ Eccleſiæ & multa capita. Sed cum ſit catholica & vniuerſalis, quia omnes obligantur [ſi volunt eſſe in ſtatu ſalutis] ad credendum & tenendum quod credit & tenet Eccleſia, iõ ſicut non põt eſſe niſi unum vniuerſum quod omnia cõprehendit, ita quantum ad ſtatum ſalutis non poteſt eſſe niſi vna Eccleſia, eo quod eccleſia comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis. Formetur autẽ ſic rõ. Illud quod eſt catholicum & uniuerſale, & comprehendit omnes, qui volunt eſſe in ſtatu ſalutis, non poteſt eſſe niſi vnum, & habere vnum caput, cui oportet eſſe ſubditos omnes volentes eſſe in ſtatu ſalutis. Eccleſia eſt hmõi, ergo, &c. Quarta ratio ſumitur ex quarta conditione quia eccleſia eſt Apoſtolica, tenet enim illam fidem, quam Apoſtoli tradiderunt & docuerũt, de quib põt intelligi quod dicitur in Pſal. q 10 omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, ut nullus poſſit ſe excuſare ſe non ſubeſſe Eccleſiæ, omnes enim Apoſtoli fidem prædicauerunt, & docuerunt. Vnde Apoſtolus ait ad Galat. 2. Aſcendi autẽ ſecundum reuelationem, contulit cum illis, i. cum alijs Apoſtolis, Euangelium, quod prædico gentibus, & ſubdit cauſam, ne forte in vanum currerem aut cucurriſſẽ. Ne ergo uana eſſet prædicatio ſua, & ne videretur gentibus, vel alijs quod prædicaret aliud quam alij Apoſtoli, voluit Apoſtolus de Euangelio quod prædicabat, conferre cum illis. Item Eccleſia eſt Apoſtolica, quia illam fidem tenet & docet, quam concorditer prædicauerunt & docuerunt Apoſtoli. Formetur ergo ſic ratio, Illud quod eſt Apoſtolicum, & tenet illam eandem fidem, quã Apoſtoli docuerunt, non poteſt eſſe niſi quid unum, & unum corpus habere, & unum caput, cui oportet eſſe ſubdita omnia membra, ſi uolunt eſſe in ſtatu ſalutis, hmõi autem eccleſia eſt, ergo, &cæt. Quinta autem & ſexta ratio ſumitur ex quinta & ſexta conditione, uidelicet quod extra Eccleſiam non eſt ſalus, id eſt, non acquiritur beatitudo, quæ eſt per gratiam conſummatam, nec extra ipſam eſt remiſſio peccatorum, quæ poteſt eſſe per gratiam initiatam, ita quod nec gratia conſummata, quę eſt ſalus & beatitudo noſtra, nec gratia initiata per quam remittuntur peccata, poteſt eſſe niſi per Eccleſiam. Si ergo Eccleſia eſt una & habet vnum caput, omnes uolentes recedere a peccatis & adipiſci ſalutem, oportet eſſe ſub capite Eccleſiæ, id eſt, ſub ſummo Pontifice, tanto

Cantic. 6.

Eccleſia eſt catholica.

Eccleſia qua ſe dicitur Apoſtolica.

autem per ſe patere poteſt. Notandum autem quòd oẽs iſtæ ſex conditiones continentur in ſymbolo: ubi dicitur, q credimus in Eccleſiam vnam, quantum ad conditionem primam, ſanctam, quantum ad conditionem ſecundam, catholicam, quantum ad tertiam, & Apoſtolicam, quantum ad quartam, & q confitemur vnum baptiſma in remiſſionẽ peccatorũ, q̃tũ ad grãm initiatam, & q expectamus reſurrectionẽ mortuorum, & uitã venturi ſæculi, quantum ad gratiam conſummatam: ideo impingere contra hoc, eſt impingere contra ſymbolum.

a Si ſponſo in Canticis, &c. Hic illas ſex rationes concluſionis præfatæ, q ſubeſſe ſummo Pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, declarat & manifeſtat, per ea quæ habentur in canticis, & per ea quæ ait Apoſtolus dicens, ſponſo proclamante in Cãticis, ſupple de ſua ſponſa, id eſt de Eccleſia, quæ una eſt columba mea, vna eſt matri ſuæ, electa genitrici, quæ ſcribuntur Canticorum 6 & ſubdit, quæ, i. columba mea, ſic una, ſic perfecta, ſic electa vnum corpus myſticum, i. vnam Eccleſiam repræſentat, & addit q huius corporis caput eſt Chriſtus, & Chriſti vero Deus. No autem quod hic tanguntur ſex, per quæ declarantur ſex conditiones, uidelicet q corpus myſticum, i. Eccleſia, eſt una quantum ad conditionem primam, eſt columba, i. innocens & ſine felle & ſancta, quantum ad conditionem ſecundã, eſt perfecta. i. catholica quantum ad conditionem tertiam. Nam ſecundũ Philoſophum, totum & perfectum idem, vel proximum ſecundum naturam. Nam illud eſt perfectum quod totum habet & nihil ei deficit, & illud etiam totum eſt, quod omnia habet. Et quod dicit Philoſophus totum & perfectum idem, poſſumus nos dicere catholicum & perfectum idem, uel proximum ſecundum naturam. Nam catholicum idem eſt quod generale, & vniuerſale, quod omnia comprehendit, & etiam perfectum eſt cui nihil deficit, & omnia comprehendit. Iſta enim Eccleſia eſt una matri ſuæ, electa genitrici ſuæ quantum ad condõnem quartam. Apoſtoli quidem unam fidem prædicauerunt, unam fidem elegerunt, quam tenens Eccleſia dici poteſt Apoſtolica. Huiuſmodi autem Eccleſiæ caput eſt Chriſtus, qui eſt agnus Dei tollens peccata mundi, cuius caput eſt Deus pater, a quo eſt genitus, quem uidere eſt ſalus noſtra. iuxta illud. Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Ergo ſicut per hoc quòd eccleſia eſt una columba, i ſancta perfecta. i. catholica, una matri ſuę, & electa genitrici ſuę, i. Apoſtolica, declaratæ ſunt quatuor conditiones, ſic per hoc quòd eius caput eſt Chriſtus qui eſt agnus tollens peccata noſtra, & caput Chriſti Deus qui eſt ſalus noſtra, declarantur aliæ duæ conditiones, uidelicet quod per Eccleſiam eſt peccatorum remiſſio, & ſalutis adeptio.

b In qua vnus hic illas ſex cõditiones, quas primo narrauit & poſtea declarauit, roborat & confirmat ſic com iacet textus ad Ephe. 4. unde illa uerba ſunt ſumpta, vnum corpus, & unus ſpiritus, & ſubditur, unus Dominus, una fides, unum baptiſma, unus Deus, & pater omnium, eccleſia eſt ergo unũ corpus, per qđ eſt vna, & vnica, quæ fuit conditio prima. Eſt in ea unus ſpiritus, per quem eſt ſancta, quæ fuit ſecunda. Eſt in ea unus Dominus, per quem & uniuerſalis & catholica, quæ fuit tertia, eſt in ea una fides, per quam eſt Apoſtolica, quia tenet illam fidem, quam prædicauerunt Apoſtoli, quæ fuit conditio quarta, eſt in ea unum baptiſma, per quod eſt peccatorum remiſſio, quæ fuit quinta, eſt in ea unus Deus & pater omnium, per quem eſt ſalutis adeptio,

Totũ & perfectum idẽ.

Catholicũ quid eſt.

Salus noſtra eſt uidere Deũ.

Digitized by Google

¶ Vna nempe a fuit diluuii tempore, arca Noe: vnam Eccleſiam perfigurans, quæ in uno cubito conſummata, v-num (Noe videlicet) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia ſubſiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Hanc autem b veneramur & unicam: dicente Domino in propheta, Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam, pro anima enim, id eſt, ſeipſo capite ſimul orauit & corpore, quod corpus unicam ſcilicet Eccleſiam nominauit, propter ſponſi fidei ſacramentorum, & charitatis Eccleſiæ

adeptio, quæ fuit ſexta. Aduertendum eſt, quòd dñs Papa noluit omnia uerba iſta ponere, ne legentibus tædiũ generaret, ſed uoluit breuius per tranſire, & non niſi tria nominauit, uidelicet quod in eccleſia eſt unus Dñs una fides, vnum baptiſma, per quæ tria omnes illæ ſex conditiones roborãtur & cõfirmant, nã q in eccleſia vnꝰ Dñs, iõ ipſa eſt una & catholica, i. generalis, quia uero in ea una eſt fides, ideo ipſa eſt ſancta & Apoſtolica, eſt, n. per fidem ſanctã, id eſt ſanctita, dicente Hugone, ꝙ nihil eſt ceruus homini ſua fide, per hoc ẽ ẽt Apoſtolica, ꝗ illam fidẽ tenet eccleſia, quam Apoſtoli docuerunt. Sed quia in eccleſia vnum eſt baptiſma, dicitur in ea eſſe peccatorum remiſſio, & ſalutis adeptio, nam per hoc quòd baptizamur, nobis peccata remittuntur, & cœleſtis ianua aperitur.

Baptiſmus quid faciat.

a Vna nempe fuit. poſtquam ſunt poſitæ illę ſex conditiones, per quas ſumi poſſunt ſex rationes, quod eſt de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici, ponuntur quędam aliæ adaptationes per quas concludi põt hoc idem. Circa quod quattuor facit, ſecundum qđ quatuor huiuſmodi adaptationes ibi traduntur, vt ſit prima adaptatio per hoc ꝙ eccleſia figurata eſt per arcã Noe. Secunda, per hoc ꝙ propheta in perſona Chriſti orat, quod Deus eruat a frameą animam ſuam, & de manu canis unicam ſuam. Tertia per hoc ꝙ eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem, quę ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Quarta per hoc quod Chriſtus dixit Petro, Paſce oues meas. Secunda eſt, ibi. Hanc aũt veneramur. Tertia, ibi, Hæc eſt tunica. Quarta ibi. Igitur eccleſię. Dicit ergo, una nempe fuit diluuii tempore arca Noe, unam eccleſiam pfigurans. Hæc una arca fuit in uno cubito conſummata unumhabuit rectorem & gubernatorem Noe, extra eam omnia exiſtentia ſuper terram legimus fuiſſe deleta. Aduertendum eſt ꝙ illa arca Noe Dei eccleſiam figurabat, quod ſex modis Auguſtinus declarat 15. de ciui. Dei & 16. Primo ex eius uacillatione, nam ſicut illa arca ferebatur ſuper aquas fluctuantes, ſic eccleſia militans in hoc ſeculo non ſine fluctuationibus requieſcit. Secundo hoc idem patet ex illius arcę materia. Nam ſicut ex ligno fabricata eſt arca, & per lignum ibi ſaluatę ſunt animę, ſic ex ligno crucis dependet ſalus eccleſiæ. Tertio, hoc idem patet ex illius arcę proportione, nam (ut Auguſtinus ait) proportio illius arcæ erat, ut proportio corporis humani erat n. ſexies ſiue ſex uicib magis longa quam lata, & decies longa quam alta, trecentorum enim cubitorum erat lõgitudo, 50. latitudo, & 30. altitudo eius, & ſic & corpus humanum diſpoſitum eſt, ut ſit decies longum quam groſſum, & ſexies longum quam latum & ex hoc figurabat eccleſiam, cuius redemptor factus homo ad ſaluãdum homines uenit. Et hæc omnia clareſcunt his uerſibus.

Eccleſia eſt arca Noe cõparata.

Arca Noe quantæ fuit altitudinis lõgitudinis & latitudinis.

Ter denis alta cubitis, & longa trecentis,
Et decies quinis lata fit arca Noe,
Sex uicibus longum latum tranſcendit, & altum.
Denis, humani corporis inſtar habens.

Quarto, arca figurat eccleſiam, ſi bñ conſideramus eius oſtium, ꝙ poſitum fuit ex latere, nam & Chriſto in cruce latus fuit apertum, vnde fluxerunt ſacramenta, per quę dicitur eccleſia eſſe formata. Quinto, arca ſignificabat Eccleſiam, ſi conſideremus eius compoſitionem, fuit enim compoſita ex lignis quadratis, quod ad ſtabilitatem eccleſiæ pertinet. Corpus n. quadratum, cuiuſmodi eſt taxillus, ex quacunque parte uertatur, ſtat. Sexto, arca illa ſignificat eccleſiam, ſi cõſideremus diſtinctionem eius, erat. n. arca illa bicamerata, ſecundum. n. communem modum ponendi bicamerata erat interius, tricamerata ſuperius, duæ autem erant cameræ inferiores, vna apothecaria, & alia ſeminata, ubi ſtabãt immunditiæ, tres autem erant cameræ ſuperiores, In quarũ vna erãt animalia mitia, in alia immitia, ĩ media vero homines & aues. Sic & eccleſia (ut Aug. ibidem tradit) eſt bicamerata, quia compoſita ex Iudæis & Gentib. ſiue ex Iudæis & Græcis & ut noĩe Græcorum ĩtelligamus Gẽtes: & tricamerata, quia ex tribus filiis Noe omnes homines ſunt reparati, ex quibus facta eſt eccleſia iſta. Itaque arca, quę (ut patuit) ſex modis eccleſiam figurabat, inferius erat ampla, ſuperius ſtricta, in vno cubito conſummata, per vnum rectorem gubernata. Ex quibus poſſunt ſumi duæ rationes, eſſe de neceſſitate ſalutis ſubeſſe ſummo Pontifici. nam eccleſia inferius eſt magnę latitudinis, quia multi ſunt pręlati inferiores, ſuperius reſtringitur, quia pauciores ſunt prælati ſuperiores. Vel inferius eſt magnę latitudinis, quia multi ſunt laici. ſuperius reſtringitur, quia pauciores ſunt pręlati, & in uno cubito conſummatur, quia in uno ſummo Pontifice terminatur. Sicut ergo tota illa arca ſtabat ſub vno cubito, ſic tota eccleſia ſtat ſub ſummo Pontifice. Et ſicut extra arcam non erat ſalus & quicquid ſaluabatur erat ſub illo cubito, ſic extra eccleſiam non eſt ſalus & quicquid ſaluatur, eſt ſub ſummo Pontifice. Secunda ratio ad hoc idem ſumitur non ſolum ſi conſideremus unitatem cubiti, ſed etiam ſi conſideremus vnitatem rectoris, nam ſicut totius arcę erat rector unus Noe, & nihil ſaluabatur niſi ſub eo, ſic totius eccleſię rector eſt unus ſummus Pontifex, & nihil ſaluatur niſi ſub ipſo.

Taxillus eſt corpus quadratum.

P. [illegible]

Prælati ſuperiores pauciores ſunt quam inferiores.

b Hanc autem veneramur, &c. hic proſequitur adaptationem ſecundam ex eo quod propheta in perſona Chriſti orat dicens, Erue a framea Deus animam meam, p anima enim Chriſtus, id eſt pro ſeipſo capite ſimul orauit & corpore, quod corpus vnicam, ſcilicet eccleſiam nominauit, & hoc propter quattuor quantum ad pręſens ſpectat propter vnitatem ſponſi, fidei, & ſacramentorũ & charitatis. Aduertendum ergo ꝙ in omnibus his quattuor ſummus Pontifex quandam principalitatem dicitur obtinere, nam ſi conſideremus unitatem ſponſi, ipſe eſt unius ſponſi vnus principalis uicarius. Vnde gloſ. ſuper illo uerbo Matthæi 16. Tibi dabo, &c. ait, vult quod hoc ſpecialiter Petro conceſſit, ut ad unitatem nos inuitaret & ſubdit, ideo enim eum principalem Apoſtolorum conſtituit, ut eccleſia unum principalem Chriſti haberet uicarium. Rurſus ſi conſideremus unitatem fidei ſummus Pontifex eſt huius fidei principalis doctor & definitor, nam & concilia generalia, ubi talia ſunt definita, & ubi ſymboli ſunt compoſiti, non niſi auctoritate ſummi Pontificis poterant aggregari. Tertio, ſi conſideremus unitatem ſacramentorum, ſummus Pontifex ut eſt Chriſti principalis uicarius, eſt eorum principalis diſpenſator. Quarto, ſi conſideremus unitatem charitatis, quam habent membra ad Chriſtum, & ad eius uicarium, ſummus Pontifex eam cum quadam principalitate habet. Ergo eccleſia ex his eſt una, & ex his eſt ſalus, & in his ſummus

Concilium gñale nõ ſit ſine papa.

Pontifex

Pontifex principalitatem habet, non niſi ſub ſummo Pontifice ſaluari poterimus, ſibi itaque ſubeſſe erit de neceſſitate ſalutis.

vnitatem. Hæc a eſt tunica illa Domini inconſutilis, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Igitur b Eccleſiæ vnius & vnicæ, unum corpus, vnum caput, non duo capita, quaſi monſtrum, Chriſtus videlicet, & Chriſti uicarius Petrus, Petrique ſucceſſor, Dicente c Domino ipſi Petro, Paſce oues meas: meas, inquit, & generaliter, non ſingulariter has uel illas, per quod commiſiſſe ſibi intelligitur vniuerſas. Siue ergo Græci, d ſiue alii ſe dicant Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, fateantur neceſſe, ſe de ouibus Chriſti non eſſe,

a Hæc eſt tunica, &c. Hic proſequitur adaptationem tertiam, quia Eccleſia figurata eſt per tunicam Domini inconſutilem, quæ ſciſſa non fuit, ſed ſorte prouenit. Sciendum ergo, quod veſtes Domini fuerunt quadripartitæ, quatuor militibus tributæ, inter quas fuit una tunica inconſutilis deſuper contexta per totum, quæ non fuit diuiſa, ſed per ſortem habita, vt patet Io. 19. c. Sciendum autem quod ſecundum Aug. vtramq. ſignificat Eccleſiam, ſed aliter. Veſtis quadripartita, quæ tunica ſortita, aliter tamen, & aliter. Nam veſtis Domini quadripartita ſignificat eccleſiam quatuor ſcilicet partibus in orbe diffuſam, & in eiſdem æqualiter, id eſt concorditer diſtributam. Tunica vero illa ſortita ſignificat Eccleſiam quantum ad vnitatem charitatis, quæ charitas eſt deſuper, quia habet ſupereminentiorem viam, & eſt contexta per totum, quia eſt catholica, quod idem eſt quod generalis & totalis. Eſt inconſutilis vt non diuidatur, ſed una permaneat, & omnes in vnum colligat. Sorte eſt habita. in qua diuina gratia commendatur, quia cum ſors mittitur, non perſonæ, ſed occulto Dei iudicio ceditur, quæ omnia ſunt verba Auguſtini exponentis dictum textum Euangelii. Ex hac autem adaptione patere poteſt, quod ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis non. n. eſſet tunica Domini, id eſt eccleſia inconſutilis & contexta per totum, niſi eſſet ſub vno capite colligata, volentes ergo ſe a capite ſubtrahere, volunt hanc tunicam ſcindere, ſed ſi conſideratur veritas eam nõ ſcindunt, quia ſcindi non poteſt. Itaque ſe ſubtrahentes ab vnitate capitis, non dicuntur Eccleſiam ſcindere, vel tunicam Domini diuidere, ſed dicuntur ex tunc ad huiuſmodi tunicam vel ad Eccleſiam minime pertinere, vt tales exiſtentes tunc ad ſalutem nequeant promoueri.

Eccleſia per veſtẽ Chriſti congrue ſignificatur.

Eccleſiam nõ ſcindunt qui ab unitate ſe ſubtrahunt.

b Igitur Eccleſiæ vnius. Hic proſequitur adaptationem quartam, ex eo quod omnes oues, id eſt ipſi Chriſtiani commiſſi ſunt ipſi Petro. Circa quod tria facit, ſecundum quod hoc tripliciter probat. Primo, ex vnitate corporis & capitis. Secundo, ex vnitate commiſſionis ouium. Tertio, ex vnitate ouilis & paſtoris. Secunda ibi, [Dicẽte Domino.] Tertia ibi, [Siue ergo Græci] Prima ratio talis eſt, vbi eſt vnũ corpus, & vnũ caput, non duo capita, quaſi mõſtrũ, quia eſt ibi Chriſtus, eſt Chriſti vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor ibi, ſupple, nullus ſaluatur niſi ſubſit Chriſto, Chriſtiq; vicario Petro, Petriq; ſucceſſori. Sed vnius & vnicæ Eccleſiæ eſt vnum corpus, & vnum caput. non duo capita, quaſi monſtrũ, Chriſtus Chriſtique vicarius Petrus, Petrique ſucceſſor, ergo in Eccleſia nullus ſaluatur, niſi ſubſit, &c. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medii, videlicet quod vnius & vnicæ Eccleſiæ eſt vnum corpus, & vnum caput. Notandum aũt quod quaſi inferendo dicit, igitur Eccleſiæ vnius & vnum corpus, & vnũ caput. &c. quia licet hoc ſit propoſitũ principale, quod nullus ſaluatur niſi ſubſit Chriſti Capiti & eius vicario, tñ inferendo & concludendo iſta dicit, quia omnia hæc præmiſſis ſequũtur concludendo. Si enim vna fuit arca Noe Eccleſiam figurans, & quod Xps vnum caput orauit pro unica Eccleſia ſua, & vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis, aperte ex præmiſſis poſſumus inferre & dicere. Igitur unius & vnicæ Eccleſiæ, vnum corpus, unũ caput, &c. ubi ſupplendum eſt, quod ſi Chriſto capiti & eius vicario ſubeſſe nolumus, ſalutẽ non poterimus adipiſci. Notandũ eſt, quod dicit, vnius & vnicæ: Nã plus uidetur importare vnicum quã vnum. Nam ſiquis hẽt unum, qñ hẽt aliud. Sed non dicitur hẽre vnicum qñ non hẽt aliud, nec ſperat vlterius hẽre aliud, nec hẽt in quod aſpectum dirigat. vnde Greg. ſuper illo verbo Lucæ 7. Ecce defunctus efferebatur filius unicus matris ſuæ, & hæc erat vidua. Vult quod iõ erat vnicus filius, quia mater eius erat vidua, & nõ ſperabat vlterius filios procreare, nec habebat in quẽ aſpectũ dirigeret. Veritaq. Eccleſia eſt vna ſponſa Chriſti, & vnica, quia Chriſtus nõ hẽt aliã ſpõſã. nec ſperat ulterius hẽre aliã ſponſã, nec dirigit ſuum aſpectũ, nec ſuã affectionẽ ad aliam ſponſã, iõ nullus confidat de alia ſponſa, vel de alia Eccleſia, & ſub nullo credat ſaluari, niſi ſub ſponſo, vel ſub capite ipſius Eccleſiæ Chriſto, Chriſtique vicario Petro Petrique ſucceſſore.

Vnus & unicus differunt.

Io. 19.

c Dicente Domino ipſi Petro, Paſce oues meas, &c. Hic probat hoc idem ex vnitate commiſſionis, non enim factæ ſunt plures commiſſiones principales, ſed facta eſt vna principalis commiſſio, & omnes oues vni & eidem Petro & eius ſucceſſoribus principaliter & vniuerſaliter ſunt commiſſæ. Formetur autem ſic ratio; Cuicunque Dñs commiſit oues ſuas, non has vel illas, intelligitur ſibi vniuerſaliter commiſiſſe, & ex hoc intelligitur non eſſe ſalutem alicuius ouis, niſi ſub eius ſucceſſoribus cui omnes oues generaliter ſunt commiſſæ. Sed dicente Domino ipſi Petro, Paſce oues meas, quia non inquit ſingulariter, paſce has vel illas, ſibi commiſiſſe intelligitur generaliter vniuerſas, & per conſequens non intelligitur ſaluari aliqua ouis, niſi ſub Petro & ſucceſſoribus eius. ita quod ſubeſſe ſibi eſt de neceſſitate ſalutis. quæ eſt noſtra concluſio principalis. De hac aũt ratione ponit virtutem medii, vt patet ex litera

d Siue ergo Græci, &c. Hic probat hoc idem ex vnitate ouilis & paſtoris. Formetur autem ſic ratio, vbicumque eſt vnum ouile & vnicus paſtor, ſiue Græci, ſiue alij dicãt ſe non eſſe ſub ipſo paſtore, vel ſub eius vicario, vel ſucceſſoribus ſuis, dicunt ſe non eſſe de illis ouibus, nec ad ouile huius pertinere, & per conſequens dicunt ſe non eſſe in ſtatu ſalutis. Sed dicente Domino in Ioanne, vt habetur Io. 10. Conſtat unum ouile & vnicum eſſe paſtorem, ſiue ergo Græci, ſiue alii dicant ſe Petro eiuſque ſucceſſoribus non eſſe commiſſos, neceſſe eſt quod fateantur ſe non eſſe de ouibus Chriſti, nec pertinere ad ouile Chriſti, & per conſequens fateantur ſe quoque tales non eſſe in ſtatu ſalutis. De hac autem ratione ponit uirtutem medii, vt patet ex littera. Notandum autem hanc decretalem ſic ordinate procedere, quod ex omnibus ſuis verbis habetur concluſio principalis, quæ ponitur in fine decr. quod ſub eſſe ſummo Pontifici eſt neceſſitate ſalutis. Nam ſi conſiderentur conditiones ſuperius generales, quod Eccleſia eſt vna, ſancta, &c. Si conſiderentur adaptationes ſuperaddita, quod fuit vna arca figurans Eccleſiam, quod vnica eſt Eccleſia pro qua Chriſtus orauit, quod vnica fuit tunica Chriſti inconſutilis, quod Eccleſia eſt vnum corpus habens vnũ caput; quod vna facta fuit Petro de omnibus ouibus commiſſio principalis, quod Eccleſia eſt vnum ouile habens vnum paſtorem, omnia iſta clamant contra eos qui ſaluari volunt, niſi ſubſint ſummo Pontifici, omnia iſta proteſtantur quod ſic ſubeſſe eſt de neceſſitate ſaluti.

Eccleſia eſt unũ ouile.

Digitized by Google

dicente Domino in Ioanne, vnum ouile & unicum eſſe paſtorem.

¶ In hac [a] eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem videlicet & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur. Nam [b] dicentibus Apoſtolis: Ecce gladii duo hic, in Eccleſia ſcilicet, cum Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus nimis eſſe, ſed ſatis. Certe [c] qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, male verbum attendit Domini proferentis. Conuerte gladiũ tuum in vaginam. Vterque [d] ergo eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritualis ſcilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Eccleſia, ille, vero ab Eccleſia exercendus. Ille ſacerdotis, is manu regum & militum, ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Oportet [e]

idest malos Chriſtianos, non ferro, ſed verbo, Innuens eſſe duos gladios, vnum ſpiritualem, qui ferit uerbo, & alium materialem, qui ferit ferro, & ſubdit de materiali gladio: Quid tu denuo vſurpare gladium tentas, quẽ ſemel iuſſus es reponere in vaginã? qa ergo dicit Dñs Petro d materiali gladio, conuerte gladiũ tuum in vaginã, ſummus Põtifex, quãuis ille gladius ſit ſuus, & quamuis ſit in poteſtate ſua, nõ dẽt tñ illo gladio vti vel ferire. Notãdum etiam gladium materialem eſſe ſummi Pontificis, & eſſe in poteſtate eius, oſtendit idem Ber. ibidem loquens ſummo Pontifici dicẽs, videlicet, quem materialem gladium qui tuum negat, non ſatis mihi vr̃ attendere verba Dñi dicẽtis, Conuerte gladium tuum in vaginam. Matt. 26.

a In hac eiuſque poteſtate.] Hic ponitur tertia pars principalis huiuſmodi decr. in qua poſtquam dominus Papa ex conditionibus generalibus congruentibus Eccleſię probauit q̃ ſibi ſubeſſe, eſt de neceſſitate ſalutis. Et poſtea ꝓbauit hoc idem ex quibuſdam adaptationibus ſpecialibus ad Eccleſiã adaptatis. Hic tertiu vult hoc idem probare ex ipſis gladiis, qui ſunt in Eccleſia. Io. 10. Circa q̃ duo facit quia primo agit de iſtorum duorum gladiorum pluralitate, poteſtate, & uſu. Secũdo agit de eorũ ordine ibi, (Oportet aũt.) Circa primum duo facit, quia proponit primo quod intendit ſecũdo probat quod dixerat ibi, (Nam dicẽtibus.) Dicit ergo in hac, id eſt in Eccleſia, eiuſque poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritualem uidelicet & temporalem Euangelicis dictis inſtruimur.

b Nam dicentibus. Probat quod dixerat, ſed dixerat duos gladios in Eccleſia, & eos eſſe in poteſtate Eccleſiæ, & quia non eodem modo iſti gladii ſunt in poteſtate Eccleſiæ, nec eodem modo pertinent ad vſum Eccleſiæ, ideo tria facit, quia primo dicit duos tantum eſſe gladios in Eccleſia. Gladiĩ duo ſunt Eccleſiæ. Secundo oſtendit eos ambos eſſe in poteſtate Eccleſiæ. Tertio declarat non eodem modo eos in poteſtate Eccleſiæ, ſed alterum ad uſum, alterum ad patientiam & nutum. Secunda ibi, (Conuerte.) Tertia, ibi, (Vterq; ergo.) Dicit igitur: nam dicẽtibus Apoſtolis Ecce gladii duo hic, id eſt in Eccleſia, cum Apoſtoli loquerentur, & quia ipſi Apoſtoli repræſentabant Eccleſiam, ſi inter ipſos Apoſtolos erant duo gladii, conſequens eſt quod in ipſa Eccleſia ſint duo gladii, dicentibus itaque Apoſtolis duos gladios eſſe ibi, nõ reſpondit nimis eſſe, ſed ſatis. Notandum ergo quod ſi eſſent plures gladii quam duo, non dixiſſet Dominus ſatis eſt, ſed parum eſt. Et ſi eſſent pauciores, non dixiſſet ſatis eſt, ſed nimis eſt, ex ipſis itaque uerbis Domini dicentis, ſatis eſt, datur intelligi duos gladios in Eccleſia eſſe, non plures nec pauciores.

c Certe qui in poteſtate. Hic oſtendit hos duos gladios eſſe in pt̃ate Eccleſiæ, dixerat enim in hac, id eſt in Eccleſia, eiuſque pt̃ate duos eſſe gladios, & quia probauerat duos gladios in Eccleſia, vult probare hos duos eſſe in poteſtate Eccleſiæ, ſed qa nullus dubitat ſpiritualem gladium eſſe in poteſtate Eccleſiæ, ideo dominus Papa probat hoc de gladio temporali dicens, certe qui in pt̃ate Petri tpalem gladium eſſe negat, male uerbũ attendit Dñi proferentis. Conuerte gladium tuum in uaginam. Notandum autem quod ſecundum unũ modum adaptandi duo gladii erant inter Apoſtolos, ſcd̃m hoc duo gladii ſunt in Eccleſia, quia Apoſtoli locum tenebant Eccleſiæ, vnus autem illorum erat viſibilis, quia fuit extractus, & ſignificabat gladium temporalem ſiue materialem, qa reſpicit corpora, & facit læſionem uiſibilem, alius autem ſtabat inuiſibilis, quia nun fuit extractus, & ſignificare poterit gladium ſpiritualem, q̃ ferit animas, & facit læſionem inuiſibilem. Gladiorum alter viſibilis, alter inuiſibilis. ergo ſi de gladio extracto & uiſibili, qui ſignificat gladium materialem, dixit Petro, conuerte gladium tuum in uaginam, liquide patet, q̃ gladius materialis eſt Petri, & eſt in põtate Petri, conſequens eſt igitur, q̃ uterque gladius ſit Eccleſiæ, & in pt̃ate Eccleſiæ. Notandum etiam q̃ iſtam ſniam tenet Bernardus ad Eugenium, dicẽs, Aggredere eos,

d Vterq; ergo eſt.] quia oſtẽderat utrunque gladium in Eccleſia, & vtrumque in poteſtate Eccleſiæ eſſe. Hic uult oſtendere non eodem modo utrumque gladium ad Eccleſiam pertinere, ideo ait, quod uterque eſt in pt̃ate Eccleſiæ, ſpũalis ſ. gladius & materialis non tñ eodem modo, is quidem, id eſt materialis pro Eccleſia. Ille uero, i. ſpiritualis ab Eccleſia exercendus, Ille, i. ſpiritualis, ſacerdotis manu, is, idest, materialis, manu regum & militum; ſed ad nutum & patientiam ſacerdotis. Notandum autem vtrumque gladium eſſe in Eccleſia & in pt̃ate Eccleſiæ, ſed non eodem modo, quia ſpũalis eſt in Eccleſia, & in poteſtate Eccleſiæ ad uſum, materialis uero non ad uſum, ſed ad patientiam & ad nutum. Sacerdos ergo cum ſpirituali gladio excommunicando inobedientes ferit, & eo propria manu utitur, cũ materiali uero non ferit, eo & propria manu utitur. Sed reges & milites eo dẽnt uti & ferire ſm̃ nutum & patientiam ſacerdotis, eſt. n. nutus per aliqua ſigna cognoſcere alterius uoluntatem. Reges ergo & principes uidentes per ſigna hoc expedire Eccleſiæ, debent contra rebelles & inobedientes materialem gladium exercere. Materialis itaque gladius nun ab Eccleſia, quia non manu eccleſiæ, ſed manu Regum & militum, tamen pro Eccleſia, id eſt pro vtilitate Eccleſiæ ad nutum & patientiam Eccleſiæ exercetur. Notandum et q̃ accipiendo hoc generaliter & ſpãliter poſſumus dicere, quod ad imperium & nutum Eccleſiæ materialis gladius exercetur, ad imperium generaliter, quia mandat eccleſia generaliter q̃ fiat iuſtitia. Sed ad nutum ſpãliter, quia poteſt ſpãliter innuere, etiam q̃ de iſto fiat iuſtitia. Notandum etiam quod accipiendo iuſtitiam in aliquo ſpãliter, dicitur materialis gladius exerceri ad nutum & patientiam ſacerdotis, ad nutum quidem, quia per aliqua denotat regibus & militibus, quod pro eccleſia & ad utilitatem Eccleſię materialis gladius extrahatur, ad patientiam uero, quia in hoc quod aliquis punitur in corpore, ſic Eccleſia ſuſtinet & patitur & condolet, & compatitur patienti. Notandum quod hos gladios eſſe in poteſtate Eccleſię aliter & aliter, unum ad vſum manu Eccleſiæ & ab Eccleſia, alium ad nutum & pro Eccleſia manu militis, tradit & ſcribit Bernardus ad Eugenium quartum.

d Oportet aũt gladium, &c. Poſtquam determinauit de pluralitate, pt̃ate, & uſu iſtorum gladiorum, vult determinare de eorũ ordinẽ & hoc eſt principale propoſitum, quia vt patet, principaliter intentio huiuſmodi decre.

Rom. 13.

autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſubijci poteſtati: Nam a cum dicat Apoſtolus: Nō eſt poteſtates niſi a Deo; quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt: non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Nam b ſecundum beatum Dionyſium lex diuinitatis eſt, infima per media in ſuprema reduci. Non ergo ſecundum ordinē uniuerſi omnia æque ac immediate, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tanto clarius nos fateri, quanto ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod c etiam ex decimarum datione, & benedictione, & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione, ex ipſarū rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam veritate teſtante d, ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere, ha-

decre. eſt oſtendere, quòd ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis, prout vltima concluſio manifeſte declarat: & quia ex ordine gladiorum hoc aperte patet: ideo agit de pluralitate, poteſtate, & vnitate illorum gladiorū quædā præambula. Sed agere de ordine ē ad propoſitū principale: poſſet tamē qui vellet ea ipſis præambulis rationes formare ad propoſitum principales. duo ergo facit, quia primo ponit quem ordinem habēt huiuſmodi gladij. Secundo probat quod dixerat: ibi, Nam cum dicat, dicit ergo. oportet autem gladium eſſe ſub gladio: & temporalē auctoritatem ſubijci ſpirituali poteſtati, quaſi dicat, qđ hi gladij habēt hūc ordinem, quia gladius eſt ſub gladio, cum tēporalis & materialis ſit ſub ſpirituali.

a Nam cum dicat Apoſtolus. hic probat qđ dixerat, videlicet qđ debet eſſe gladius ſub gladio. Circa qđ tria facit, quia probat hoc per Apoſtolum. Secundo per Dionyſium. Tertio ſubiungit multa media ſimul probantia propoſitum. Secunda ibi, Nam ſecū dum. Tertia ibi, Quod etiam. Dicit ergo ſecundum Apoſtolum. Non eſt poteſtas niſi a Deo: quæ autem ſunt a Deo ordinata ſunt; non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio, & tamquam inferior reduceretur per alium in ſuprema. Notandum autem quod non poteſt eſſe eſſentialis ordo inter aliqua, niſi vna ſit perfectius alio, & ubi unū magis appropinquat ad Deū, quam aliud: habet enim ſe res reſpectu Dei, ſicut vnū reſpectu vnitatis, ut innuit Dionyſius quinto de diuinis nominibus & ſicut non ſunt duo numeri eſſentialiter differentes quin vnus habeat plures vnitates q̄ alius, ſic non ſūt duæ res eſſentialiter differentes, quin vna perfectior ſit alia. Si ergo iſti gladij ſint per ſe diſtincti & ordinati oportet vnum eſſe ſub alio, & unū eſſe perfectiorē alio.

b Nam ſecundum. hic probat hoc idem per beatum Dionyſium: formetur ſic ratio. Secundum legem diuinitatis infima reducuntur in ſuprema per media: & ſecundum ordinem vniuerſi non omnia æque immediate reducuntur ad ordinem: ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinationem reducuntur, cum aut ſpiritualis poteſtas excellat terrenam poteſtatem dignitate & nobilitate, quia ſpiritualia temporalia antecedunt, illæ duæ poteſtates non æque immediate reducentur ad ordinem: ſed vna reducetur per alium, terrena per ſpiritualem. Notandum autem, quòd hæc ratio nō concludit ſolum terrenam poteſtatē eſſe ſub ſpirituali, quia temporalia communiter ſunt ſub ſpiritualibus: ſed etiam probat quod terrena poteſtas habet reduci in Deum per ſpiritualem, hoc eſt, habet dirigi & gubernari per ipſam. Notandum etiam, quod iſta ratio eſt ſumpta a Dionyſio, & eſt ad propoſitum principale, & eſt declaratio eius quod Apoſtolus dixerat, dicebatur enim per Apoſtolum, poteſtates a Deo ſunt, & ordinatæ ſunt. Cū ergo dubitari poſſet quo ordine ordinatæ ſunt poteſtates, hoc dubium ſoluit dicēs, quod oportet eas vt res aliquæ ſunt in vniuerſo ordinatas eſſe, quia infima per media, inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur.

Spiritualia antecedunt temporalia.

c Quod etiam ex decimarum datione, &c.] Hic multa media ſumit ad probandum: q̄ poteſtas terrena eſt ſub ſpirituali. Circa quod duo facit, quia primo facit quod dictum, eſt. Secundo ex dictis infert ad propoſitum multas concluſiones ibi: Nam ueritate teſtante. Dicit ergo etiam, ſupple ſic eſſe, quod terrena poteſtas ſubſit ſpirituali ca decimarum datione & benedictione, &c. Notandū eſſe hic poſita quatuor media ad propoſitū qđ terrena poteſtas ſubeſt ſpirituali. Primū mediū de decimis habet in canone. Secundū de benedictione ſiue de ſanctificatione, habetur ab Hug. de ſacramentis lib. 2. parte 2. Tertiū de poteſtatis acceptione, habet ab eodē Hug. eod. lib. & eadē parte 2. Quartū vero ex ipſarū rerū gubernatione, poteſt haberi ex uerbis Augu. 11. de tri. c. 4. Propter primum ſciendum, q̄ ſi de iure diuino laici dant decimas clericis, tota terra ſa corū eſt cenſum Eccleſię, terrena itaq; poteſtas ſecūda omnia bona terrena quæ habet eſt ſub Eccleſia. Propter ſecundum ſciendū, quod Hug. de ſacra. libro & parte præaſſignata ait, quod ſacerdotalis dignitas regalem poteſtatē ſacrat & benedicit: ſecundum Apoſtolum, qui benedicit, maior eſt. ergo quia per Eccleſiam terrena poteſtas benedicitur, ſanctificatur inungitur quidem ſi ſit inungenda, abſoluitur ſi delinquat. Sed cum inungitur, etiam abſoluitur & benedicitur & ſanctificatur: quare terrenā poteſtatem & ſpecialiter reges excellentiores propter vnctionem, & omnes Chriſtianos prout abſolutionē, oportet ſubeſſe Eccleſiæ. Propter tertium, ſciendum (vt Hug. ait lib. & par. præaſſignatis) quòd ſpiritualis poteſtas eſt maior dignitate quam terrena: quod in illo antiquo populo veteris teſtamenti declaratur manifeſte, ubi primum a Deo ſacerdotium inſtitutum eſt poſtea uero per ſacerdotium regalis poteſtas, iubente Domino ordinata eſt. potuiſſet enim Deus ſi voluiſſet per ſeipſum vocare Saulem, & dare ſibi poteſtatem regalē: ſed voluit hoc fieri per Samuelem: inſinuans poteſtatem terrenam dependere a poteſtate eccleſiaſtica, & ſibi debere eſſe ſubiectam. Propter quartum ſciēdum, q̄ Aug. 3 de trin. c. 4. vult quod totum vniuerſum quodam ordine regatur: quia corpora groſſiora reguntur per ſubtiliora, & tota corporalis creatura per ſpiritualem: ſed turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. Si ergo in toto uniuerſo corporalia reguntur per ſpiritualia, turpe eſſet ſi in genere humano, quod eſt pars vniuerſi, terrenæ poteſtates non ſubeſſent ſpiritualibus, & non regerentur per ipſas.

Poteſtas terrena ſubeſt ſpirituali.

Reges quare ſub ſunt Eccleſiæ.

Sacerdotiū præceſſit regalē poteſtatem.

Corporalia p ſpiritualia reguntur.

d Nam ueritate teſtante, &c.] hic concludit de eccleſiaſtica poteſtate plures & varias concluſiones ad propoſitum vtiles. Circa quod quatuor facit, quia primo concludit, quod ſpiritualis poteſtas poteſt terrenam poteſtatem inſtituere, iudicare, transferre, & plantare. Secundo concludit de eccleſiaſtica poteſtate quod potiſſime de ſuprema, quæ a ſolo Deo non ab homine poteſt iudicari. Tertio concludit de eadem, quomodo eſt humana, & quomodo eſt diuina. Quarto concludit etiam, quod cum illa ita ſint ordinata, quod qui Eccleſiæ poteſtati reſiſtit, Dei ordina-

bet & iudicare, ſi bona non fuerit, ſic de Eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificatur vaticinium Hieremiæ, Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, & cętera quæ ſequuntur. Ergo[a] ſi deuiat terrena poteſtas iudicabitur a poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis minor, à ſuo ſuperiori. Si vero ſuprema a ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari, teſtante Apoſtolo; Spiritualis homo iudicat omnia, ipſe autẽm à nemine iudicatur. Eſt autem [b] hæc auctoritas (& ſi data ſit homini, & exerceatur per hominem) non humana, ſed potius diuina ore diuino Petro data, ſibique ſuiſque ſucceſſoribus in ipſo, quem confeſſus fuit petra firmata, dicente Domino ipſi Petro, Quodcumque ligaueris, & cætera. Quicumque [c] igitur huic poteſtati a Deo ſic ordinatæ, reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, niſi duo (ſicut Manichæus) fingat eſſe principia: quod falſum & hæreticum iudicamus: quia teſte

Hier. 2.

tioni reſiſtit, & ꝙ non põt quis eccleſiæ poteſtati reſiſtere cum ſalute, niſi duo aſſerat principia, vt Manichæus errans poſuit, quod ſcriptura ſacra veritatem aſſerens, negat & delirat. Secunda ibi, Ergo ſi deuiat. Tertia ibi, Eſt autem. Quarta ibi, Quicunq; igitur. Continentur ergo ſic; Benedictum eſt ꝙ poteſtas eccleſiaſtica poteſtatẽ terrenã benedicit, ſanctificat, & ab ea poteſtas terrena poteſtatem accipit. Nam veritate atteſtante, i. canone Bibliæ aſſerẽte, ſpiritualis poteſtas terrenã poteſtatẽ inſtituere hẽt, & ſupple, ſi habet eam inſtituere, hẽt eam iudicare, ſi bona non fuerit, q̃a cuius eſt cõdere, eius eſt deſtruere, & quia etiam quãtum ad terrenã poteſtatem habet eam inſtituere, & ſi nõ bona fuerit, habet eã iudicare & deſtituere ſic. n. ſecũdũ hũc modũ de eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate verificet vaticiniũ Hieremiæ, Ecce conſtitui te hodie, i. a die qua formam ẽ Eccleſia ſopar gentes & regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes ea deſtituendo: ędifices & plantes ea inſtituendo. Notandum autem, quod dicit, veritate teſtãte, ſpiritualis poteſtas terrenam inſtituere habet quia vt patet ex veteri lege & ex Canone Bibliæ: primum a Deo ſacerdotium inſtitutum eſt: & poſt iubente Domino per ſacerdotium regalis poteſtas ordinata eſt.

a Ergo ſi deuiat, &c.] hic ponit conclutionem ſecundam de eccleſiaſtica poteſtate, & potiſſime de ſuprema, quaſi deuiat, à Deo ſolo poterit iudicari. Continentur ergo ſic, Dictum eſt, ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabitur a poteſtate ſpirituali: ſed ſi deuiat ſpiritualis minor, iudicabitur a ſuo ſuperiori; ſi vero ſuprema ſpiritualis poteſtas deuiat, a ſolo Deo, non ab homine poterit iudicari, teſtante Apoſtolo. Spiritualis homo iudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. Notandum autem quod ille eſt ſpiritualis homo, qui habet ſanam mentem & ſanum iudicium, ſicut ille eſt ſanus corporaliter, qui habet ſanum guſtum & habet ſanum iudicium de ſaporibus, ſic & ille eſt ſpiritualiter ſanus, qui habet ſanam mentem, & habet ſanum & rectum iudicium de agibilibus ſicut ergo ſolus ille, qui eſt ſanus corporaliter, poteſt recte alia corporalia iudicare: ſic ſolus ille, qui eſt ſpiritualis poteſt de omnibus iudicare tam de ſpiritualibus, quam de corporalibus: quia corporalia ſub ſpiritualibus continentur. Notandum etiam, quod idem eſt eſſe ſpiritualẽ & ſanũ ſpiritualiter, quia quicũq; eſt de ſpiritualibus, habet ſanã mentẽ, & habet rectũ iudicũ de rebus. Notandum ẽt ꝙ ſicut habẽs guſtũ infectũ male iudicat de ſaporibus, & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur: quia ſi habet guſtum infectum cholera, etiã dulce iudicabit amarum: ſic habens mentem infectam, habet prauum iudicium de agibilibus & in ſuo iudicio ab omnibus iudicatur & reprehenditur, quia iudicabit eſſe faciendũ, quod non eſt faciendum, iuxta illud.

Dicit amor cęcus, dedecus eſſe decus.

Itaque ſpiritualis homo, & habens ſanam mentem iudicat oĩa, & ipſe à nemine iudicatur: quia in ſuo iudicio a nemine reprehenditur. Notandũ ẽt, ꝙ duplex eſt ſpiritualitas, perſonalis, & ſecundum ſtatum: & duplex eſt iudicium, ſiue duplex eſt correctio, auctoritatiua, & fraterna [1]. Itaq; ſpiritualis perſonaliter omnes iudicat: q̃a omnes male agentes poteſt corrigere correctione fraterna, & ipſe a nemine iudicatur, quia ſi eſt ſpiritualis bonus & ſanctus, nil agit de quo poſſit iudicari vel reprehendi. Eſt autem alia ſpiritualis ſecundũ ſtatum, q̃ eſt in ſtatu ſanctiſſimo & ſpiritualiſſimo, & in hoc ſtatu eſt ſolus ſummus Pontifex, ideoq; quilibet eũ nominat & nominare dẽt ſanctiſſimũ patrẽ. Iſte omnia iudicat etiam auctoritate quia ſup omnes auctoritatem habet, & ipſe a nemine iudicat, quia nullus habet auctoritatẽ ſuper ipſum; perſonaliter ergo poſſunt eſſe, & forte ſunt multi ſanctiores Papa, & ſpiritualiores eo, ſed ſecũdum ſtatum nullus eſt ita ſpiritualis nec ita ſanctus, & q̃a auctoritatiue iudicare reſpicit ſpiritualitatẽ & ſanctitatem ſecundum ſtatum: ideo auctoritatiue ipſe ſolus eſt ille ſpiritualis homo qui iudicat omnia & ipſe a nemine iudicatur.

b Eſt autem hæc auctoritas, &c.] hic ponit concluſionẽ tertiam de eccleſiaſtica poteſtate, oſtendens quomodo ſit humana, & quomodo non humana, vel oſtendit quomodo ſit humana, & quomodo diuina. eſt enim humana, q̃a data eſt homini, & eſt humana, q̃a ſic exercetur p hoiem: ſi nõ eſt humana, quia ſit data ab hoie: ſed potius eſt poteſtas diuina, quia data a Deo, oẽ de ore diuino Petro eſt data ſibi, ſuiſq; ſucceſſoribus. Eſt etiam hæc auctoritas diuina, firmata in ipſo Chriſto petra, quam Petrus confeſſus fuit dicente Domino ipſi Petro, Quodcũq; ligaueris, &c littera patet quidẽ. Notandum aũt ꝙ hæc auctoritas dupliciter eſt humana, & dupliciter diuina. Et autem humana, quia exercetur p hoiem, Sed eſt diuina, quia eſt data a Chriſto, qui erat Deus: & eſt diuina, quia firmata eſt in petra firma in Chriſto q erat verus Deus. Notandum etiã, ꝙ omnia iſta quatuor poſſunt haberi ex Euangelio: Nã quod ſit humana, quæ data eſt homini, habetur ex Euangelio, ubi dr̃, Tibi dabo, &c. ꝙ ẽt ſit humana, quia exercetur ab homine: patet ex Euangelio, dum dr̃. Quodcunq; ligaueris, &c. Quod ſit diuina, quia data a Deo: patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus, qui erat Deus loquebatur q̃ dixit. Tibi dabo. & ꝙ ſit diuina, quia fundata in eo, patet ex Euangelio, quia ipſe Chriſtus qui erat Deus loquebatur eam dixit, Super hanc petram. i. ſuper meipſum, qui ſum petra, & quia ſignificor per petram ædificabo eccleſiã meam.

c Quicunq; igitur, &c.] hic ponit concluſionem quartam de eccleſiaſtica poteſtate dicens, Quicunque igitur huic poteſtati, ſupple, eccleſiaſticæ a Deo ſic ordinatæ reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & ſupple, non põt eſſe in ſtatu ſalutis, niſi forte fingat duo principia & duos Deos, ſicut fecit Manichæus hæreticus, quod dictum falſum & hæreticum iudicamus, quia teſtante Moyſe, non in principiis, ſed in principio cœlum Deus creauit & terram. Notandum autem, ꝙ Deus patet ſecundã vnum modũ exponendi, q̃ ẽ tangit Aug. ſuper Gen. in principio eſt, in filio creauit, &c. Et quia pater & filius nõ ſunt duo principia, ſed vnum principium, immo quia totalis

Spiritualis quilibet ſanã mentem habet.

Spiritualitas eſt duplex.

1 Al. ſuperna.

Papa ſanctiores multi poſſunt eſſe.

Auctoritas Papæ eſt humana & diuina.

In principio & nõ in principiis Deus cęlũ creauit & terram.

Tunitas,

Digitized by Google

ſtante Moyſe, Nō in principiis, ſed in principio cœlum Deus creauit & terram.

¶ Porro ſubeſſe Romano Pōtifici omni † humanæ creaturæ declaramus, dicimus, diffinimus, & pronuntiamus omnino eſſe de neceſſitate ſalutis. Datum Lateranen. Pontificatus noſtri anno octauo.

Ioannes xxij.

Prælati non diſcurrant præſertim habitu transformato, qui ſi ad curiam venerint, inde recedere non debent ſine Papæ licentia alias & ipſi receptantes illos excommunicati ſunt.

CAP. II.

VT prælatorum incepta diſcurſibus grauitas, & ſimplicitas ſimulationibus obuiatur, & ipſorum ad Chriſti vicariū indeuotio, religioſitati quippe contraria, non immerito arguenda, cum reuerentiā illorum ſanctitas, lucē puritas, firmoſq; maturitas poſcat greſſus, vt ſint uita mundi, fama clari, proficuique reddantur exemplo. Verum quia ipſorum quo-

Trinitas, pater & filius ſpiritus ſanctus, relatiue ad creaturam non ſunt plura principia, ſed vnum principium, vt dicit Aug. 4. de tri. c. 13. ideo nō in principiis ſed in principio cœlum Deus creauit & terram. Nō ſequitur, ꝙ ſi eſſent duo Dij, poſſunt eſſe plura capita in regimine humani generis,

Gen. 1.

& unū caput poſſet referri in vnū Deū, & aliud in aliū Deū: Sed cū hoc ſit falſū & hæreticum, ſicut non eſt niſi vnus Deus & unus Dei filius Ieſus Chriſtus, ita Eccleſia no habet niſi vnum caput & unum principalem uicarium Ieſu Chriſti, cui ſubeſſe ē de neceſſitate ſalutis.

† al. ita ōem humanam creaturam.

Eccleſia uni cum caput habet.

a Porro ſubeſſe Romano Pontifici. Hic ponit concluſionem ſuor modis inueſtigatam, & ēt illatam ab omnibus antedictis. Continuetur autem ſic, quia ex conditionibus quibuſdam generalibus competentibus Eccleſiæ: & quia ex quibuſdam adaptationibus ſpiritualibus adaptatis Eccleſiæ, & tertio, quia ex ipſis gladiis, qui ſunt in Eccleſia, patet quod tenemur ſubeſſe Romano Pontifici porro, id eſt, certe, quia ſic eſt: Ideo omnibus his conſideratis declaramus, dicimus, & diffinimus oīno eſſe de neceſſitate ſalutis omni humanæ creaturæ ſubeſſe ſummo Pontifici. Notandum autem, ꝙ ait dominus Papa ſe declarare dicere, & diffinire omnino, ꝙ ſibi ſubeſſe eſt de neceſſitate ſalutis, &c. quæ ſūt ſic adaptata, concludamus, ꝙ ſubeſſe ſummo Pontifici eſt de neceſſitate ſalutis, declaramus, ſi conſideramus conditiones generales, ſuppoſitas competentes Eccleſiæ, dicimus, ſi conſideremus adaptationes ſpāles adaptatas Eccleſiæ, & hoc diffinimus, ſi conſideramus ipſius gladios, qui ſunt in Eccleſia, & oīno, id eſt penitus, vel oīno, id eſt prædictis omnibus conſideratis, pronuntiamus ſic eſt eſſe. Et hæc de expoſitione præſentis decretalis editæ a ſanctiſſimo patre & domino, domino Bonifacio diuina prouidentia Papa, octauo, dicta ſufficiant, ſc. Mona.

Papæ ſubeē eſt de neceſſitate ſalutis.

ADDITIO. Quæro vtrum poteſtas ſpūalis debeat dominari temporali. Et videtur ꝙ non, quia iuriſdictiones ſūt diſtinctæ, vt in autn. quo opor. epi. in prin. coll. 1. de conſec. diſt. 5. celebritatem, in fin. Non ergo Papa debet ſe intromittere de poteſtate temporali, ſed debet tēporalia dimittere Imperatori, Regibus, & aliis dominis temporalibus 8. diſt. quo iure, arg. extra qui filii ſint leg. c. lator, &c. cauſam, alias poneret falcem ſuam in meſſem alienam, ſup. de elec. c. venerabilem, quod non eſt faciendum, 6. q. 3. c. 1. præterea ſecundum, Hug. Imperator a ſolo Deo hēt poteſtatem in temporalibus, Papa in ſpūalibus & ſic iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, vt dicunt primæ concordantiæ. Et licet coronam recipiat a papa, gladium tamen ab altari. 93. d. legimus, & ēt ante fuit imperium quā Apoſtolatus. Præterea poteſtas ſpūalis indiget tpali multoties, 23. q. 5. adminiſtratores, ergo non dominatur ei. Præterea ſi poteſtas ſpūalis dominaretur tēporali, haberet dominium temporalium. Sed dominiū earundem rerum nō poteſt eſſe ſimul & ſemel in ſolidū eodem tempore apud plures, ff. commo. l. ſi ut certo, §. ſi duobus vehiculum, ergo nullus alter haberet dominiū, quod eſt falſum, ergo, &c.

Additio dñi Petri Bertrādi

Contrarium videtur, Chriſtus cōmiſit ſummo Pontifici vices ſuas, vt habeatur Matth. 16. c. & 24. q. 1. quodcūque. Sed Chriſto data erat omnis poteſtas in cœlo, & in terra, Matth. 28. ergo ſummus Pontifex, qui eſt eius vicarius habebit hanc poteſtatem, extra de tranſla. c. quanto.

Reſpondeo & dico, ꝙ poteſtas ſpiritualis debet dominari omni creaturæ humanæ per rationes, quas Hoſt. inducit in ſumma, qui fil. ſint leg. § qualiter, & a quo. Item quia ſemper Chriſtus filius Dei dum fuit in hoc mundo, & etiam ab æterno naturalis Dñs fuit, & de iure naturali in imperatorē, & quoſcunque alios depoſitionis ſententias ferre potuiſſet & damnationis, & qualeſcunque alias. vt pote in perſonas, quas creauerat & donis naturalibus & gratuitis dotauerat, & etiam conſeruabat. Et eadem ratione & vicarius eius poteſt. Nā nō videretur Dñs diſcretus fuiſſe (vt cum reuerentia eius loquar) niſi vnicum poſt ſe talem uicarium reliquiſſet qui hæc omnia poſſet. Fuit autem iſte uicarius eius Petrus, Matth. 15. vltra medium. Et idem dicendum eſt de ſucceſſoribus Petri, cum eadem abſurditas ſequeretur, ſi poſt mortem Petri humanam naturam a ſe creatam ſine regimine vnius perſonæ reliquiſſet, & argumen. ad hoc ſu. qui filii ſint leg. per venerabilem, ultra medium, de hoc no. Inno. ſu. de ſo. comp. c. licet. Et iō dominus Bonifacius 8. motus aliis efficacibus rationibus & exemplis & auctoritatibus ſacræ ſcripturæ, declarauit, dixit, & diffiniuit ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam eſſe de neceſſitate ſalutis, ut in Extrauag. vnam ſanctam, quæ hic de verbo ad uerbum poſita eſt, cum gl. domini Ioan. Mo. qui plene declarat hanc quæſtionem.

Iuriſdictio ſpiritualis omnes creaturas humanas antecedit.

Ad argumenta in contrarium reſpondeo. Ad primū cum dicitur, quod iuriſdictiones ſunt diſtinctæ, &c. dicit Hoſt. ſic, Ego iuriſdictiones aſſero, & vtramque a Deo proceſſiſſe, vt dicta auth. quomo. opor. epi. tamen quanto altera magis Deo appropinquat, tanto maior. Ergo ſacerdotium maius, quod probatur ex ordine ſcripturæ dictæ authen. Et ſic intellige quod non multum diſcrepant ſacerdotium, & imperium, ut authent. de non alie. aut permut. rebus eccleſiæ § ſi minus coll. 2. Non multum diſcrepant quo ad principium, unde procedunt: ſed multum diſcrepant quo ad maioritatem. Inde eſt quòd caput epiſcopi inungitur, ſed armus regis, & epiſcopus chriſmate, rex oleo, ut ſciatur ꝙ epiſcopus eſt vicarius capitis noſtri, id eſt Ieſu Chriſti, & ut oſtendatur quanta ſit differentia inter auctoritatem Pontificis & principis poteſtatem, extra de ſacra unc. c. 1. ver. unde in veteri teſtamento. Et eodem modo reſpondetur ad ſecundam oppoſitionem. Et quod dicitur ante fuiſſe imperium quam Apoſtolatum, hoc non facit ad propoſitum, quia poteſtas non ratione temporis dicitur maior, ſed potius ratione dignitatis. Nam & ſi Andreas primus venit ad fidem, cum Petrus prælatus eſt, tamen Petrus Andreæ, cum in Apoſtolorum catalogo ſemper primas quaſi præcipuus præmittatur, non quod Petrus

rundem (vt fide dignorũ habet aſſertio) cò vana prorupit, interdum ne dixerimus pernicioſa temeritas. quod (veſtibus ſpiritualib. ſanctitatis abiectis, diſſimulato habitu) ad remotas a ſuis ſedibus partes ſe transferũt. Qui nimmo ad ſedem Apoſtolicam clanculo nobis nõ viſis nec inſinuato† quod venerint, ueniſſe, lautaſſe diſceſſiſſeq; dicãtur, Nos ne tacentibus nobis non præciſus huiuſmodi mos inualeat, dum prouidum creditur, quod incautum, licitum, quod impune, Omnib. epiſcopis ſuperioribuſq; prælatis ſub obteſtatiõe diuini iudicii inhibemus, ne abſque rõnabili cauſa, timoris forte vel alia, extra ſuarum ciuitatis, & diœceſis ac prouinciarum (mutatis habitibus) limites indiſcrete diſcurrant. Inhibemus etiam ne qui epiſcoporum & ſuperiorum ipſorum latenter (præſertim habitu transformato) venientes ad curiam, de ipſa (Romani Pontificis non præſentati conſpectibus uel ſaltem ab eo recedendi licentia non obtenta) recedãt. Si qui vero epiſcoporum & ſuperiorum huiuſmodi noſtræ inhibitionis cõtradictores extiterint, & abſq; ipſius Romani Põtificis recedendi licentia conceſſa, eoque non uiſo receſſerint ab eadem, nec non ſi qui ſcienter receptauerint antedictos, niſi id confeſtim eidem Romano Pontifici, uel alicui per quem hoc ipſum ad eius crediderint deduci notitiam, manifeſtare curauerint (etiam ſi epiſcopali, archiepiſcopali, patriarchali, uel quauis alia dignitate præfulgeat) eos excommunicationis ſententia innodamus.

Ioannes xxij.

¶ Prælati ad curiam non debent more uectiue latenter venire, nec inde ſine Papali licentia recedere. alias infideles iudicantur & ſententia excommunicationis ligantur.

CAP III.

ET ſi deceat quoslibet ſubditorum curam exercere ſolicite, & per omnia uelut lucis

---

ſi potior tempore, ſed potior dignitate.

Ad tertium argumentum dico quòd licet, vt ſupra dictũ eſt, omnis humana creatura ſubſit Papæ, & ſic poteſtati ſpirituali: non tamen ſequitur quòd habeat dominium omnium rerum temporalium.

Ad cuius declarationem ſciendum eſt, quod eſt duplex dñium. Eſt enim quoddam dñium iure diuino, quoddam aliud iure humano, 8 diſt. quo iure. Diuinũ dominium eſt illud, quod eſt apud Deum ſuper omnem creaturam, ipſe enim Deus creator eſt omnium vniuerſorũ, qui enim manet in æternũ. creauit omnia ſimul. Item in Geñ c. 1. In principio creauit Deus cœlũ & terrã. Et vide de hoc quod legitur & no. ſu. de ſũ. tri. & fide catho. c. 1. Iſto dñio Dñi eſt terra, & plenitudo eius in pſ. ſu. de deci. cap. tua nobis, & dicto c. quo iure. Iſtud dñiũ eſt uerũ dñium, ſimplex & abſolutũ, & vnus eſt dñs omniũ Creaturarũ Deus. Et ideo proprie loquendo omnes creaturæ, proprietates, res & poſſeſſiones, & bona alia, in nullius bonis ſunt vere, abſolute, & proprie, niſi Dei. Circa quod dominium dicit Hoſt. ſu. de vo. & uo. redemp. c. quod ſup. in magna glo. ver. mihi tamen videtur ſic, quod aduentu Chriſti omnis honor, & omnes principatus, & omne dñium & iuriſdictio de iure, & ex cauſa iuſta per illũ, qui ſupremã manũ hẽt, nec errare põt, ab infidelibus ſubtracta fuerunt, & ad fideles trãslata. Quod hoc iuſta cã fuerit, probatur Eccl. 10. Regnũ de gẽte in gẽtẽ transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cõtumelias, & diuerſos dolos. Quod hoc factum ſit, cõprobatur. ſu. de conſti. c. translato. & hoc in perſonam Chriſti filii Dei viui, qui non ſolum ſacerdos fuit, ſed & rex. Lucæ, 1. Ecce concipies in vtero, &c. vſque & regni eius non erit finis, vnde & ipſe dixit Matth. 2. Auferetur a uobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius. Hunc autem regni & ſacerdotii principatum perpetuum commiſit filius Dei Petro & ſucceſſoribus eius, vt patet in eo quod legitur & not. l. b. 6 de homi. cap. pro humani, & ſu. qui filii ſunt legit. per venerabilem, & ratione bus per totum & maxime 10 vet. ſiu. Et de tali dominio dico, quod omnis temporalis poteſtas eſt ſubiecta ſpirituali, & debet poteſtas ſpiritualis poteſtati temporali dominari.

Aliud eſt dñium quod ſecundum legiſtas vocatur legale dominium: & ita nominat Accur. ff. de verb. ſig. l. recte, ſecundum vero canoniſtas vocatur humanum, vt in dicto c. quo iure. De iſto legali vel humano dominio dicit Iuriſ. ſic, quod eius iuris eſt, quod ad aliquem ſpectat vel ſequitur de iure naturali, vt ſunt dñia, obligationes, & huiuſmodi & e Innoc. exponit, quod rerum dñia & obligationes ſunt de iure naturali, id eſt, de iure gentium. Non aũt a iure ciuili vel Imperatore, vt actiones, ff. de iuſt. & iu. l. ex hoc iure. Inſti. de rerum di. ſ. ferae, ita no. Inno. de conſti. c. quã in eccleſiarum, & Com. poſt dicit ibidem, quod a iure gẽtium deſcendunt dominia, ſed per leges principũ diſtinguuntur modi, per quos rerũ dominia acquiruntur ff. de acqui. rerum do. per totum & inſti. de diu. per totũ. Et de hoc intelligitur quod legitur 6 diſ. quo iure, ut concordãt in hoc quod dominia ſunt de iure gẽtium. Verũ mihi quod dominium rerum legale vel humanũ fuit a Deo collatũ humanæ creaturæ, & non fuit ab initio introductum iure gentiũ, vel ciuili. Nam Deus omnia quæ creauit, fecit propter rationalem creaturam, & omnia ſubiecit rationali creaturæ. Gẽ. c. 1. & ſic relevato libro in uerſali & vero dominio oĩum creaturarum, humanæ dominium recte conceſſit ab initio humanæ creaturæ quo ad vſum, quod vt intelligit Accurſius. C. de iure dotium rebus, ſup. verbo naturaliter, vbi dicit quòd iure primæuo non diſtinguebantur dominia, niſi quantum ad uſũ &c. unde añ ius gẽtiũ omnia fuerunt communia quouſque iure gentium vitiis primorum parentum introductum fuit, quod terras diuiderent, & limitarentur, & appropriarent, vt vnuſquiſque quod ſuum eſſet, teneret. Vnde lex dicit, quod iure gentium dominia ſunt diſtincta, non dicit introducta, vt dicta l. ff. de iuſt. & iu. l. ex hoc iure. Cum ergo iure gentium diuidantur dominia, ſequitur quod ante diuiſionem erant dominia communia, argu. ff. comm. diui. l. 4. circa prin. cum ibi notatis. vnde ex conceſſione diuina vniuerſalis dominii rerum cauſatur quoddam dominiũ legale vel humanũ, quod reſpectu ueri dominii diuini nõ dicitur dominium, ſed in ſe conſideratum dicitur verũ. Illud uero dominiũ legale uel

Dñi im... eſt ... na, lex.

† al. intimato.

Chriſtus fuit ſacerdos & rex.

Dñiũ legale vel humanũ quale eſt: & an fuerit ab initio introductum.

filios ambulare: hoc tamen præcipue ab ipſis exigitur, qui conſtituti per altitudinem dignitatis vt in ſpecula, circa commiſſas ſibi plebes paſtorum ſimul & cuſtodum partes implere tenentur, & coram ipſis laudabilium operum exemplo lucere. Ad noſtrum ſane peruenit auditum, quod nonnulli pontificali prӕditi dignitate, gregum ſuorū cuſtodiam negligētes, & adhorrentes lucem tamquam filij tenebrarum, non verētur ſe ab ouium ſuarum cura, mercenarij more, tempore lōgo ſubducere, & pontificali dignitate reiecta, non erubeſcunt vagari per deuia ſub habitibus transformatis, ac contempto debendo paribus & ſuperioribus honore præcepto, ſic abiecti & indecori interdum ad ſedem Apoſtolicam clāculo declinare præſumunt, vbi more noctuæ cuius intuitum nox illuminat, excæcat, de die latentes, horis tenebrarum, quos ſuis arbitrantur conformari deſideriis viſitant, ſuos eis euomentes conceptus iniquos, & conſpirationes forſan illicitas aduerſus nos & alios pertractantes, & demum abinde (non abſque notabili ſedis prӕdictæ contemptu) reuerentia tam conſueta quā debita non exhibita Romano Pontifici, & nec ab ipſo petita licentia, nec obtenta, recedunt.

Nos igitur & ipſius ſedis honori in hac parte proſpicere, ac talium inſolentiis finē imponere cupientes, de fratrum noſtrorum conſilio generali prohibemus edicto, ne de cętero præſul aliquis ſine ſui ſuperioris licētia, niſi pro negotijs Eccleſię ſibi cōmiſſę, extra ſuam diœceſim audeat pernoctare: pariter ſtatuentes, vt quicunque Pontifex ad Romanam curiam veniens, Papale palatium primitus viſitet, ad Papam ſi hoc patiatur temporis opportunitas intraturus, ac reuerentiam conſuetam debitam exhibiturus eidem: nullatenus receſſurus à curia, niſi ab ipſo ſuper hoc petita licentia & obtenta. Quod ſi ſecus quoquam ſuper his fuerit attētatum, nos quoſcunque prælatos quāuis etiam patriarchali dignitate fulgentes, ſic ad ſedem accedentes necnō quolibet alio, qui tales apud ſedem ipſam receptare præſumpſerint, niſi ante receptionem huiuſmodi eidem Romano Pontifici ſignificauerint aduentum illorum: decernimus eo ipſo pœna infidelitatis incurrere ac excommunicationis ſententiæ ſubiacere. Nulli ergo, &c.

De tregua & pace.

Sixtus quartus.

Sixtus Papa volens diſcordiam ex pragmatica ſanctione ſubortam ſedare, ordinarijs regni Franciæ ad conferenda beneficia ſex menſes concedit. Facultatem concedendi ſex gratias ſibi retinet. Beneficia Cardinalium, & eorum qui Cardinalibus ſunt familiares in regno Franciæ exiſtentia, ſuæ diſpoſitioni vſque ad certum tempus reſeruat. De beneficiis promouendorum quid fieri debet, oſtendit. Cauſas beneficiales in prima inſtantia vult in partibus terminari, in quibus ante diffinitiuam ſententiam (niſi in vno caſu) vult appellari. Quid de cauſis in curia pendentibus faciendum ſit, narrat. Si autem eadem cauſa in diuerſis curiis diuerſis reſpectibus tractatur, quonam pacto terminanda ſit, hic recitatur. Taxas beneficiorum editas à Ioanne xxii. ſeruandas cenſet. Tandem tempus ponit, intra quod vult iſta acceptari & ſeruari.

vel humanum prout erat in communi, nō debet dici iuris gentium, ſed diuini: Prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur hoc dominium ſic conſideratum eſt iuris gētium. Et tale dñium non eſt apud Papam tantum, ſed apud oēs, qui iuſte acquirunt: & ex quo ſemel acq̃ſitum eſt nō licet Papę vel alicui alteri auferre, vel occupare ſine iuſta cā, quia eſſet contra ius naturale diuinum, quo vnicuiq; dictum eſt: Ne facias alteri, quod ſibi non vult fieri, vt in prin. decre totum. Et Dominus dicit in Euāgelio: Ne tranſgrediaris termi nos antiquos, quos poſuerūt patres tui, 9. q. 2. nullus alter⁹, faciat ad hoc C. de condicti. l. ſi quis li. 12. Et hoc intelligo ſine cauſa, quia ex iuſta cā poſſet aliquis priuari ab homine, vel à iure tali dominio, ff. de relig. & ſump. fun. l. ſi quis ſepulchrum, C. pro quib. cau. ſer. li. acci per totum, & ff. & C. de bo. dam. per totum. Vnde per hoc reſpondetur ad arg. q̄ quātum ad humanā creaturam illa ſubeſt ſpirituali poteſtati ſicut dictum eſt. Sed dñia rerum aliarum ſunt apud ſingulosq; iuſte acquirunt: verum eſt de dominio legali vel humano, ſed diuinum dñium eſt apud Deum. Nec eſt contradictio, diuerſis reſpectib. accepto dominio.

Dñ ũ rei an poſſit dño ſuo tolli.

Noctua nocte videt, lex hunc excæcat ocellos.

A illa iura communia, quę dicunt q̄ Imperator eſt dominus mundi, ff. ad leg. Rhod. l. de precatio. reſponde vt no. C. de quadrie preſc. l. bene à Zenone. Petrus Bertrandi.

AD vniuerſalis.

a Ad regimen. hęc habetur infra ſub tit. de præben.
b Execrabilis. iſta habetur infra ſub tit. de præb. cum glo. Gulielmi de Monte Lauduno, & ẽt inter xx. Ioãnis. xxii. cum gl. domini Zẽzelini ſub. eo. t. de præb.

Diſcordia eſt extinguẽ & pax conſeruanda.

CAP. I.

AD vniuerſalis Eccleſiæ regimen diuina diſponente clementia, vocatis, inter alia pro commiſſorum populorum votiua dilectione nil occurrit præſtantius: quam exortainter perſonas eccleſiaſticas (principis tenebrarũ aſtutia,) diſcordiarum fomenta per noſtræ ſollicitudinis occurſum protinus extinguere, vt cuiuſuis altercationis ſalubriter euulſis ſeminibus, pacis & tranquillitatis dulcedinem inter creditos nobis populos (diuina nobis aſſiſtente gratia) imponere & conſeruare valeamus. Cupientes itaque, vt ſuſcitata retroactis tẽporibus diſcordia (proh dolor) in regno Franciæ, Delphinatu, aliiſque terris & dominij clariſſimi in Chriſti filii noſtri Ludouici Francorum regis illuſtris, inter nonnullas ex eiſdem perſonas occaſione cuiuſdam conſtitutionis, quæ in eodem regno diutius inoleuit, quam perſonæ prædictæ pragmaticam ſanctionem vocant, ne ſi (quod abſit) maiora fomenta ſumeret damna pariter, & grauiora ſcandala, periculaque ſubſequerentur, fine debito claudatur & totaliter ſecludatur: Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia de fratrum noſtrorum conſilio omnibus & ſingulis prælatis, & aliis perſonis eccleſiaſticis regni, Delphinatus, terrarum & dominiorum eorundem, ad quos dignitatũ aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum, terrarum & diminiorum eorundem collatio, prouiſio, præſentatio, electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet, de quibuſuis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, necnon aliis beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura, ſecularibus & regularibus ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus: quæ deinceps in Februarij, Aprilis, Iunij, Auguſti Octobris, & Decembris mẽſibus futuris perpetuis temporibus vacare contigerit (dummodo diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua generali reſeruatione in corpore iuris clauſa, aut per alterã ex conſtitutionibus felicium recordationum Benedicti xiij. quæ incipit: Ad regimen [a], aut Io. xxij Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorũ, quæ incipit: Execrabilis. [b] ſeu cõſtitutiones & regulas cancellariç Apoſtolicæ per nos ſuper hoc editas reſeruata generaliter nõ exiſtant perinde ac ſi aliquę à ſede Apoſtolica vel eius legãtis expectatiuę literæ non emanaſſent, libere diſponẽdi facultatẽ cõcedimus per præſentes. Et quia iſti ſummi Pontifices prædeceſſores noſtri cõſueuerunt ſe in cõceſſionibus gratiarum expectatiuarum † pſonis benemeritis exhibere liberales, noſtræ intentionis exiſtit concedere in regno Delphinatu, terris & dominijs regni huiuſmodi vltra gratias expectatiuas per nos in eiſdẽ regno, Delphinatu, terris, & dominijs conceſſis quibus in aliquo præiudicare non intendimus per præſentes, quaſque in ſuo robore permanere volmus ſex perſonis idoneis regnicolis, ſex alias gratias expectetiuas ad quamlibet collationem, prouiſionem, pręſentationem ſeu quamuis aliam dipſitionem ſingulorũ ex prælatis & alijs perſonis prędictis. Ex quibuſquidem ſex gratijs duę gratię expectatiuę concedimus duobus clericis regnicolis idoneis, pro quibus rex ipſe chariſſima in Chriſto filia noſtra regina, ac dilectus filius nobilis vir Delphinus Vien. necnon magiſtri & pręſidẽtes, ac alij officiarij in aliqua ex parlamentis regis eiuſdem regni nobis ſuper hoc vnanimiter ſupplicabũt: qui duo nominati per regem & regnum, magiſtros præſidentes, & officiarios prælatos gaudeant prærogatiuis ad inſtar familiarium noſtrorum continuorum commenſalium. Ipſiſque ſex gratijs conſumptis, alias ſex gratias ſimiles alijs ſex gratijs perſonis idoneis modo & forma præmiſſis concedere intendimus.

† Gratia ſexpectatiuas & mãdata de prouidẽdo nemini amplius concedi decreuit cõcilium Trid. ſ. 24 de reformatione capit. 19.

Volumus autem ac eiſdem auctoritate & tenore præſentium decernimus & declaramus beneficia, quę venerabiliũ fratrũ noſtrorum ſanctę Romanę Eccleſię Cardinaliũ familiares, continui commenſales eorum familiaritate durante in regno, Delphinatu, terris & dominijs præfatis obtinent, & in poſterum obtinebunt, diſpoſitioni Apoſtolicæ in poſterum cenſeri reſeruata, quamdiu duntaxat Cardinales præfati vitam duxerint in humanis, ac poſt obitum eorundem Cardinalium per ſex annos continue ſequentes: Quibus quidẽ ſex annis elapſis, alii ad quos eorundem beneficiorum collatio, prouiſio, præſentatio, electio ſeu quæuis alia diſpoſitio alias pertinet de beneficiis familiarium huiuſmodi in regno, Delphinatu, terris & dominijs, præfatis conſentibus, in

prædictis menſibus, diſponere valeant, huiuſmodi reſeruatione non obſtante.

Concedimus etiam quod beneficiorum, quæ promouendi per nos ad dignitates ſeu beneficia conſiſtorialia ipſarum prouiſionũ per nos de eorum perſonis faciendarum ob tinebunt ac in quibus, & ad quæ ius eis quo modolibet competit ac competere poterit, per promotiones ad dignitates & alia beneficia conſiſtorialia prædicta, ac munus conſecrationis eiſdem promouendis impediendum, ſeu lapſum temporis de conſecrandis epiſcopis a ſacris canonibus definiti vacaturorum, ſi promotiones ipſæ in aliquo ex ſupradictis menſibus fiant, niſi beneficia ipſa eſſent alias diſpoſitioni Apoſtolicæ (vt præfertur) reſeruata, ad prælatos & perſonas ſupradictas: Si vero in aliis menſibus promotiones eiſdem fieri contingat, ad nos & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros collatio, prouiſio, & omnimoda diſpoſitio pertineat.

Et quoniam ſedis Apoſtolicæ notariorum magnus reperitur numerus, eorumdem notariorum, qui habitum per eiuſdem ſedis notarios geſtari ſolitum publice & continue geſtant, & in poſterum geſtabũt beneficia in eiuſdem regno, Delphinatu, & terris conſiſtentia dumtaxat cenſeantur reſeruata: quodque † omnes & ſingulæ cauſæ beneficiales in partibus coram iudicibus competentibus vſque ad diffinitiuam incluſiue in prima dumtaxat inſtantia, in qua nulli ante diffinitiuam liceat appellare, nec appellatio (ſi fuerit emiſſa) debeat admitti, niſi ab interlocutoria vel a grauamine negotium principale minime concernente, quod non poſſit per appellationem a diffinitiua ſententia reparari.

Notarij Apoſtolici i magno ſunt numero.

† Vide conc. Trid. ſeſ. 24 de reformat. c. 20.

appellare an liceat an diffinitiuã ſniã v de c. ſuper eo. 2. extra de app.

In aliis vero inſtantiis in curia Romana tractentur, cognoſcantur, & fine debito terminentur.

Cauſę vero beneficiales pendentes in dicta curia inter noſtros aut dictorum Cardinalium familiares continuos commenſales, ipſis Cardinalibus in eadem curia præſentibus, ſeu in aliqua legatione aut recreationis cauſa recedentibus, necnon præfatæ ſedis officiales, officia actu exercentes, aut alios a præmiſſis, qui per ſex menſes curiam prædictam ſecuti ſunt, & ſequuntur de præſenti curiales & quoſcunque aliorum aduerſarios ſuper quibuſuis beneficiis eiſdem aduerſariis auctoritate ordinaria collatis, per illos quibus commiſſę reperiuntur, ſeu alios per nos ad id deputatos, ſeu etiam deputandos iudices audiantur, cognoſcantur, decidantur, fineque debito terminentur ac executioni debitæ demandentur. Cætera vero ſimiles cauſæ beneficiales inter quoſcunque alios pendentes & quę quibuſuis iudicibus ſeu auditoribus commiſſæ reperiantur, aliquibus iudicibus competentibus in regno Franciæ auctoritate Apoſtolica committantur audiendæ, & cognoſcendæ, & fine debito terminandæ, cum neceſſaria earumdem cauſarum aduocatione.

a Taxæ. Vide pro hoc extrauagantem. Cum ad ſacroſanctę quæ eſt inter ꝯ ex. Ioannis xxij ſub tit. de ſent. excom.

Cã eadẽ diuerſis reſpectib. i diuer ſis curiis tractari poteſt

Preterea quia aliquæ ex ſupradictis cauſis in eadem Romana curia ſuper petitorio, & diuerſis curiis ipſius regni ſuper poſſeſſorio tractantur, volumus quod in eiſdem cauſis in diuerſis curiis ſuper petitorio & poſſeſſorio vnico & eodem contextu pendentibus ſuſpenſo petitorio, & cenſuri ſuper hoc latis) in poſſeſſorio, in curiis eorundem iudicum coram quibus cauſæ poſſeſſorii pendeant de præſenti, procedant, cauſæ quæ ipſæ ſuper huiuſmodi poſſeſſorio intra biennium terminentur & finiantur.

Alioqui biennio elapſo, liceat partibus ipſis procedere ſuper petitorio, & vlterius dictis cauſis expeditis ſuper poſſeſſorio, aut huiuſmodi biennio elapſo altera partium litigantium coram iudice competenti auctoritate Apoſtolica deputato poterit ius ſuum proſequi ipſeque Apoſtolicus iudex intra aliud biennium cauſam in petitorio terminare teneatur. Quod ſi non fecerit, cauſa ipſa ab eo auocata, & lis penitus extincta cenſeatur. Et ſi forſan aliquis eorundem iudicum cui ſuis ſibi commiſſæ cauſæ expeditionem malitioſe prorogare, aut differre præſumpſerit, excõicationis, & omnium beneficiorum priuationis pęnas ipſofacto incurrat, a qua quidẽ excõicationis pœna abſolui nequeat, niſi a nobis & ſucceſſorib. noſtris Romanis Pontificib. præterquam in † mortis articulo, quod que cætero in litteris expediendis in regno Franciæ, Delphinatu, & terris aliiſq; dominiis prædictis ſeruentur taxæ ſuper hoc editæ per Io xxj. Papam præfatum, & exceſſus, ſi qui fuerint corrigantur.

† In mortis articulo nulla eſt caſuũ reſeruatio: atque iõ oẽs ſacerdotes quoſlibet pęnitẽtes a quibuſuis peccatis & cẽſuris abſoluere põt cõc. Tri. ſeſ. 24. c. 7. de caſuũ reſeruatione.

Etq uia propter aſſiduas guerras, & nouitates, quę continue vigẽt in dicto regno, pręténditur eccleſias, dum vacãt grauatas, in ta-

xa etiam reformata in concilio Conſtantinẽſi, quæ reducta eſt ad medietatem antiquæ taxæ, quod grauatus in eadem taxa prælatus promouendus ſoluat communia, & minuta ſeruitia, quæ plures ex Gallis annatam vocant: tantum pro vera æſtimatione fructuum eccleſiæ & monaſterii, ad quę ſit promotus, eaque in dicta cancellaria & camera Apoſtolica inuiolabiliter obſeruari mandamus.

Et quia in ſupradictis conceſſionibus regnum ac regem maxima ſumus charitate cõplexi, credendum eſt non immerito, vt ſe deuotos & obedientes erga ſanctam Romanã Eccleſiam exhibeant. Quare volumus & eiſdem auctoritate & tenore ſtatuimus quod præfatus Rex intra quatuor menſes præmiſſa acceptare & obſeruare, ac in regno, Delphinatu, & dominiis huiuſmodi obſeruari facere, necnon intra alios duos, præfatos quattuor immediate ſequentes menſes ſuper acceptatione & obſeruatione, aliiſque præmiſſis omnibus & ſingulis per ſuas patentes litteras nos & ſedem præfatam certificare teneatur: Alioquin præſentes litteræ, & inde ſecuta quæcunque, ſint caſſa & irrita, nulliuſq; roboris vel momenti. Nos enim extunc irritũ decernimus & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignorãter contingerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarũ conceſſionis, intentionis, voluntatis, conſtitutionis, declarationis, indulti, mandati & ſtatuti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, in dignationem omnipotentis Dei, & Beatorũ Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctũ Petrum, anno incarnationis Dominicæ M.cccclxxij. ſeptimo idus Auguſti, Pontif. noſtri anno 1.

Sixtus quattus.

Diſcordia inter religioſos Mendicantes & eccleſiarum parochialium rectores in partib. Germaniæ quattuor delegatis commiſſa, per eos ſub certis formis & modis in pacem et cõcordiam conuerſa fuit: quam Romanus Põtifex confirmat, præcipiens ſub pena excõmmunicationis i la n à prelatis obſeruari.

C A P. II.

Vices illius. a Ex electoribus electores Imperatoris ſunt ſeptem: tres eccleſiaſtici, & quatuor laici de quibus per glo. in c. ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iudic. lib 6.

Matth. 16.

Vices illius, qui ſup. petrã ædificauit Eccleſiam ſuam meritis licet inſufficientibus, gerentes in terris & per eius immaculata veſtigia, quantum nobis ex alto conceditur, incedere ſatagẽtes, inter Chriſti fideles quoſlibet, & præſertim ſub vno atque eodẽ ſacerdotii vexillo nobiſcum Deo militantes, pacẽ & charitatẽ inducere, & inductam confouere, vigilãti ſollicitudine meditamur aſſidue & quæ iis cõtraria ſunt, falce vil gãtię paſtoralis ad radicẽ poſita ſubmouere, prout rerum & temporum circunſtantiæ id non immerito expoſcere dinoſcuntur.

Sacerdotes dñi ſub eodẽ vexillo cum Papa militare.

Nuper ſiquidem pro parte tam venerabilium fratrum noſtrorum Moguntin. & Treueren. archieſpiſcoporum, ac Herbipolen. & Vuormacien. & Spiren. epiſcoporum, quam dilecti filii nobis viri Philippi comitis Palatini Rheni, & ducis Bauariæ, qui vnus ex electoribus a Romani imperii exiſtit, ad noſtrũ peruenit auditum, quod inter dilectos filios Prædicatorum, Minorum, & Carmelitanorum ordinum profeſſores, & nonnullos parochialium rectores, & alios etiam eccleſiarum prælatos, inſtigante illo, qui tanquã leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret, in partibus Germaniæ, & pręſertim in oppido Eſtlingen. Conſtan. diœceſis ſuſcitata ſunt nonnulla diſſenſionum, & ſcandalorum fomenta ex certis cauſis tunc nobis expreſſis, quæ niſi per vigilantiam paſtoralis officii celeriter ſuccidantur, poſſent ad ſcandalum non modicum Chriſti fidelium illarum partium faciliter peruenire.

1. Pet. 5.

Nos igitur attendentes, quod ſacroſancta Romana Eccleſia ab eius fundatione primæua in ordine ſacerdotali, quẽ Petrus Apoſtol. & eius ſucceſſores obſeruarunt, inſtituta, & per viros prouidos & ſacerdotes virtuoſos adaucta, & longiſſimis tẽporib. feliciter conſeruata extitit: Rurſuſq; animaduertens quod hodiernis temporib. hominũ creſcente malitia, niſi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinatoribus ſpiritus ſancti, & præconibus verbi Dei (qui præter cæteros in ordinib. fratrum Mendicantium gratia aſſiſtente diuina in copioſo numero reperiuntur) aſſidue coleretur veprib. malorum & ſentib. vitiorũ omnium

Eccleſia Rõ. p quos fuit inſtituta, ad aucta, & cõſeruata.

Prædicatores multi in ordinib. Mẽdicãtium reperiuntur.

celeriter

celeriter obrueretur: non potuimus non niſi ab intimis cordis noſtri dolere, quòd inter tales viros, qui ſe mutua charitate diligere, & alter alterius iuxta Apoſtolū, onera portare deberēt, diſcordię ſeminariū excitaretur. Vnde cum vellemus ſuper his ea, qua decet maturitate conſulere, venerabilibus fratribus noſtris Gulielmo Hoſtienſi & Angelo Præneſtin. epiſcopis, & dilectis filiis noſtris Iulia no tituli ſancti Petri ad Vincula, ac Petro tituli ſancti Sixti presbyteris Cardinalibus viuę vocis oraculo commiſimus & mandauimus, vt à ſingulis partib. prædictis uel eorū procuratorib. legitimis, auditis hincinde propoſitis, inter eas cōcordiam tractarent. Qui quidem epiſcopi & Cardinales ſtatutis loco & tempore conuocatis, auditis, & intellectis partibus prædictis (vt præfertur) & in præmiſſis grauiter & conſulte procedentes, partes ipſas de communi earundem conſenſu ad concordiam infraſcriptam perduxerunt: Videlicet, quòd ipſi parochiani ſacerdotes decętero non dicant a Mendicantibus hæreſes proceſſiſſe, cum in veritate fides noſtra ſit illuminata, & Eccleſia exaltata per eoſdē, & pręſerſim per ordines Prædicatorum, & Minorū, vt iura teſtantur. Quodque fratres mendicantes non prædicent, populos parochianos nō teneri audire Miſſam in eorum parochiis diebus feſtiuis & Dominicis, cū iure ſit cautū † illis diebus parochianos teneri audire Miſſam in eorum parochiali eccleſia, niſi forſan ex honeſta cā ab ipſa eccleſia ſe abſentarent: quodque etiam nec fratres, nec curati inducant aliquo modo laicos ad eligēdum ſepulturam apud eos, & bene caueant propter pęnas, quas imponunt canones, cum ſit libera. Quod etiam ipſi Mendicantes deſiſtant prædicare, quòd parochiani non ſint obligati ſaltem in Paſchate, Proprio confiteri ſacerdoti quia de iure † tenetur parochianus ſaltem in paſchate proprio confiteri ſacerdoti. Per hoc tamen ipſi fratres Mendicantes non cenſeantur excluſi, quominus ſecundum iuris communis & priuil giorum eiſdem conceſſorū diſpoſitionem, confeſſiones audire, & pœnitentias iniungere valeant. Quod etiam de cętero inter ipſos fratres Mendicantes & curatos quo ad effectū prędicandi, horas cantandi, campanas pulſandi, ſeruetur conſuedo antiqua, quę temporibus antiquis ſeruata fuit in ipſo oppido Eslingeñ. Et caſu quo veniat aliqua occaſio ſiue neceſſitas, non fiat commutatio temporis vel horæ in ipſis prædicationibus fiendis, niſi de conſenſu partium. Quodque etiam ipſi fratres in ſermonibus eorum non detrahant † prælatis & rectoribus parochialium eccleſiarum: Nec etiam populos a ſuarum eccleſiarum parochialium frequentia & acceſſu abſtrahant ſiue retrahant quoquo modo. Et vice verſa ipſi rectores & prælati aliquo modo non detrahant Mendicantibus, ſed illum fauorem quem poſſunt, eis impendant, & in omnibus & per omnia præſtant, ita vt vera vnitas & perfecta charitas inter eos oſtendatur.

† Ca. vt Dominicis de parochis, & alien. parochian vide conciliū Tri. ſeſ. 2. in decreto de obſeruandis in celebratione miſſę ſ moneant.

† Cap. omnis vtriuſq; ſexus de pęnit. & remiſ.

† Vide conciliū Lateran ſub Leone x ſeſ. 11. in decreto incipien Supernæ maieſtatis.

¶ Nos itaque illius uices gerentes in terris qui apoſtolis dixit: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo vobis, cupientes ſuper his oportune prouideri, motu proprio, non ad alicuius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam: ſed de noſtra certa ſcientia & mera voluntate concordiam prædictam, ac omnia & ſingula per præfatos epiſcopos & Cardinales ordinata, ad hoc vt perpetuo inconcuſſa perſiſtant, auctoritate Apoſtolica, & ex certa noſtra ſcientia approbamus & confirmamus, ac viribus perpetuo ſubſiſtere debere decernimus. Supplentes omnes & ſingulos defectus tam iuris quàm facti, qui forſan interuenerunt in eiſdem. Iniungentes nihilominus archiepiſcopis, epiſcopis, plebanis, rectoribus, curatis, nec non prioribus, guardianis, & ſingulis fratribus ordinum Mendicantium ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, quam contra facientes, & quemlibet eorum contra facientem incurrere volumus eoipſo: a qua abſolui nequeant, niſi de expreſſo conſenſu partis læſæ, & debita ſatisfactione pręuia, inuiolabiliter obſeruent, & quantum in eis eſt, ab aliis obſeruari faciant. Et inſuper quaſcū que lites & cauſas coram quiſcumque cauſarum palatij Apoſtolici auditoribus ſeu alibi occaſione præmiſſorum, inter dilectos filios decanum & capitulum eccleſię Spireñ. & curatum dicti oppidi, ac fratres prædictos indeciſas pendentes, illarum ſtatus, tenores & formas, & in eis geſta & actitata, præſentibus pro expreſſis habentes, ad nos harum ſerie, motu, ſcientia & auctoritate prædictis aduocamus, & litem ſeu lites ipſas penitus extinguimus. Et ambabus partibus prædictis his huiuſmodi conſortibus ſeu illis adhærentibus perpetuum ſilentium imponimus: Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac

Ioan. 16o.

Suppletio quādoq; fit de iure & de facto. vnde no in c. bonæ i d post. prȩl in antiquus.

priui-

priuilegiis eiſdem fratribus in genere vel in ſpecie conceſſis cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo, &c. Datũ Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ. M.cccclxxviij xv. Calen. Iulij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

LIBER SECVNDVS.

De iudiciis.

Iudicii deſcriptio.

¶ Nota pro rubricæ intellectu quod iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris, & rei. Sed contra cap. forus, §. in omni de verb. ſign. in antiq. vbi dicitur, quod in omni negotio requiruntur etiam tres teſtes. Sed dic, quod teſtes non ſemper ſunt neceſſarii, ſed quando eſt factum negatum, uel aliæ probationes deſunt, ut dicto § in omni. & §. 4. q. 4. cap. 1. Et dicitur iudicium non a iudice [vt dicit Ioan. Mona] ſed a iuris diſquiſitione ſeu diſcuſſione. Nam cauſa eſt dum proponitur. iudicium dum diſcutitur, iuſtitia dum finitur. dicto cap. forus de verb. ſign. Vel potes dicere, ſi vis, quod iudicium non ab actore vel a reo dicitur, ſed a iudice ſicut a perſona principaliori arg. C. de accu. qui accuſare non poſſ. l. accuſandi. Et redditur iudicium in mutuum, ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem §. 1. Et capitur, de iudiciis, idest de proceſſibus iudicialibus, qui enumerantur in cap. quoniam, extra de prob. Sic accipitur C. de iud. ſancimus & cap. pia de except. lib. 6. in prin. &c. nonnulli. de reſcript. in antiq. & ff. vt leg. nom. l. etiam in princ. Vel dic de iudiciis, idest, de iuris diſquiſitione ſeu diſcuſſione, ut dictum eſt.

Teſtes nõ ſemper neceſſarii ſunt.

Iudicij xv. ſignificationes declarantur.

¶ Nota inſuper quod iudicium habet xv. ſignificationes. Primo modo eſt actio, ut iudicium familiæ erciſcundæ, idest, actio. ff. de iudi. l. in tribus. extra de probat. cap. ex litteris. Secundo modo eſt lis ſiue controuerſia vt iudicium pendet de hæreditate, &c. ff. ad Trebel. l. j. 2. reſponſo & ff. de pecu. quod quod ebetur. Tertio modo eſt auctoritas, ut negotia eccleſiaſtica non ſunt iudicio laicorum diſponenda extra de iudi. cap. decernimus. Quarto modo eſt forus, ut cauſa iuris patronatus debet diffiniri iudicio eccleſiaſtico, idest in foro eccleſiæ, cap. quanto extra de iudi. Quinto modo eſt arbitrium. 2. q. 6. a iudicibus, & ff. qui ſatiſd. cog. arbitrio. de offic. deleg. ab arbitris. lib. ſexto. Sic enim arbiter eſt iudex, ergo arbitrium eſt iudicium. Sexto modo eſt vltima voluntas, ut iudicium teſtatoris non debet eſſe caſſum. C. de ſacroſanct. eccleſi. l. ſi. de ſepult. licet in ſi. lib. ſexto. Septimo eſt quæſtio, ut iudicium per venerabilem. § rationibus, extra qui fil. ſint leg. C. de orig. iur. l. quoniam. Octauo modo iudicium dicitur eſſe diſcretio, ut furioſus & impubes non poſſunt eſſe iudices. quia carent iudicio, idest, diſcretione. ff. de iudi. l. cum prætor. capil. graue. de præb. in antique. Nono eſt ſententia, ut iudex punire poteſt eos, qui ſuo neglexerint parere iudicio idest, ſententiæ. de offic. deleg. cap. de cauſis alias, in cauſis de appel. ſi duobus cæterum de præſcrip. capit. ſi. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. § ſi hæres & Eccleſiaſtic. 18. ibi, Ante iudicium iuſtitiam tibi para. Decimo eſt inſtantia, vt iudicium petit. tertio l. properandum §. 1. C. de iudi. & capitu. iudi. quod cap. venerabilis eod. titu. in antiq. Vndecimo eſt diſcuſſio, vt hic C. & ff. eod. titu. & capit. forus, de verb. ſig. Duodecimo eſt poteſtas iudicandi. ff. de iu. l. iudicium ſoluitur, vetante eo qui iudicare iuſſerat, &c. Tertio decimo eſt pernicies. unde Apoſtolus 1. ad Corinth. 11. ibi, Qui manducat & bibit indigne corpus & ſanguinem Domini, iudicium, idest, perniciem ſibi manducat & bibit. Sic exponitur 4. ſent. d. 6. in ſi. Quartodecimo eſt pœna, in Matth. Qui occiderit, reus erit iudicio, idest, pœna ſicut Ioanne, Qui bona egerunt, ibunt in vitã æternam qui uero mala, in reſurrectionem iudicii, idest, pœnæ æter. Vltimo iudicium dicitur eſſe proceſſus iudicialis cap. 1. eod. titu. l. bi. 6 de excep. pia eo. lib. Et iſta xv. ſignificata his verſibus comprehendi poſſunt.

Matth. 5. Ioan. 6.

Actio, lis, auctor forus, arbiter, vltima velle.
Quæſtio, diſcret. ſenten. inſtant diſcuſſio, poſſe.
Pernicies, pœna, proceſſus iudicialis.

Vide Ioan. Mona. ſuper rubrica de de iudi. lib. 6. & etiam glo. in c. iudicas, de reg. iur. lib. 6. Nullibi tamen clarius habentur hæc expoſita, quam hic.

Ioannes xxii.

¶ Decretalem, ſuper cathedrã, quæ eſt in Clem. in cap. dudum innouata, iubet obſeruari: neque propter illam debent religioſi Mendicantes eſſe moleſti & graues prælatis, neq; prelati ipſis religioſis. Et ſi ſint aliquæ iniuriæ vel moleſtationes hinc inde factæ, Papa vult iuſtitiæ complementum breuiter exhiberi, ſummarie, ſimpliciter & de plano, ſine ſtripitu & figura iudicii, uel aliter prout qualitas exceſſuum exigit. Non obſtantibus quibuſcunque obſtaculis, quæ poſſent his obuiare.

F Requentes.] ¶ Super cathedram. hunc ex titu. de ſepultu. in cle. & incipit, dudum.

CAP. VNICVM.

FRequẽtes, immo innumeroſæ quodammodò diuerſis mundi partibus venerabilium fratrum noſtrorum epiſcoporum, aliorumque ſuperiorum prælatorum, necnon dilectorum filiorũ rectorũ, curatorũ, & parochialiũ ſacerdotũ querelę cõtra dilectos filios fratres Prædicatorũ & Minorũ ordinũ, noſtrũ & ſedis Apoſtolicæ excitarunt auditũ, & clamoroſis inſinuationibus excitare & fatigare nõ ceſſant, quod iidem fratres decretalẽ, Dudũ editam a felicis recordationis Bonifacio Papa viij. prædeceſſore noſtro, quæ incipit Super cathedrã. Ac per piæ memorię Clemẽtẽ Papam v. prædeceſſorẽ noſtrum in Viennẽ.

conci-

concilio innouatam temere obſeruare non curant:ſed ipſam tranſgredi non timentes in eiuſmodi ſedis contemptum,animarum ſuarum periculum, & eorũdem & eccleſiarum prochialium præiudicium & grauamen. Intelleximus quoque quod plerũque præfatis dictorum Prædicatorum,& Minorũ,nec nõ Eremitarum ſancti Auguſtini,& Carmelitarum ordinũ fratibus, in cuius ordinis dictorum Eremitarum perſonisidem prędeceſſor Bonifacius cõſtituitionem prædictam,inqua tãtum de ipſis Prędicatorum & Minorum cauebatur ordinibus,per omnia voltuit poſtmodum integraliter &inconcuſſe ſeruari.Et ad quem prædictorum Carmelitarum fratrum ordinem, nos ſubſequenter conſtitutionem eandem quo ad omnia in eacontenta duximus extendendam,à prædictis epiſcopis,prælatis,rectoribus, curatis,& ſacerdotibus,contra tenorem conſtitutionis prædictæ graues iniuræ atque moleſtiæ in diuerſis partibus inferuntur. Nuper pro parte Vien. fratris noſtri archiepiſcopi Burdegalen. & dilectorum filiorum captiulum maioris. Burdegalen.& aliarum eccleſiarm, prioratuum,conuentuum, rectorum, curatorum ſacerdotum, & vicariorum parochialium, ac clericorum tam regularium quam ſæcularium ciuitatis & diœceſ. prædictarum nobis extitit intimatum, quòd prædicti eorundem Prædicatorum, Minorum, Eremtitarum,& Carmalitarum ordinum fratres contra tenorem decretalis eiuſdem, mulia eiſdem & eorum ſingulis grauamina & iniurias inferunt & iacturas. Quia igitur parum eſſet iura condere, niſi qui ea tueatur,exiſtat.Nos uolentes de fratrum noſtrorum conſilio decretalem prædictam,Super Cathedram, irrefragabilter obſeruari: diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mãdamus.quatenus vos vel duo, aut vnus veſtrum per vos,ſeu alium, vel alios etiam ſi ſint extra loca, in quibus eſtis conſeruatores ſeu iudices deputati, tam eiſdem archiepiſcopo,capitulis, prioribus, conuentibns, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicarijs, ac clero ciuitatis & diœceſ. prædictarum, & eorum cuilibet aduerſus prædictosquàm econuerſo eiſ·lem fratribus aduerſus archiepiſcopum, capitula, prælatos,priores,conuentus, rectores, ſacerdotes, vicarios, ac clerum, præfatos ſingulos eorundem efficacibus defenſionib. præſidio aſſiſtentes ac facientes decretalem prædictã quo ad omnia eius capitula prout iacent, firmiter obſeruari non permittatis contra tenorem ipſius per memoratos fratres dictorum ordinum eiſdem archiepiſcopis, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotib.vicarijs, ac clero,vel alicui ſeu aliquibus eorundem,nec etiam prædictos archiepiſcopum,capitula,pręlatos,conuentus,rectores,curatos,ſacerdotes,vicarios ac clerum, ſeu aliquem,uel aliquos ipſum eiſdemfratribus gruamina ac iniurias irrogari. Facturi ipſis hiucinde quibuſcunque iniurijs,moleſtationibus,grauaminibus,&damnis viciſſim illatis hactenus,& etiam in poſteruminferrendis eiſdem contra tenorem conſtitutionis eiuſdem,in illis videlicet quæ iudicialem requirunt indaginem, ſummarie,a ſimpliciter & de plano,ſine ſtrepitu iudicij & figura,in alijs uero prout qualitas ipſorum exigit iuſtitiæ complementum: Moleſtatores maiores huiuſmodi,necnon contradictores. quoslibet & rebelles quandocunque & quotieſcunque expedierit per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcẽdo. Non obſtantibus quibuſcunque exemptionibus, ſpecialibus vel generalibus,tam fratribus & ordinibus prædictis, vel alicui ſeu aliquibus fratribus & ordinum eorundem, quam præfatis archiepiſcopo, capitulis,prælatis,prioribus,conuentibus,rectoribus, curatis,ſacerdotibus,vicariis,ac clero, ſeu ipſorum alicui vel aliquibus, communiter vel diuiſim,ſub quacunqne forma vel expreſſione verborum ab eadẽ ſede conceſſis,ac eiuſdem Bonifacii, quo cauetur ne aliquis extra ſuam ciuitatem vel diœceſim niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra dietam vnam a fine ſuæ diœceſis ad iudicium euocetur. b Seu ne iudices & conſeruatores à ſede deputati prædicta extra ciuitatẽ & diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcunqne procedere,ſiue alij,vel aliis vices ſuas committere,aut aliquos vltra vnam dietam a fine diœceſis eiuſdem trahere præ-

Cõſtõnem Papalẽ violans periculo ſe ſubijcit.

Iura condere parum eſſet, niſi qui ea tueretur exiſteret. ff. de orig iuris l. 2. §. poſt originem de electio, cap. vbi periculum, §. pteꝛea lib. 6.

a Summarie, &c.] propter illa uerba hęc extrauagans ſub hoc titu. fuit poſita. Quæ autem cauſæ ſint ſic decidendæ, vide capitu. diſpendioſam, eodem titu. in cle. Et quid illa uerba imponent, declaratur per cap. ſæpe. de verb. ſigni. in ciem.

b Euocetur.] Loquitur de cap. ſtatutum. de reſcrip lib. 6.

a Conſeruatores. loquitur de c. 1. de offi. deleg. lib. 6.

b Numerum.] vide capitu. cum in multis, de reſcript. libro ſexto.

ſumant, dummodo vltra duas dietas aliquis extra ſuam ciuitatem authoritate præſentium nõ trahatur.

Seu quòd de manifeſtis iniuriis, moleſtiis, & aliis, quæ iudicialem indaginem exigunt (pœnis in eos ſi ſecus egerint & etiam id procurantes adiectis) conſeruatores [a] ſe nullatenus intromittant, quam aliis quibuſcunque conſtitutionibus a Romano Pontifice tam de iudicibus delegatis & conſeruationibus, quam perſonis vltra certum numerum [b] per literas Apoſtolicas ad iudicem non vocandis, aut alijs edictis, quæ noſtræ poſſent iuriſdictioni, aut poteſtati eiuſque exercitio libere quomodolibet obuiare. Seu ſi tam eiſdem fratribus vel eorum ordini, aut alicui ſeu aliquibus fratrum & ordinum prædictorum, quam archiepiſcopo, capitulis, prælatis, prioribus, conuentibus, rectoribus, curatis, ſacerdotibus, vicariis, ac clero prædictis, vel aliquibus ipſorum, ſeu quibuſuis aliis communiter, vel diuiſum a præfata ſede ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici, ſeu extra vel vltra circa vel alio quocunque modo ad iudicium euocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi & de eorum perſonis, locis, hominibus, ordinibus, & nominibus propriis mentionem.

Excõicari ne poſſint, aliquib quandoque conceditur.

Et quibuslibet aliis indulgentiis, & priuilegiis dictæ ſedis generalibus vel ſpecialibus, quorumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta noſtræ iuriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri. Et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ſpecialem oporteat in noſtris literis fieri mentionem.

Cæterum iudicibus ſeu conſeruatoribus quibuſcunque per litteras Apoſtolicas ſub quacumque alia quam præſenti verborum forma vel expreſſione confectas, & eiſdem prædictorum Prædicatorum, Minorum, Eremitarum, ac Carmelitarum ordinum fratribus, ſeu ipſis ordinibus communiter vel diuiſim, ſuper damnis & iniuriis, & aliis quibuſcunque rebus ſeu negociis, alias deputatis & ſubdelegatis eorum præſentib. & futuris auctoritatte præſentium diſtrictius inhibemus, ne aliquem ſeu aliquos auctoritate litterarum Papalium prætextu ſeu occaſione quorumcunque damnorum vel iniuriarum ſiue grauaminum contra tenorem prędictæ conſtitutionis, Super cathedram, ipſis fratribus, ſeu eorum ordinibus antedictis communiter vel diuiſim a quibuſcumque perſonis illatorum hactenus, & etiam inferendorum in poſterum, coram ſe alicubi deinceps ad iudiciũ vel alias quo quomodo vocare, ſeu in cauſam aliquatenus trahere præſumant.

Inhibitionem huiuſmodi non ſolum ad futura, ſed etiam ad quouiſmodo adhuc pendentia, & incępta negotia volentes extendi: ac decernentes præfatas litteras & proceſſus eorum auctoritate quacunque habitos & habendos ad damna, grauamina, & iniurias huiuſmodi contra tenorem dictę conſtitutionis illata & inferenda (vt dictum eſt) deinceps aliquatenus non extendi, ac etiam irritum & inane ſi ſecus ſuper præmiſſis per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Vobis nihilominus iniungentes, vt inhibitionem noſtram huiuſmodi ad dictorum iudicum ſeu conſeruatorum & ſubdelegatorum notitiam, de quibus vobis expedire videbitur, deducere procuretis.

Inſuper volumus & auctoritate Apoſtolica decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoaus nullo fuerit impedimento prępeditus canonico: quodque a data pręſentium ſit vobis & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus & eorum ſingulis cęptis & non cęptis, præſentibus & futuris & præteritis, licitũ procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & iuriſdictio veſtra & cuiuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium legitimum perpetuata extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſeruatoribus & aliis quomodolibet in contrarium edita non obſtante.

Iuriſdõ p citationẽ ppetuat, c. gratũ de of. deleg.

Datum Auinion. decimo Calend. Februarii, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

De dilationibus.

Ioannes xxij.

Præmiſſo eleganti exordio, oſtenſiſque periculis

IN delictorum. a Cudunt &c. vide c quanto, cum ibi notatis, de iureiu. in antiq. & extrauagantem, ſpondent. int. de cim.

culis quæ proueniunt ex falſorum florenorum fabricatione, citãtur peremptorie fabricantes, data ſibi dilatione trium menſiũ intra quos coram Papa compareant: alias contra ipſos, eorum abſentia non obſtante, proceditur prout iuſtitia ſuadebit.

CAP. VNICVM.

Peccatũ vnũ ſua moleatttahit aliud.

IN delictorum diuerſorum nexibus ac tenebris inuolutos, plerunque ttahit in maiorum ſcelerũ præcipitium moles præponderans peccatorum: nam & ſi diuerſos diuerſa delicta coinquinent, ſunt tamen nonnulli, qui propriæ ſalutis immemores, delictis communibus & vulgaribus non contenti, ad profana & vetita prorumpentes, ſic damnata cupiditate lucrorum ac inexhauſta eorum voragine deuoluũtur, ꝙ dummodo ſuas ingluuies ad quas inhiant, expleant, ſe lucris illicitis immo iacturis ſpiritualibus temere immergentes, honori Dei & animarum ſaluti, ac ſãctorum canonum & imperialibus edictis & iuribus communibus capturas nefarias & lucra illicita anteponunt.

Lucrorũ cupiditas ad multa nefaria impellit.

Sane iamdudum ad noſtri Apoſtolatus auditum multorum fide digna relatio ſæpius etiam repetita perduxit, & fama iam publica per facti euidentiam diuulgata effecit notorium, nonnullos eſſe in Lombardiæ ſuperioris, & Marchię Ianuenſis pattibus qui licentia temerariè laxatis habenis licere ſibi præſumentes illicita, cudunt [a] & fabricãt, ſeu cudi, & fabricari faciunt florenos auri, ſecundnm formam & ſignum & coinum ac circũferentias literarum, qui in ciuitare Florentiæ (a tempore cuius non extat memoria) cudi & fabricari ſunt ſoliti, & cuduntur & fabricãtur etiam in præſenti. Et quamuis dicti floreni ad veram florenorum de florentia ſimilitudinem fabricati, in vero & ſolito florenorum eiuſdem ciuitatis pondere communiter & bonitate auri, & vero florenorum valore deficiant, ipſi tamen (ſimulata eorum effigie) perſonas vt plurimum ſimplices, & quandoque etiam in huiuſmodi reb. expertas decipiunt, ipſaſque damnis rerũ & periculis perſonarum exponunt, dum pro veris florenis ipſos recipiũt. Cum ẽt præterea in talib. plurimi non habeant inter florenos & florenos tantæ ſimilitudinis peritiam diſcernendi.

Nos itaq; tantis & præcipue animarũ periculis affectu paterno occurrere cupientes: monemus oẽs & ſingulos talium pręſumptores, ipſis nihilominus diſtrictius inhibentes, quatenus deinceps a cuſione & fabricatione florenorum huiuſmodi ceſſent, & realiter & effectualiter reſipiſcãt. Nihilominus præſentis edicti peremptorii auctoritate citantes eoſdem ac eorum ſingulos ſub pęna priuationis iuris, ſi quod eis ſuper cudendis florenis competit (quam ipſos ceſſante iuſto impedimento ſi in exequendis mandatis noſtris huiuſmodi remiſſi ſeu negligentes fuerint, incurrere volumus ipſo facto) vt intra trium menſium ſpatium a data præſentium numerandũ, per ſe vel per procuratorem idoneum Apoſtolico cõſpectui ſe pñtent, propoſituri quo iure ipſis florenos competat ius cudẽdi, ac exhibituri priuilegium ſi quod ſuper hoc habeant, vel ius aliud ſi quod ſibi credãt cõpetere, oſtenſuri. Et nihilominus ſuper prędictis facturi & recepturi qđ iuſtitia ſuadebit: Intimantes eiſdẽ, ꝙ ſi non venerunt, nos contra ipſos ſuper præmiſſis & ea tangentib. procedemus ꝓut expedire viderimus, & ſua debita iuſtitia, ipſorũ abſentia non obſtante.

Vt aũt huiuſmodi noſtra nunctatio atque citatio ad communem omnium notitiã deducatur, chartam ſiue membranam citationẽ atque monitionem huiuſmodi continentes, in maiori Eccleſiæ Auinion. affigi oſtiis faciemus. Quę proceſſum huiuſmodi ſuo quaſi ſonoro præconio & patulo iudicio publicabũt, vt prædicti moniti & citati, & alii quicũque qui ſua crediderint intereſſe, vel quos proceſſus ipſe contingit, nullam poſſint excuſationem prætendere, ꝙ ad eos proceſſus huiuſmodi non peruenerit, vel ignorauerint eundem, cũ non ſit veriſimile remanere quo ad ipſos incognitum † vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Datum Auinione vj. Calend. Decembris, Pontificatus noſtri anno nono.

† Occultum no præſumi qđ oĩb. publicatur.

De dolo & contumacia.

Bonifacius Octauus.

Citationes etiam extra dies ſolem-

Rem.

Diuiſio.

REm nō nō uā.] Hec decre. diuiditur in quatuor partes: Nam primo procœmium ad intentum pmlttit. Secūdo ver. [Eſt ſi quidem.] ad hoc probandum plura argumenta inducit. Tertio ver. [Pręmiſſis.] ſuper ipſo intento ſtatuit. Quarto ver. [Non obſtātib.] ſtatutum huiuſmodi p non obſtantia munit.

a Inſolitam.] C. de iud. rem non nouam. Et qui eſt adſtrictus ad inſolita, non tenet de inſolitis ff. de cōtra hen emp. fiſtula. §. frumēta, & adſtrict⁹ ſimpliciter, tenet de ſolitis non de inſolitis, ff. de le. 3. qui ſa'.nm. ff. annu. leg. l. Scio. §. fi. Vnde aſtrictus in genere, ad communē modum tenet, ff. de ver. ob. l. continuus, §. cum ita. ff. de ædil. edic ſi quis venditor, C. de dona. ſi quis argētū. §. 1. & adſtrictus ad ſolita faciēs inſolita, de caſu tenet, ff. de neg ge. ſi negotia abſentis.

Adſtrict⁹ ad aliq. d faciendū ad quid tenetur.

b Peruenire citatio.] vt lit non ronſ. qm. § porro. ff quod vi aut clam l. 1 § ſed Anſto. ff. de euic. ſi ideo §. ſi.

c Quodq; in albo.] arg ff. de iu. om. iu. ſi id quod, 1. reſpon. no. ff. de albo ſcri. per totum, auth de lit g. § omnium, coll 8. C. quomodo & quando iu. aut neu. qui ſemel.

d Ius] hic ex iurib. iam allegatis argun.

e Violenter præſumpſiſſe de violēta præſumptione habetur extra de præſump. litteras, & c. quanto, & ibi no.

f Lapidibus. authen. ſeruptum exemp. l 2. § fin. collat. 2. & arg. ff. de orig. iur. l. 2. §. s. auth de iud. in fin. coll 6.

† Fortaſſis, legendum arceant.

g ¶ Rationis. ſumptæ iam ex precedentibus quam ſubſequentibus.

nec publicè facta de mandato Papę in audentia literarum Apoſtolicarum vel Papali palatio affixę ianuis maioris Eccleſiæ loci in quo Papa cum curia ſua degit, arctant ciuitatē ac ſi ad eum perſonaliter deueniſſent. Reſtringitur tamen hęc extrauagans ad illos, qui impediunt ne ad eos poſſit citatio peruenire vel quorum domicilium tunc adiri non poteſt vt c. 1. de iud. in clem.

CAP. VNICVM.

REm nō nouā aggredimur neque via in ſolitam[a] ambulamus, ſed anterioris iuriſcalcatam veſtigijs præſentis conſtitutionis indubiato roboramus ſuffragio, & incōcuſſo munimine ſtabilimus. Eſt ſiquidem iam ſancitum quòd pro poſitū publicę citationis edictum eum arctet, qui impedit aut facit etiam ſe celando, ne ad eum poſſit peruenire[b] citatio, appareatque contumax qui ſic agit. Quod que[c] in albo prætoris huiuſmodi edicta propoſita ſuæ iuriſdictioni ſubiectos arceant, † & adſtringant magis, quam ſi voce præconia (quæ in noteſcit paucis) vel litteris citarentur. Ius[d] enim quod talem modum citationibus poſuit, violenter[e] præſumpſiſſe credendum eſt, vt quæ in eodem albo tot ipſius albi publicum locum frequentantium oculis paterent, legenda, ad citati notitiam deuenirēt. Vnde ad præbendam omnibus eorum quæ ſanciuntur plenam lectionem & notionem, mandatur legē tabulis aut lapidib.[f] ſculptā, ſanctiſſimæ Eccleſiæ deſcribi porticib. & affigi.

Pręmiſſis igitur in debitam conſiderationem deductis, ac in lance irrefragabilis rationis[g] appēſis: nos qui vniuerſis[h] (diſponente Domino,) præeſſe dinoſcimur, volentes per hanc nouellā conſtitutionem aliquid circa prędicta ſtatuta expreſſius inueniri: declaramus de fratrū noſtrorum conſilio, & nihilominus hoc edicto perpetuo valituro firmamus & ſtatuimus, vt citationes auctoritate Apoſtolica de quibuſcunq; perſonis vndecunq; & vbicunq;[i] ſint, cuiuſcunque ſtatus, dignitatis, vel pręminentię Eccleſiaſticæ, vel mundanæ etiā ſi imperiali vel regali fulgeāt dignitate, præſertim[k] ſi impediant vel faciant per ſe vel per alios[l] quoſquo modo ne citationes ipſæ ad eos perueniāt, ex quacunque cauſa faciendo vt citandorum domicilia, ſiue loca tute vel libere adiri non poſſint: cum (prout ſcriptum eſt) exiſtimare debeamus, an eo[m] ire liceat[n] vbi eſt citatio facienda, perinde ad inſtar edictorum præfato-

h Vniuerſis. non tñ ſ vniuerſis cauſis ſeu negotiis, vt no. in extrauag. c. vnam.

i Vbicunque. & ſic ligant exiſtētes in eadem puincia ſeu alia, ſiue ēt modico freto diſtent, ſeu ſi fuerint vltra mare, ff. de ver. ſig. notionem. §. 1. C. de dila. l. 1.

k Præſertim. verbum pręſertim, qñq; tenetur comparatiue, aliqñ tenetur pciſiue, vt pro tantū, vt no. ext. de ſimon. per tuas 1. circa fi. & dic hic teneri pcipue, vt in caſu h. c poſito, & aliis parem æquitatē ſeu maiorem habentib. vt inf. no. ſecus regulariter. Nam qđ citatio facta voce præconis vel in albo ptori contra Anglicum, vel Theutonicū, qui verſimiliter non credebat habere cām in curia Romana actā rei eum, eſſet durum & contra ſtylum curiæ, qui non citatum, ab hoie vel a iure vulc citari ſi negotium ad curiā reuocet p litteras Et p hunc modū quilibet tenetur hře procuratorem in curia: & hoc modo curia: oēs ad ſe faceret venire: nec iſte citatus in albo prætoris, de quo nō eſt ius expreſſum, vel voce pconis in palatio Papali, dēt eſſe nimis credulus reſcrēťib. ſe citatum, ff. de eo per quē fa. eri l. 1. §. dolum, nec eulogiis ſeu relationib. eſt credendū, ff. de cuſt. re. diuus 2. Et nuntio iurato credi. extra de ap. cū parati. non illi qui non eſt pco iudicis, extra de probat. quoniam contra.

Pręſertim tenet dupliciter.

l Per alios. ff de admi. tu ua aūt, § geſſiſ ſe ext de ſen. excom. mulieres, §. ſi.

m Eo. Aduerbium eſt loci, & ſummitur hac verba ff ad Trebe. de ætate.

n *Ire liceat*. Tute, vel libere, vt præmittit, & hæc æſtimatio debet eſſe verum *dicit* vt timor non ſit vanus

nus: alias citatio ſtſtaret, extra de ſpon. venien 2. ff. quod me.cau.l.metum, ff ſi ſi cui plus quam per leg. fal hoc autem.r.reſpon.de reg iur. vani timoris. Nam ſicut prouiderunt patribus, quibus non patet ſecurus ad iudicem acceſſus, extra de appe.ex parte l. ita docuit ꝓui dere iudicibus, executoribus, aut apparitoribus eorum i citationib. faciendis, quādo nō patet ad partes ſecurus acceſſus, extra de utilit non conteſ. tux, & hic, quo caſu dēt a citatione exprimi, arg. extra 6 lib. de ap.c. Romana §. cum autem, ff de tranſact. cū hi §. vult igitur, & §. ſi prgter. ar. opt. ad hsne diſtinctionē, extra 6 lib. de off. dele. ſtatuimus.

a In albo pretoris. Papa hoc ſpecialiter & ex certa ſcientia iubente, vt inf ſequitur in caſib. pari uel maiori æquitate nitentibus quam ſit caſus, ſu. e §. eſt ſi idem, r. caſo, alias regulariter intelligendū eſt de illo citato prius legitime, nam negotio ꝑ citationē iuris uel hominis ad curiā legitime deuoluto, pars nihilominus audientia publica uel præconizatione, uel in albo pretoris citatur, & tunc hmōi citationes ſunt magis citationū iam factarum e aggrauationes cōtumaciā partis antea citatę declarantes.

rum propoſitorum in albo prætoris, etiam extra ſolennes b dies, in quibus Romani Pontifices ſuos facere conſueuerunt generales proceſſus, publice id nobis ſpecialiter & ex certa ſcientia iubentibus, factę in audientia litteratum noſtrorum, aut in aula noſtri palatii; poſtmodum affigendæ ianuis maioris Eccleſiæ loci, in quo Romana communis omnium Chriſtiani populi nationum reſidebit curia, vt cunctis poſſint patere, & ita deferri citatis ſic valeant ac arctent citatos poſt terminum lapſum, quem (conſiderata locorum diſtantia c) uolumus citationibus ipſis competentem apponi, ſicut d ſi eos perſonaliter e apprehendiſſent: Non obſtantibus f aliquibus priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus aut ſpecialibus quibuſcunque perſonis pontificali, imperiali, regali, uel alia Eccleſiaſtica, ſeu mundana dignitate præditis, aliiſque inferioribus Eccleſiis, monaſteriis, locis, collegiis & uniuerſitatibus in quacunque forma uerborum conceſſis, per quę talium citationum effectus poſſit quomodolibet impediri, etiam ſi de ipſis & eorum totis tenoribus de verbo ad verbum, aut de propriis nominibus perſonarum, monaſteriorum Eccleſiarum, locorum illorum quibus conceditur, vel eorum ordinibus aut dignitatibus oporteat in noſtris litteris fieri mentionem.

thentica. In qua in fine mandatur publicatio eiſdem. Item arg. ff. quæ ſen. ſine appe. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto & ſunt hæc vera regulariter, quia citatio quæ eſt principium iudiciorum, inſti. de pœna te. liti. §. fin. dēt habere principium certum & firmum, cum ſit potiſſima pars cuiuſque rei, ff. de ori. iur. l. 1. alias iura fruſtra viderentur dicere, ꝙ manifeſtatio debet fieri pręſidibus, vel in facie Eccleſiæ, uel ad domum, ff de exc. tu. ſci re oportet, §. oportet & dicto c. venerabilis. aut procuratori, aut amicis, ff quod ui aut clā. aut q alter, §. & ſi forte, ff. de dā. in fe. l. de pupillo, §. totiens, ff. ex q. cau. ma. l. ſciendum. Sed fallit regula in caſu quem concludit primum arg. hic allegatum, cum per illum qui mandabatur citari, ſtet ne citetur, extra, 6 lib. de reg. iur. imputari, &c. cū ſtat. & ibi not & cap. pro poſſeſſore. Item arg. ſecundum intelligo, vt no. ſu. in uer. in albo, alias regulariter citatio facta in curia ſupponit legitimam citationem præceſſiſſe, ut dictū eſt, & hoc innuit dictus §. omnem. Item ad arg tertium dic ꝙ lex, ſcriptum exemplar, loquitur non de neceſſitate, ſed de vtilitate vel expedienti, vt ibi patet in uerbo, melius & verbo vtilius. Item loquitur de habitantib. in eodem loco, ut in uerbo, habitantibus, ar. ff de inſ. om. iud. ſi per errorē, ſecus eſt inhabitantib. in remotis Et diſtingue, aut factum gñale eſt ad oēs, & ſic ſufficit publice ꝓponi non in aurib ſingulorum inculcari, extra de poſtu. prę a c. 82. d. propoſuiſti, 54. d ex antiquis, ff de inſtito. ſed & ſi pupillus, §. proſcribere, ar. ff. de an. leg. l. Meuia. in fi. aut eſt factum ſpāliter tangens partem, & ſic regulariter citatio non ſufficit gñalis in albo, ut eſt, ſup. probatum, arg. ad hanc diſtinctionem extra, 6. li de elect. in c. ſi in ſi & ff. de appe' cum quidam, Io. Mo. Cardi.

f Non obſtantib aliquibus priuilegiis. ſimilia non obſtantia habentur extra 6. lib. de ſen excom. c. hiin ſi. extra. eo. li. de elect. quia ſęde. Et abſq his non obſtantibus priuilegia non tollerentur nor extra 6 li de conſt. cap. 1. Et quid operentur non obſtantia in litteris beneficialibus, no extra, 6 lib de ſele cum aliquibus.

Ad euidentiam præmiſſorum quęro, an Papa procedere contra aliquem valeat citatione non præmiſſa? Et uidetur quod ſic, quia ſup. ius, extra de conceſ præb pro poſuit. Item quia princeps ſolutus eſt legib ff de legibus & ſenatuſconſul. princeps. Item & Papa hēt plenitudinem poteſtatis, 2 q 6 decreto, extra de pœnis & reiniuri ea cod in ſin extra de vſu pal. ad honorem. Sed contra, citatio eſt principium proceſſus iudiciarii, ut ſu. no. & habetur extra de prob quoniam contra, & ad ſinem iudiciorum, quæ eſt ſententia, ff. de re iud. l. 1. attingi

Dies ſolemnes ſunt tres

b Solemnes dies qui ſunt tres; dies Iouis ſancta, dies Aſcenſionis Domini, & dies dedicationis baſilicæ beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, qui eſt octaua dies poſt feſtum ſancti Martini.

c Diſtantia. ff. de verb ob l. continuus, § cum ita, & l. interdum, extra lib. 6. de elec cupientes §. hac generali.

d Sicut. hic, ſicut, eſt ſicutiuum, quoad hoc ꝙ vtrobiq; teneat proceſſus mero iure, ptus tñ deliquit ille, quem citatio apprehendit, ff de in inte. reſt. diuus.

Contumax ꝑt excōicari & contra eū ſnia definitiua ferri.

e Perſonaliter apprehendiſſent & ſic talis contumax poterit reputari, ff. de appe ex conſenſu. § fi. & ibi nota. & contra ipſum ad excommunicationem procedi. 11. q. 3 nemo epiſcoporum, & definitiua ſnia ferri, ut dicto §. porro. Sed nunquid ſunt de iure communi? Dic ꝙ ſic ꝑ argumenta hic adducta intelligo, ut no. ſup. eo. in uer. in albo. Sed & illa, quę aguntur in vna diœceſi, præſumuntur ignorata in alia, ergo magis in illa, quæ ſunt acta in alia prouincia, extra qui ma. ac. poſ. cum in tua. Item dato quod alius malitioſe faciat ne citatio ad ipſum perueniat, citatio tamen eſt ad Eccleſiam, ſeu ad domum facienda, extra de do. & cont. e cauſam, &c. uenerabilis, extra de cle. non reſi. ex tuæ, extra de eo qui mit. in poſ c. ſi & ff quibus ex cauſ. in poſ. ea hæc aūt, §. 1. Item leges & ſi ſint publicatæ vbi ſunt facta, non arctāt abſentes niſi eorū ꝓuinciis publicatæ fuerint duob. menſib. elapſis, autb. vt fa. no. conſti § pe. coll 5 18. d. ii. decernimus, hoc apparet in qualibet conſtitutione au-

Citatio eſt principium iudiciorum.

l. 1. ae

ſine princ pio non poteſt. Dic quòd citatio eſt de pertinentibus ad iudicatorum ordinem iudiciarius aut ordo requirit, et iudex quilibet ex aliquo iure procedat. Conſiderandum eſt primo, qualiter ad ius ſe habeat iudex, de quo nunc eſt ſermo, ſcilicet Papa. Secundo qualiter ad ide m ius citatio ſpectet. Tertio ex his deducetur ſolutio quæſtionis.

Circa primum ſciendum eſt, quòd præter legem æternam diuini intellectus, quæ ſecundum Aug in lib. de lib. arbi. ſumma ratio nominatur, de qua habetur 23 q. 5. lex æterna, fuit neceſſe aliquam legem naturalem, ſiue aliquod ius naturale impreſſum homini tanquam participationem quandam legis æternæ, in quo ſtatim à principio nobis nota fierent principia agendorum: puta quòd bene eſt agendum, nulli nocendum: quod bene agentes præmiari debent, peccantes autem puniri, 5. diſt. omnis. Præter hoc etiam neceſſe fuit aliquam legem diuinam, ſiue aliquod ius diuinum quia per legem naturalē nō poterat homo dirigi in finem ſupernaturalem: eo quod naturalem virtutem & facultatem hominis excedit 8. & 9 diſt. per totum. A lege autem naturali deriuatæ ſunt leges humanæ, ſed dupliciter deriuantur a lege naturali: vno modo, ſicut concluſiones deriuantur ex principiis: alio modo, ſicut determinationes aliquorū communium: per quem modum forma communis artificis determinatur ad hanc vel ad illam, puta forma domus, ad domum quadratam vel rotundam. Primo modo lex humana, quæ eſt, non eſſe occidendum, deriuatur ſicut concluſio a lege naturali, quæ eſt, nulli malū eſt faciendum. Secundo modo, ex humana, quæ eſt, vt talis tali pœna puniatur, deriuatur vt determinatio quædam a lege naturæ, quæ eſt, vt peccans puniatur. Sic igitur quantum ad propoſitum ſpectat, quintuplex eſt lex

Lex ē quintuplex.

Aeterna quæ idem eſt quod diuina eſſentia. Vel veri[illegible] Lex æterna eſt (ſecundum Augu. contra Fauſtū) diuina voluntas, ordinem vniuerſitatis conſeruari iubens, & perturbari vetans. Diuina quæ regulat actus humanos in ordine ad finem ſuper naturalem vitæ æternæ. Naturalis, Humana deriuata a naturali vt concluſio ex principio. Humana deriuata a naturali vt determinatio quædam modo expoſito. Et eodē modo eſt quintuplex ius.

Ius eſt quintuplex.

ſ. æternū, diuinum, naturale, humanum deriuatum a naturali vt concluſio ex principio, & humanum deriuatum a naturali vt declaratio cuiuſdam communis. Præmiſſa probant ita principia decreti vſque ad 15. diſ. Supra nullam dictarum legum, & ſup nullum dictorum iurium Papa poteſt, vel quicunq; alter homo, præterquam excepto 14. diſt. cap. ſi & 15. diſt. per totum. Quod licet ſit ex ſe manifeſtum, & præcipue quo ad quædam dictorum: poteſt tamen ad omnia vna ratione communi aſſignari. Nullus poteſt ſuper ius quod non condidit, ſed conditum præſupponit, ſed Papa vel quicunque homo nullum dictorum iurium condidit, ſed alias conditum præſupponit, 25 q. 1. ſunt quidam igitur ſupra nullum illorum poteſt, maior patet, minor etiam manifeſta quantum ad legem æternam, vel ius æternum, diuinum, naturale, & quantum ad ius humanum, quod deriuatur a naturali, vt concluſio ex principio, quod principium eſt naturale, & concluſio, ſicut cum naturalis ratio dictat non eſſe malefaciendum, ita non eſſe occidendum: quia vnū ſtatim deducitur ex alio, 23 q. 5. ſi non licet, ſequitur ergo concluſio ſ. quod Papa non poteſt niſi ſuper ius quinto modo dictum. ſ. ſupra ius politiuum, diſponere, & ſic patet primum principale.

Secundo videndum eſt qualiter citatio ad ius ſpectet, eſt autem manifeſtum, quod non ſpectat ad ius primo dictum ſcilicet ius æternum, nec quatenus quicquid dictat ius naturale & ius humanum tertium poſitum, dicitur [illegible] principaliter ius æternum, quia omne ius rectū

Citatio ad q ius ſpectat.

ab illo deriuatur 27. diſt. §. ſed contra. Nec ſpectat etiam ad ius diuinum eo modo quo nunc loquitur de iure diuino, dicitur enim aliquid eſſe de iure diuino proprie diuiditur a quatuor aliis iam prædictis, quod non eſt naturali ratione inductum, nec humana ratione adinuentū ſed ex diuina inſpiratione tan[illegible] exeedens facultatem naturalem hominibus reuelatum, vnde non quicquid in canone Bibliæ continetur eſt de iure diuino, nec contra iura diuiditur, immo continentur ibi decem præcepta moralia quæ omnia, ſunt de iure naturæ, & præcepta iudicialia, quæ ſunt de iure humano, licet a Deo tradita fuerint, & alia multa huiuſmodi. Reſtat igitur videre, ſi citatio ſit de iure naturali, vel de humano deriuato a naturali vt concluſio ex principio, quia ſi Papa circa talia iura nihil poſſit, vt ex præcedentibus patet, conſequens eſt quod contra nullum poſſit procedere citatione non præmiſſa 3. q. 9 c. 1 & c. abſens & per totum, 2. q. 1. c. 1 cum ſeq. extra de maio & obedientia quatuor, de cau poſ & proprie c. 1. Eſt igitur conſiderandū,

Citatio ad quid ſit.

quod ad hoc videtur aliquis citari, vt id de quo reus dicitur, diſcutiatur plenius, & per conſequens ſi condemnari vel abſolui debeat aut innocens oſtendi, & ſententia clarius & perfectius cognoſcitur, 2. q. 1. in primis extra de teſti in nomine, & 23, q. 9. teuera. Eſt autem de iure naturali, quod bene & plene cognoſcatur id ſuper quo iudicari debet, & iudicium dari, quia naturale eſt quod vnuſquiſque bene iudicet quæ cognoſcit, & horum ſit bonus iudex 11 q. 3. graue, & c. ſeq. vnde & iudicium de agibilib. ibi ad ſynderesim ſpectat, quæ eſt bene iudicatiua, vt dicitur 6. Ethi. Synderesis autem eſt pars prudentiæ, quæ

Synderesis eſt pars prudentiæ.

principaliter videt cum conſiderat conſideranda, quæ habentur de pœn. diſt. 1. aut facta & diſt. 1. conſideret. Cum igitur non pōt ad plenum factum & iuſtum vel iniuſtum ſine præſentia eius qui iudicari debet, cognoſci & ſciri 30. q. 5 § iuſtitia, in ſi extra de re iud. cum Bertholdus, 11. q. eorum, ideo neceſſe eſt ipſum citari & vocari, nec Papa hoc pōt omittere, & minus alius iudex, quia ſic omittere, ut cognitio, quæ ad iudicium de neceſſitate requiritur, vnde cum iniuſtum facti ſiue defectus, & mali à actus, quod idem eſt, dependeat ex circunſtantiis illis quæ continentur in illo verſu.

Circūſtantiæ ſeptē attēdi debent.

(Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quō, quando,) &c. habentur a Tullio in Rhetorica, & a philoſo. in 3. Ethicorum poſſibile autem ſit omnes circunſtantias huiuſmodi plene cognoſci abſque præſentia rei, quoniam multoties ſe excuſant homines per ignorantiam alicuius circunſtantiæ, ut in Eth. philoſophus exemplum ponit quaſi quo ad omnē circunſtantias, ne etiā non ſit omnino habere præſentiam, eius qui ſcire fecit, vt tam & defectus vel malitia facti plenius & perfectius cognoſcatur. Et ſic patet ſecundum & tertium ſimul. ſ. quod

Citatio ē de iure naturali, q ea omiſſa non pōt Papa contra aliquem procedere.

citatio eſt de iure naturali, & per conſequens quod Papa cōtra aliquem procedere non poteſt ſine citatione præmiſſa, & hoc probat hæc continuatio euidenter, hoc ſiquidem in notoriis, in quibus licet iuris ordo non ſit ſeruandus vſquequaque, ſeruandus tamen eſt in citando & in ſententiando, extra de iureiu. ad noſtra, 3 . in primis, extra de diuor. porro, 2. q. 1. manifeſta, non extra de accu. qualiter, bi, deſcendam, & Gen 18. vbi factum erat notorium, attamen Deus primo voluit probare & videre quam iudicare, ut a præcipitatione iudicii compeſceret [illegible], vt dicit gl Gen. 4 Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nec obſtat extra de accu. e euidentia, nec ibi tollitur citatio nec iura, quia Gen. 4 [illegible] utrumq. neceſſaria, quæ apparet a[illegible] conſitens præſens, & ſic habitus pro citato per confeſſionem factum facti notorium, extra de cle[illegible] & muſſi.

Iudicia per[illegible] qualia ſunt in confeſſum

[illegible] ſunt in eum partes iudicis in iuſtando vel præ[illegible] licet non in cognoſcendo ſt. ad l. A quo. pro inde enim ff. de iud ſi deb. tem Item de vnoquoque eſt ferenda ſnia partibus præſentibus uel vel in terpretatur extra de integ reſtitutum ex litteris, § tandem, ff de re iud. l. de unoquoq; & in ardois eſt pronunciandum de citando ante citationem, C. de ex hiuei [illegible] fenete, l. ſi. & citatio ſrīa dicitur, C. de epiſ & cle. cum clericis, & locatio C. de proc. l. ſi. Ad primum at in oppoſitum dic, q papa eſt ſuper ius in hoc q ipſe ſolus pt æquitatē nō ſcriptam ex ſui interpretatione pferre iuri ſcripto C. de leg, & con. l. 1. unde ipſe poteſt multa diſpenſando,

Papa qualiter eſt ſuper ius

Digitized by Google

Diſpenſatio quare fiet debet.

ſando, quæ poteſt inferior, vt dicto c. propoſuit. nam nullus alter ab eo dat ius ad vacatura, extra de concel. præb. c. 2. & no. ſimile, & habetur extra 6. lib. de offic leg. cap. pe § 1 & ſi ſupra ius diſpenſare, hoc debet eſſe cum ratio poſtulat extra de præb. de multa in ſi 50 diſt. vt conſtitueretur, in ſi. vt pote propter vrgentem neceſſitatem vel euidentem vtilitatem eccleſiæ. 1. queſtio 7 diſpenſationes, & duobus c. ſeq. non propter huiuſ repletionem illius cui prouidit argu. 33 quæſt. 1. in ma nei Petri priuilegium, cum ex ipſius æquitate procedit iudicium. alias eſt diſſipatio ſecundum B. non diſpenſatio. nam princeps eſt numerus explicans, hoc eſt director, vt ſtatuat vel diſpenſet contra ius contra ſcriptum, ſi æquitas, quæ mouet ipſum mouiſſet legiſlatorem, ſi caſus nunc exurgens eſſet ſibi expoſitus, vt habetur Ethi 5 cap. vlt. vbi optime ponitur in fine tractatus virtutum moralium de epykeia, quæ proprie ſoli principi competit ext. de tranſla. epi. c. 1. no.

Princeps qualiter eſt ſolutus a lege

Ad ſecundum dic quod princeps eſt ſolutus a lege quinto modo dicta, ſ. pure poſitiua, & hoc quo ad vim legis coactiuam, non tamen quo ad vim directiuam: nam quo ad vim legis coactiuam nullus ſubditus niſi qui lege cogitur, cogi poteſt. vnde quia alius non habet vim coactiuam niſi ex principis poteſtate, & nullus a ſeipſo cogitur, nec ſibi imperat ff. de arbi. l. pe. & hoc modo princeps non ſubditur legi, ſed eſt a lege ſolutus. verum quo ad vim directiuam legis princeps legi ſubditur. extra de conſti. cum oẽs. 9. diſt. iuſtũ. C. de leg. & conſti. digna vox. inſti. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſolvitur... in fi ff. de leg. 3 ex imperfecto ff. de pac. cum in c. alias princeps eſſet de numero eorum, quibus dominus in Matth. improperat, dicunt & non faciunt, & alias onera grauia imponunt, digito autẽ ſuo nolũt ea mouere.

Poſſe malũ nõ eſt poſſe

Ad tertium dic, quod in quo habeat Papa plenitudinem poteſtatis dictum eſt dicto c. unam. Item potentia & poteſtas ſunt de genere bonorum, & poſſe malum non eſt eſt poſſe, ſed non poſſe, & in Papa præſertim vitium eſt impoſſibile moris, & indebite facit procedẽdo contra nõ citatum ext. de maior. & obe. inter 2. q. 1. c. 1 & 2. & princeps ſumit compendium ſeu poteſtatem trahere non poteſt ad iniquum diſpendium C. de vſucap. pro emp. cum qui arg. ff. de offic proc. Cæſa. l. 1. in reſpo.

Item quæro ſecundo & principaliter, aliquis per Papam eſt citatus & iubetur cauſa depoſitionis, ſed de eo nõ conſtat confeſſione vel alia probatione, deponitur: an depoſitus poſſit de iure petere reſcindi dictam ſniam quatenus proceſſit? Vr quod Papa poteſt iuſtificare ſniam quam tulit ex veritate facti. ſicut habet eam reſcindere ſi conſtat ſibi obreptum, extra de reiu. cum olim. 35. q. 9 ſententiam. extra de in inte reſti. cum ex litteris, § nos igitur. Item poſita cauſa ſequitur effectus, ſed cauſa deponendi iubetur, ut eſt ſuppoſitum ergo & effectus ſtat, ſcilicet depoſitio. Item quod principi placuit, legis habet vigorem. Inſ. de iur. nat. gen. & ci. § ſed & quod principi. Item iugum ſedis Apoſtolicæ tenendum, quamquã durum. 19 diſt. in memoriam.

Sentẽtia papæ an poſſit reſcindi.

Ad oppoſitum proceſſus habet fieri de notioribus ad ignota: quod non ſeruatur in caſu propoſito: ergo non tenet quod agitur. Item a citatione ad ſententiam proceditur ſicut a principio ad finem inſt. de pe. te. lit. § fi ff. de re iud. l. 1. ſed ab extremo in extremum ſine medio non eſt deueniendum, & probans, per aliquem modũ probandi debet deuenire ad ſentẽtiam, ext. de ver. ſig. ſi eros, § in omnibus nec ibi teſtes appellantur probatio, quæ fit viua voce: ſed omnia illa quæ produtũtur ſuper ſtatu cauſæ arg. Ioan 7. & etiam 25. vbi reo locus defendendi ad abluẽda crimina, quæ ſibi obiiciuntur, reſeruatur, 3. q. 9 non oportet, & c. ſeq. & ſi hoc fieri paſſit, gaudere debet præſidens. ext. de accu. c. licet in beatu in fi. Item crederetur proponenti contra ſe, nõ pro ſe C. de lib. cau. cum precum. Item crederetur patri narranti contra alium, de feudo legitima reo auferretur, & quemlibet Papa ad dictum ſuum condemnare poſſet. item quilibet præſumitur innocens niſi probetur nocens extra de præſum. c. dudũ extra de ſcru. in or. fa. c. veneco. ff. de manumi. teſt. l. ſer. no. & ius eſt promptius ad abſoluendum quam ad condemnandum. ff. de act. & ob. Arianus, extra de proba. ex litteris, & ſententia Papæ facit ius quo ad quid, & ſententia inferioris iudicis firmatur: quia ſententia minoris iudicis taciturnitate illius contra quem profertur firmatur. C. de poſtu. l. 1. C de ſent. quæ ſi cer. quanti profer. l. ult. non ſic in ſententia Papæ, quæ in rem iudicatã contra proferentem non tranſit, ut dicto c. cum olim.

Et hoc arg. concedo ſ. quod dicta ſententia reſcindi debet, & hoc ad præſens quadruplici ratione. Primo quidem ex parte iudicis: nam quilibet iudex in iudicando & ſententiando debet aſſimilari primo & ſupremo iudici. Sed iudicium ſummi iudicis, ſcilicet Dei, erit manifeſtiſſimum, 1. Corint 4. illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, & Roma. 2. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cognitionem accuſantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit Deus occulta hominum, ergo & iudicium cuiuſcunque inferioris ſiue Papæ ſiue alterius debet ex manifeſtis procedere. alias non eſt conforme diuino iudicio, nec per conſequens iuſtum. Secundo patet idem ex parte rei: nam reus ſiue ille qui iudicatur haber, poteſt autem multipliciter excuſare, uel oſtendendo ſe innocentiæ ex ignorantia aliquarum circunſtantiarum, vel ex infirmitate, aut etiam accuſare vel aggrauare confitendo ſe egiſſe quod egit ex certa malitia. Cum igitur manifeſtum ſit, quòd talia ignorari non debeant: vt pote quorum ignorantia iudicii rectitudinem tollit, de neceſſitate concluditur, quod illa ſententia non eſt iuſta, ad quam proceditur talibus prætermiſſis: Tertio patet idem ex parte principii formalis, quo iudicium uel ſententia profertur, ſ. prudentiæ: non enim poteſt eſſe iudicium rectum niſi ex prudentia procedat. Eſt etiam prudentia habitus recte vertens circa agibilia, vt patet 6. Ethic. & ſicut ad prudentiam ſpectat iudicare per ſynderesim quæ eſt vna prudentiæ pars: ſic ad eam pertinet bene conſiliari per aliam eius partem, quæ eubulia dr. ſicut n. ſynderesis eſt bene iudicatiua ſic eubulia eſt bene conſiliatiua, vt dr 6 Ethi. Conſilium autem eſt inquiſitio quædam vt tertio eiuſdem: ſpectat igitur ad iudicem quemlibet diligenter inquirere & inueſtigare ea, quæ ad cauſam pertinent. Vnde dicit Iob. Pater eram pauperum, & cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. Non ergo iudex põt ad ſententiam recte procedere, niſi præmiſſa diligenti inueſtigatione, diſcuſſione, & cognitione cauſæ, ſi igitur ſecus procedat, põt peti reſcindi ſnia tamq̃ iniuſta. Sed forte dices, quod Papa uel alius iudex nouit cauſam, & ueritatem negotii ſecreto, ut eſt priuata perſona Dicendum eſt, quod hoc nõ ſufficit: quia iudex non iudicat vt priuata pſona, ſed ut publica & ideo publice dẽt ſibi innoteſcere veritas, ſ. per leges publicas, diuinas uel humanas in communi: in particulari autem negotio p inſtrũa & teſtes, & alia huiuſmodi legitima documenta. Vnde dicit Auguſtinus ſuper Pſa. Bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, ſed ſecundum leges & iura pronuntiat arg. ff. de oﬀi. præſi. illicitas, § veritas. Quarto patet idem ex fine iudicii: finis in iudiciis eſt promotio boni communis, quod eſt diuinius, humanius, & melius quam bonum unius, ut dicitur 1. Eth. Sed ſi procedatur ad ſententiam ignorata cauſa, uel non diſcuſſa, bonum commune non promouetur, ſed potius retardatur. per hoc enim in ſententiis depoſitionum uel aliarum pœnarum ſaluatur & procuratur bonum commune; per quod mali uel emendantur, uel terrentur, uel totaliter exterminantur, ſi fuerint inſanabiles, ut dicitur 4. Ethi. Boni autem per hoc quietius viuunt: ſublata autem diſcuſſione cauſæ hæc omnia tolluntur. quia omnino eadem ratione poteſt damnari innocens & bonus & malus: ex quo de cauſa damnationis nulla fit mentio, ut ex ſe manifeſtum eſt. Suppoſito autem tali proceſſu iudicii, quod etiam dãnari poſſit innocens ut nocens, boni ut mali, non tamen plus terrentur uel exterminantur boni quam mali, nec quietius viuit bonus quam malus, ut patet. ergo talis ſententia taliter contra iudicem eſt iniuſta, & per cõſequens reſcindenda.

Iudex iudicat ut publica perſona.

Ad primum ergo in contrarium dic quod ſententia debet eſſe iuſta ex actis non ſi licet diffinitiua q̃ quandoque reſcindatur ſaltem in cauſa appellationis ex alijs de nouo probatis ff. de mino. præ ſetti. C. de temp. appell. per hanc. & extra de teſti. fraternitatis ſic. ſententia Papæ reſcindi poteſt ab eo a quo appellari non licet, vt dicto cap. cum olim.

Ad ſecundum dic, quod licet cauſa depoſitionis ſubſit ſecundum rem, non tamen ſubeſt ſecundum cognitionem, cognitio autem neceſſaria eſt ad iudicium, vt declaratum eſt prius, non igitur ſufficit ſubeſſe cauſam ſecundum rem, niſi ſubſit ſecundum cognitionem & poteſt declarari per ſimile: abſtinere enim a fornicatione [1] ſecundum rem eſt bonum: ſed ſi alicui dictet conſcientia quod non faciet bene: quia non ſolum ſequitur quod ſit bonum, ſed quod apprehendatur & cognoſcatur ſub ratione boni. extra de ſimo. per tuas 3. extra de reſt. ſpol. litteras. §. nos autem & eodem modo in propoſito non ſolum requiritur ad recte iudicandum & ſententiandum quod cauſa ſubſit, ſed quod manifeſte in iudicio cognoſcatur ſubeſſe vel ſubfuiſſe.

[1] Circa hoc exẽplũ vide oĩno B. Th. 1. 2. q. 19. ar. 5. & 6.

Ad tertium dicẽdum eſt, quod voluntas principis, legis habet vigorem, ſi ſit ratione regulata, & fiat animo condendi legem: cuius forma traditur C. de legi. humanum, quia voluntas de ſe non eſt ſecurus canon, vt philoſophus dicit 1. Poly. Cum autem princeps iudicat vel ſententiat ſine cauſæ diſcuſſione & examinatione, non habet voluntatẽ regularem ſecundum rectum iudicium rationis.

Prĩcipis voluntas legis hẽt vigorem qualiter intelligitur.

Ad quartum dicendum eſt, quod ſecundum philoſophum in 1. Politic. duplex eſt principatus, deſpoticus & politicus, primus eſt domini ad ſeruum, qui non habet ius reſiſtendi, eo quod ſeruus eſt domini totaliter ſecundum quod huiuſmodi ſecundus eſt principatus liberorum, qui habent ius in aliquo reſiſtendi, & talis eſt principatus Eccleſiæ circa ſubditos: non enim eſt veriſimile: quo principatus Eccleſiæ ſit deſpoticus, non enim ſumus ancillæ filij, ſed liberę, qua libertate Chriſtus nos liberauit, ad Galat. 4. Ioan. Monach. Cardinalis.

LIBER TERTIVS.

De vita & honeſtate clericorum.

Ioannes xxij.

Præmiſſa muſicæ artis plurima laude, cantorum laſciua melodia reprobatur, qui cõtra honeſtatem clericalem, quod ore cantabant, geſtib. ſimulabant. Et cantores ipſi tam exempti quàm non exempti per octo dies ab officio ſuſpenduntur. Poſſet etiã hæc extrauagans apte locari ſub tit. de celeb. Miſſar.

CAP. VNICVM.

Eccle. 47.

DOcta ſanctorum patrum decreuit auctoritas, vt in diuinæ laudis officijs, quæ debitæ ſeruitutis obſequio exhibentur, cũctorum mẽs vigilet, ſermo non cespitet, & modeſta pſallentiũ grauitas placida modulatione decantet. Nam in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. Dulcis quippe omnino ſonus in ore pſallentium reſonat, cum Deum corde ſuſcipiunt, dum loquuntur verbis: in ipſum quoque cantibus deuotionem accedunt. inde etenim in Eccleſijs Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur, in hoc nocturnũ diurnumque officium & Miſſarum celebritates aſſidue clero ac populo ſub maturo tenore, diſtinctaque gradatione cantantur, vt eadem diſtinctione collibeant, maturitate, delectent. Sed nonnullæ ſcholæ diſcipuli, dum temporibus menſurandis inuigilant: nouis notis intendunt fingere ſuas, quàm antiquas cantare malunt, in ſemibreues & minimas Eccleſiaſtica cantantur: notulis percutiuntur: nam melodias hoquetis interſecant, diſcantibus lubricant, triplis & motetis vulgaribus nõnunquam inculcant, adeo vt interdum antiphonarij, & gradualis fundamẽta deſpiciant: ignorẽt ſuper quo ædificant, tonos neſciant, quos non diſcernunt, immo confundunt: cum ex earum multitudine notarum aſcẽſiones pudicæ, deſcenſioneſque temperatę plani cantus quibus toni ipſi ſecernuntur ad inuicem obfuſcentur: currunt. n. & non quieſcunt: aures inebriant, & non medentur: geſtibus [a] ſimulant quod depromunt, quib. deuotio quęrenda contemnitur, vitanda laſciuia propalatur. Non. n. inquit fruſtra ipſe Boetius, laſciuus animus vel laſciuiorib. delectatur modis, vel eoſdẽ ſæpe audiẽs emollitur & frangitur. Hoc iõ dudum nos & fratres noſtri correctione indigere percepimus, hoc relegare, immo prorſus abijcere & ab eadẽ Eccleſia Dei profligare efficacius properamus. Quocirco de ipſorũ fratrũ conſilio diſtricte pręcipimus, vt nullus deinceps talia, vel his ſimilia in dictis officijs, pręſertim horis canonicis, vel cum miſſarum ſolennia celebrãtur, attẽtare præſumat. Si quis vel contra fecerit, per ordinarios locorũ vbi iſta commiſſa fuerint, vel deputandos ab eis in nõ exemptis, in exemptis vero per prępoſitos ſeu prælatos ſuos ad quos alias correctio & punitio culparum & exceſſorum huiuſmodi vel ſimilium peruenire dinoſcitur

DOcta. a Geſtibus ſimulant. quod & cõtra honeſtatem clericalem. In hoc quodammodo comparã di illis, q ludos theatrales in Eccleſiis faciũt vel ibi laruas induũt, vt ſuæ inſaniæ

vel diſputandos ab eiſdem per ſuſpenſionem ab officio per octo dies auctoritate huius canonis puniatur.

Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum dieb. feſtis præcipue, ſiue ſolemnibus in Miſſis & præfatis diuinis officiis aliquæ conſonantiæ, quæ melodiam ſapiũt puta octauę, quintæ, quartę & huiuſmodi ſupra cãtum eccleſiaſticum ſimplicem proferantur: ſic tamen vt ipſius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene morata muſica immutetur: maxime cũ huiuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, & pſallentiũ Deo animos torpere non ſinãt. Actum & datũ, &c.

De præbendis & dignitatibus.

Bonifacius octauus.

Cum beneficia in curia vacantia idoneis debent conferri perſonis, illorum collationem Papa ſibi reſeruat. vide c. 2. & 3. et c. præſent: eo. tit. lib. 6.

CAP. I.

PIæ [a] ſollicitudinis ſtudio ducimur, vt dignitates, perſonatus, præbendæ, aliaque beneficia Eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur, perſonis conferãtur idoneis, † per quas in eis debita impendantur obſequia, & diuinorum cultus exerceatur ſollicite in eiſdem. Inde fit quod nos huiuſmodi dignitates, perſonatus, præbendas, Eccleſias & alia Eccleſiaſtica beneficia, quæ apud ſedem eandem intra vnum menſem a data pręſentium hactenus in curia vacarint, computandum, & quæ ex nunc apud eam vacauerint in futurum, prouiſioni ſedis eiuſdem auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernentes [b] ex nunc irritum & inane, ſi ſecus in hac parte ſcienter vel ignoranter, [c] per quemcunque ſeu quoſcunque, Apoſtolica, vel alia quauis auctoritate contigerit attentari. Nulli ergo, &c. Datũ Lateranen. 3. Non. Maii, anno primo.

† Vide concil. Triden. ſeſſio. 24. de reforma. ca. 12.

Clemens quintus.

Prouiſiones ſub titulo commendæ factas de Eccleſiis Parochialibus, Archiepiſcopalibus, Epiſcopalibus, & monaſteriis ad petitionem regum uel quorumcunque magnatũ, reuocat.

CAP. II.

EX ſupernæ † prouidentia maieſtatis, cuius vniuerſa diſpoſitione regũtur, ad Apoſtolicæ præeminentiam dignitatis (licet inſufficientibus meritis) euocati, gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ creditum vndique contemplamur, illumque ſalubri ſtudemus paſtoris more vigiliis (quantum nobis ex alto permittitur) obſeruantia cuſtodire, vt de illo poſſimus ad ipſius laudem, cuius exercemus vices in terris, dignam in extremo iudicio reddere rationem. Ideoque nos diligẽs cura ſollicitat, continua pulſat inſtantia, & & curioſa ſollicitudo perurget, vt circa fidelium ſtatum ſalubriter dirigendum ſic efficacibus ſtudiis & promptis operibus intendamus, quod per noſtræ cooperationis miniſterium erga ſanctam matrem Eccleſiam deuotio filiorum concreſcat, ipſorum ceſſent grauamina, & tranquillitatis ei proueniat incrementum: quod tunc recte agere credimus, cũ moleſtis euentibus viam præcludimus, indirecta dirigimus, ſubtrahimus noxia, & ſalubria procuramus.

¶ Sane pridem nos (licet inſufficientibus

† Vide conc. Tridẽ. ſeſſ. 7 de reformat. ca 2. & 4. & ſeſſ 24. de reforma. ca. 17.

ludibria exerceãt. de quibus in c. cum decorem. e. ti. Et q. hoc iſta extrauagãs bene facit ad iſtũ ti. de p̃b. põdera ẽt verba, quæ ſequuntur, vitãda laſciuia ꝓpalatur. Non nego tamen quin potuiſſet poni, & forte aptius, i. nſ ſub tit. de celeb. Miſſ. Sed non eſt inconueniens eandem decretalẽ diuerſis reſpectibus ſub diuerſis poni titulis ut patet de. ca ſignificantibus de lib. ob. quod ſub eadem ꝓpſus forma reperitur in ti. de app. Idem in iure ciuili reperit, vt patet de l. legẽ, quæ eſt. C. de pac. & etiam in titu. de pact. conuentis.

PIę. Hęc conſtitutio recitat moderatione factã pro prælatis contra conſtitutionẽ Clem. iiij. extra 6. lib. de præben. ca. ſtatutum ſed videtur reuocata extra 6. li. in prœm. in fi. dicit, quod ibi loq̃tur de conſtitutionib. nõ ſuis, ſed p̃deceſſorum ſuorum. Sed adhuc videtur eſſe reuocata per aliam ſuam cõſtitutionẽ iſti (quę præceſſit) aduerſam. extra de conſtit. c. 1. & de pręben ſi Apoſtolicæ, quod cõcedo & ſi non in toto, ſtamen in tanto, vt poteſt in eccl. parochialibus vt hæc cõſtitutio ꝓrſus non tollatur, ſed attenuetur. arg. ff. de adimen. leg. qui hominem.

b Decernentes.] per hoc verbum habetur epiſtola pro conſtitutione C. de legi. & cõſti. leges vt generales & inf. e. ver. nulli ergo.

c Ignoranter.] quali ter hoc caſu ligantur ignorantes, no. extra lib 6. de elect. ſi eo tempore.

meri-

meritis) ad ſummum Apoſtolatus apicem (ſicut Domino placuit) euocari, ab ipſo noſtræ promotionis exordio antiquę notitiæ regũ, prælatorum, magnatum, & aliorum nobiliũ perſonarum Eccleſiaſticarum, & ſæculariũ memores exiſtentes, ac ipſorum aliquibus, tum quia in terris morantes eorum gradum huiuſmodi promotionis habuimus, tum q̃a ſolitæ ad eos amicitiæ ſpecialibus affectibus ducebantur: aliquib. vero ex aſſueta Romanorum Pontificum liberalitate, quã in ſuis exercere ſunt ſoliti nouitatib. Volentes honoris & liberalitatis affluentia complacere, ad eorum importunas tamen & multiplicatas prę cum inſtantias, nonnullis clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, religioſis & ſæcularibus diuerſorũ ordinum dignitatis, conditionum & ſtatuũ patriarchales, & archiepiſcopales, & epiſcopales Eccleſias ac monaſteria diſtincta paſtorib. ſub commendæ vel cuſtodiæ, ſeu curę vel guardiæ, aut adminiſtrationis titulo, nomine ve notabili duximus perpetuo ad vitam ſeu ad certi temporis ſpatium committenda, ſuper his, an tales videlicet tãtaſque gratias per nos fieri decuiſſet, variorũ arduorum negotiorum multiplicitate diſtracti, vſque ad tempus quo infirmitate ſatis periculoſa nos his dieb. viſitauit omnipotens, nequiuimus cogitare plenarie. Verum in debilitate ipſius ægritudinis conſtituti, a negotiorum vtcumque diſcuſſione ſemoti, ad hoc ſub diligenti examine direximus aciem noſtræ mentis, demumq; proſpeximus euidenter, q̃ Eccleſiarum & monaſteriorum eorũdem cura negligitur, bona & iura diſſipãtur ipſorum, ac ſubiectis eis perſonis & populis ſpiritualiter plurimum & temporaliter derogatur, eiſque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum, ac nedum ipſis, ſed etiam Romanæ matri Eccleſiæ, (quæ diſponente Domino ipſorum caput fore dinoſcitur & magiſtra) grauiora inde futura timentur pericula.

Nolentes igitur his & tot & tantis diſpendiis vlterius cauſam relinquere, ſed volentes potius opportunum & debitum in hac parte remediũ adhibere, omnes & ſingulas promiſſiones huiuſmodi per nos (vt præmittit) factas quibuſcunque cuiuſcunque ordinis, dignitatis, aut ſtatus, ſed etiã ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus quocunq; modo vel tempore factæ noſcãtur, auctoritate Apoſtolica exnunc ex certa ſcientia reuocamus, caſſamus, & annullamus, & decernimus de cętero non habere aliquam roboris firmitatem; Nulli ergo &c. Datum apud Piſatum Burdegalen. diœceſ. decimo Calend. Martii, anno ſecundo.

Clemens quintus.

Beneficia maiora & minora vacantia et vacatura, præſertim in prouincia Burdegal. Clemens quintus certis ex cauſis ſuæ diſpoſitioni reſeruauit, cum appoſitione decreti.

CAP. III.

ET ſi in temporalium diſpoſitione bonorum habẽda ſit diſcretionis cautela, pręcipue vt ea digne & laudabiliter diſponãtur in eccleſiaſticis tamen reb. multo fortius inuigilare noſtra debet intentio, vt iuxta perſonarum conditiones & ſtatus, ad diuini nominis laudem, & ipſarum vtilitatem prouideatur ex merito Eccleſiaſticis perſonis: cũ iuxta canonicas ſanctiones nihil ſit quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quam quod indigni aſſumantur ad regimen animarum.

Hac igitur conſideratione moti, ſpãliter Burdegalen. Eccleſiam, de qua (licet immeriti) ſumus nouiter ad hunc ſtatũ ſummi Apoſtolatus aſſumpti, & monaſteriũ ſanctæ crucis Burdegalen. ordinis ſancti Benedicti vacans per obitum quondam fratris Gulielmi de Bobio abbatis eiuſdem: Et generaliter patriarchales, archiepiſcopales, epiſcopales Eccleſias, monaſteria, prioratus, & quoslibet pſonatus, & dignitates vel officia cuiuſcunq; ordinis & condõnis exiſtãt, necnõ canonicatus, præbendas, Eccleſias cũ cura vel ſine cura, & alia quęlibet beneficia Eccleſiaſtica quocunque noĩe appellentur, quæ apud ſedem Apoſtolicam vacare noſcuntur ad præſens, & quæ toto noſtri Pontificatus tp̃e vacare contigerit in futurum, prouiſioni, collationi & diſpõni noſtræ, & ſedis eiuſdem, hac vice auctoritate Apoſtolica reſeruamus: Decernentes exnunc irritum & inane ſi quid cõtra hoc per quoſcunq, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, conſtõne Clementis iiij. & Bonifacii viij. Romanorum Pontificũ prædeceſſorũ noſtrorũ, & alia qualibet in contrarium edita nõ obſtante. Et

quia

Digitized by Google

† Specialiter iniunctũ plus timetur, quàm quod gñaliter imperatur, c. Si aduerſus. extra de hæretic. q̃ q̃ d. 23.

a Hæc extrauagãs hẽt inter. xx. Ioã. xxij. ſub ti. de præb. cũ gl. domini Zenzelini: hic vero ponitur cum gl. Gul. de Monte Laudano.

Execrabilis. &c.] Hæc decretalis, q̃ pōtia ſit l de p̃ben & dign. ſecunti, diuiditur in d cé partes. In prima, ambitio, & importunitas quorũdam p̃mitti. In ſecunda multiplex inconueniẽs experitur. In tertia ſup his moderãtia apponit. In quarta de bñficiis iuſte poſſeſſis ſtatuitur. In quinta, ſup uacaturis, quib eſt ius ad rẽ, cõſulit. In ſexta, de iniuſte detentis annectit. In ſeptima, ſup deinceps recipiendis cum appoſitione pœnæ p̃uidet. In octaua, omnium ſic vacãtium p̃uiſio cum decreto ſedi Apoſtolicæ reſeruatur. In nona, q̃s in hoc caſu dicat ordinarius, declaratur. In decima, ſub ſtinetur de q̃b bñficiis intelligatur. Secũda, [Vnde inter cætera.] Tertia, [Nos itaq;.] Quarta, [Statuimus.] Quinta. [Per hoc.] Sexta, [Porro,] Septima, [Qui vero.] Octaua. [Quæ omnia.] Noua. [Cæterum.] Decima, [Quantum autem.]

a Execrabilis.] ſic Incipiebat q̃dam conſtitutio Alexãdri iiij. loquẽs de poteſtate legatorum circa bñficia conferẽda. Gul. de monte Lauduno.

b Sæcularium.] ſuple clericorum & ſic cõcordãt iſti in hoc, licet diuerſificẽt ſe in aliis, vt 16. q. 1. alia; vñ quaſi totus mundus conuenit in hoc caſu ſup. de ele. quorundam, lib 6.

c Ambitio. ſic ſup. de præb. q̃ a in tantũ.

d Inſatiabilis.] ad inſtar ignis materialis, cuius ardor tanto fortius accenditur, quanto magis de lignis in eo ponitur, & eſt huius ratio: nam talium dilectores vbi magis abundãt in talibus, magis ad amorem inflammãtur eorum: quia nunquam

quia plus † timeri ſolet quod ſpecialiter iniungi tur, quam quod generaliter imperatur, hac reſeruatione noſtra & decreto ligari volumus ignorantes. Et quia bullam noſtrã non habemus ad præſens & cautelam præſentium & memoriam futurorum huiuſmodi reſeruationẽ cum præmiſſi interpoſitione decreti ſcribi, & in publicam formã redigi iuſſimus per Bernardum Caprarij publicum notariũ infraſcriptum: quam etiã ſigilli, quo vtebamur olim Burdegalenſi. eccleſię præſidẽtes, fecimus appenſione muniri. Datum Burdegalę, ij. Calen. Augusti, Pontificatus noſtri anno primo.

Ioãnes xxii. epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

tere teneantur: alias omnibus ſic diſpenſatis ſint ipſo iure priuati. Et idem de beneficiis, in quib. ius eſt ad rem dum vacabũt. de pluribus etiam talibus iniuſte tamen & ſine diſpenſatione detentis, ordinat quod vltimum retineant, & omnia alia dimittant intra menſem, alioquin omnibus ſint priuati. Item vult quod qui amodo talia receperint, dimiſſionem de primo faciant coram ordinario cũ effectu, alioquin ſint omnib. ipſo iure priuati. quæ omnia ſic vacantia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis, reſeruat, interpretãs ordinarios in hoc caſu ſolos diœceſanos beneficiorũ ſic dimiſſorũ. Item hoc vult de ſolis beneficiis intelligi in quibus quis per ſe, vel vicarium ſuum temporalem curam animarum vel ſpiritualem iuriſdictionem exerceret de conſuetudine, vel de iure. h. d. de Lau.

Papa hic primo ambitionem & importunitatem quorundam religioſorum & ſecularium ſuper obtinendis pluribus beneficiis diſpenſatiue, qui inſufficientes quandoque erant pro vno in diuerſis locis regnis & aliis locis diſtantibus recitans, appo nit plures ex hoc contingentes inconuenientias. et tandem ſtatuit, quod omnes (exceptis Cardinalibus, ac regum filiis,) qui ſuper pluralitate beneficiorum, quæ alias de iure non potuerunt obtineri, diſpenſationem obtinent, unum cum cura, aliud ſine curat, poſſint d tẽpore notitiæ eligere intra mẽſem & alta cum effectu dimit

CAP. IV.

Execrabilis a † quorundã tã religioſorũ, quã ſęcularium b ambitio c, quę ſemp plus ambiens, eo magis inſatiabilis d creditur, quo ſibi amplius indulgetur, & improbitas importuna e petentium à nobis & prędeceſſorib. noſtris Romanis Pontificib. non tam obtinuiſſe, q̃ extorſiſſe f plerumq; noſcuntur, vt unus interdũ ẽt ad vnum beneficiũ eccleſiaſticũ minus idoneus g, in diuerſis eccleſiis h nedũ vicinis, ſed abinuicẽ longe diſtantib. i immo nonnunquã in diuerſorũ regnorũ k partib. ſituatis, plures

Hortatur quendam in multis commendatum, vt curam paſtoralem adminiſtret in eccleſia, quæ de nouo fuerat in cathedralem erecta. hic autem inuenies multa notatu digniſſima, quæ debent lectores ad deuotionem accendere.

CAP. IX.

Eccleſiæ cuiuslibet ſtatus eſt pręparandus.

AD cuiuslibet ſtatus eccleſiæ aciē ſollicitæ cōſiderationis extendimus, paſtor ad les partes officio vigilanti adhibētes, vt earū ſingulę paſtorib. gubernētur idoneis, & prouidis rectorib. diſponātur: quorum diſpenſatione prouida & prouidentia circumſpecta (illius cooperante clementia, qui vere paſtor & rector agnoſcitur) ſpiritualiū & temporalium proficiant incrementis. Nuper ſiquidē ex certis & rationabilib. cauſis, quæ ad hoc noſtrū animum induxerunt, ciuitatem olim villam montis Albani tunc intra limites Caturcen diœceſis conſtituta, qui locus inſignis exiſtit, ac vbertate multiplici hoīum & rerū exuberat, de fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicę plenitudine ptātis, ciuitatis vocabulo duximus decorandā: ſtatuentes ac ēt decernentes, vt eccleſia monaſterii illius loci montis Albani monaſterii Caſa Dei ad Roma. Eccl. nullo medio pertinētis, ordinis ſancti Benedicti Claremonten. dięce. tunc immediate ſubiecta, ex tunc haberetur & exiſteret eccleſia cathedralis. poſtmodū vero de celebri ſic ſalubri prouiſione ipſius montis Albani vt ſponſi ſolatio lætaretur, ſollicite cogitantes ac volentes illum eidē pręficere in paſtorem, de quo certā haberemus notitiā, qui eum clara morum inſignia redimerent, nec eſſet dubia eius charitas circa plebem ſuo regimini cōmittendā, & in cuius fiducia conſiſteret ſalubriter ſecuritas ſubditorum: Ad te tunc monaſtrii prædicti abbatem, quem litterarum ſcientia pręditum, vitæ & morū honeſtate decoratū, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum in tpalib. prouidum, in ſpiritualibus circumſpectum nobis & fratribus noſtris placida tua conuerſatio continuata diu apud ſedem Apoſtolicam approbauit, direximus oculos mentis noſtræ: quibus omnib. debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem fratrib. ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum fratrum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem eccleſiæ montis Albani prouidimus, præficientes eidem ſanctæ eccleſiæ teipſum in paſtorem, tibique curam & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, ac tibi poſtmodum faciendo per venerabilem fr. trem noſtrum Berengarium epiſcopum Tuſculan. munus conſecrationis impendi. Firma

Eccleſiæ ſpōſus prælatus dicitur eſſe.

Eccleſiæ viduatæ præficiendus, in multis debet eſſe commēdatus.

Prælatus bonꝰ multa bona facit eccleſiæ, iugũ Dei eſt leue & ſuaue.

ſpe, fiducia tenentes quòd eadẽ eccleſia monaſterij Albani (Dominica aſſiſtente clementia) per tuæ circunſpectionis, & induſtriæ ſtudium fructuoſum ſeruabitur a noxijs & aduerſis, & ſpiritualibus & temporalibus proficiet incremẽtis. Tolle igitur Dei iugum tam leue collis humilium quàm ſuaue, ac dilectione, paſcẽdum ſuſcipe gregem eius, ſuper quem noctis vigilias dilectus ſollicituq; cuſtodi, vt liber non pateat aditus inuaſori, & Dominus inſuſpicabili hora venturus ſi te inuenerit ſic agentem, curſu conſumato, qui tuo labori præponitur, & horum fide ſeruata, quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te repertum fidelẽ in modico, ſupra multa conſtituat, ac in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula, introducat. Datum, &c. anno quarto.

Fidelis ĩ modico ſu. multa conſtituẽtur.

Idem Hugoni de Mirabello canonico Eburedunen. collectori fructuum primi anni, &c.

Declaratur, an collector fructuum primi anni omnium beneficiorum eccleſiaſticorum vacantium & vacaturorum vſque ad certi temporis ſpatium deputatorum pro cameræ Apoſtolicæ oneribus facilius ſupportandis, poſſit cum obtinentibus beneficia conuenire, & an altaria dotata cadant ſub tali reſeruatione, &c.

C A P. X.

POſtulaſti p Apoſtolicæ declarationis euidentiam edoceri, quid tibi ſuper dubijs infraſcriptis circa cõmiſſam tuæ induſtriæ recollectionem fructuum prædictorum alias præbendarum aut beneficiorum imminentibus ſit agendum; Tuæ itaque poſtulationibus benigniter reſpondentes, te ſcire volumus beneplaciti noſtri eſſe ſuper fructibus beneficiorum, quæ ita repertes in ſolutione decimæ iuxta. verum taxata valorẽ, quòd illum nequaquã excedunt cum obtinentibus huiuſmodi beneficia prout melius & vtilius diœceſanis locorum in quibus huiuſmodi beneficia fuerint quorum conſilia in hac parte requiras & tibi videbitur, valeas conuenire. Nos enim ipſorum diœceſan. & tuam conſcientiam ſuper his oneramus.

Conſciam aliorũ quandoque Papa onerat.

Licet autem quotidianæ diſtributiones per nos fuerint a perceptione fructuum prædictorum excluſæ, hoc tamen volumus de diſtributionibus ipſis intelligi, quę dãtur eis qui horis interſunt, ſic ꝙ illæ quæ ſoluuntur iis qui ſunt in ciuitate, vel loco præſentes, quamuis horis non interſint eiſdem, non ſint ab onere dictæ recollectionis immunes.

Porro declarationem illam factam per nos in deputatione ſeu reſeruatione fructuũ prædictorum, vt videlicet non extendantur ad vicarias ſeu capellanias vt plurimum a decedentibus inſtitutas ad Miſſas pro ipſis decedentibus celebrandas, certis conſtitutis redditibus presbytero inibi celebranti, locum habere volumus in altaribus dotatis certis feudis vſuaticis ſeu cenſibus, vt capellanus inibi celebrare debeat pro dantium animabus certis vicibus, ſingulis ſeptimanis, & in eccleſia cathedrali horis intereſſe diuinis, dummodo valor annuus ipſorum altarium ſummam xx. lib. Turon. non excedat.

Reddiť premiſſis celebrandis a decedentib. relictis, nõ ſunt aliquatenus diminuẽdi.

Alioquin includãtur in deputatione ſeu ſeruatione prædictis.

Vbi vero præbenda fuerit in decima pro tanto taxata, quod parum poſſet canonico hebdomadario (cui certum pro illa ſeruitium imminet in eccleſia faciendum) poſt perceptionem taxationis huiuſmodi remanere, volumus quod de taxatione ipſa pro huiuſmodi ſeruitij onere portionem aliquam congruam prędicto hebdomadario dimittas, pro iam dicta camera noſtra reſiduum percepturus. Cæterum præbendas illorum, qui taxationẽ decimæ ſoluere recuſantes abeſſe velle ſe ſimulant, vt taxationem ipſam diminuere compellantur, vt per illorum abſentiam huius perceptione taxationis fraudaris, quaſi vel de pbenda percipere valeas, de qua non percipiunt aliquid, niſi ſaltem in loco in ciuitate præſentes, cum tamen eccleſiæ fabrica tales pręebendas ex integro percipere dignoſcatur, declaramus ſub deputatione ſeu reſeruatione comprehendi præfata, vt videlicet eas iuxta deputationis noſtræ modum percipere valeas, canonicorum ipſorum abſentia, nõ obſtante. Ridiculum enim eſſet vt eadem fabrica priori quam nos priuilegio in talibus vteretur.

Papa in perceptione fructuum eſt fabricæ præferendus.

De illis denique qui licet per multos menſes tenuerint eccleſias vel præbendas, nihil tamen ſe percepiſſe aſſerunt ex eiſdem, cum iuxta conſuetudinem patriæ prædeceſſo-

Digitized by Google

Teſtati ſi bonis eccleſiæ, an clerici poſſint, vide no. in c præſenti, de offi. ordi. lib. 6.

deceſſores eorum teſtati fuerunt de bonis illarum, propter quod ipſi obtinentes tales eccleſias tibi ſatisfacere nequeunt de fructibus antedictis: nihilominus offerentes, quod tamdiu fructus eccleſiarum ipſarũ percipias, donec tibi fuerit inde plenarie ſatisfactum, placet nobis & volumus, vt ſi eſt ita oblationi huiuſmodi condeſcendas: per hoc tamen non intendimus conſuetudinem approbare prædictam. Datum Auinioñ. v. Idus Octobris Pontificatus noſtri. anno ſecundo.

Idem.

Cum Romanus Pontifex pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatibus fructus beneficiorum vacantium vſque ad certum tempus reſeruaſſet, circa illam reſeruationem plurimæ ambiguitates ortæ ſunt, quas hic ſoluit.

CAP. XI.

Fructus bñficiorũ a Papa q̃ñq; p Eccleſiæ Romanæ neceſſitatib. reſeruantur.

CVm nonnullæ eccleſiaſticæ perſonæ in cathedralibus eccleſijs canonicatus præbendas dignitates, perſonatus, & officia, ac alia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, reuocare conentur in dubium, an fructus, redditus, & prouentus primi anni beneficiorum eccleſiaſticorum etiam vacantium, & quæ in diuerſis orbis partibus vſque ad triennium vacare contingeret, quos pro Eccleſiæ Romanæ neceſſitatib. per noſtras ſub certa forma literas duximus reſeruandos, iuxta tenorem litterarum ipſarum cameræ noſtræ ſoluere teneantur, præſertim cum archiepiſcopales & epiſcopales eccleſiæ ac regulares abbatiæ ab huiuſmodi ſolutione fructuum (vt dicunt) in dictis literis eximantur.

Dubitationes ſunt amputandæ.

Nos dubitationem huiuſmodi amputare volentes, auctoritate Apoſtolica declaramus, quod cum ſub appellatione archiepiſcopalis vel epiſcopalis eccleſiæ aut regularis abbatiæ, huiuſmodi præbendæ, dignitates, perſonatus & officia nequaquam intelligantur, nec etiam includantur, prædictos,[a] necnõ & præbendarum & officiorum, monachorum, monaſteriorum regularium, ac redditus abbatiarum, ſeu abbatuum earundem, quæ in beneficijs eccleſiaſticis aſſignantur, diſtinctos fructus redditus & prouentus includi in deputatione prædicta, & dictæ cameræ iuxta prædictarum literarum tenorem debere perſolui: ac id idem ſuper ſolutione omnium fructuum, redditũum & prouentuum commendatariarum curtuum[b] ſeu grangiarum, monaſteriorum, domorum & locorum conuentualium, quæ pro beneficiis eccleſiaſticis vt prædicitur conceduntur niſi dumtaxat in fructibus illorum quæ ſunt forſan excepta declaramus & præcipimus obſeruari.

CVM Nonnullæ.

a Prædictos] Alias prædicta.

b Curtuum.] Alias cultuum.

Diſtributiones quotidianæ, quæ conſiſtunt in potu & pane, quæque in aliis rebus.

Præterea cum in aliquibus eccleſijs tam cathedralibus quam alijs, panis & potus pro quotidianis diſtributionib. ipſarum eccleſiarum canonicis & perſonis de præbendarum ipſorum corporibus pro die quolibet deputetur, & etiã interdum certa quantitas bladi, & quandoque certa pecuniæ ſumma, & aliquando alterum pro altero pro ſingulis menſibus vel hebdomadis etiam canonicis ſtudiorum cauſa, aut alias pro eorum negotiis de licentia capitulorum eccleſiarum ipſarum ab eccleſiis eiſdem abſentibus exhibeantur, & etiam perſoluantur: declaramus auctoritate prædicta, illam bladi quãtitatem & pecuniæ ſummam, quæ pro quolibet menſe vel hebdomada dictis canonicis (vt prædicitur) miniſtrantur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis & nocturnis horis diſtribuuntur ſine fraude.

Horarũ, q̃ ſunt diuinæ quædam notitiæ.

Adiicimus inſuper declarationi prædictæ, quod ſi obtinenti curatum beneficium, aliud ſibi conſimile collatum fuerit, vel etiã in poſterũ conferatur, poſt ſecundi pacificam poſſeſſionem adeptã & fructuum perceptionem ipſius, nihil de fructib. eiuſdem primi beneficii (niſi forſan ſuper hoc diſpenſatione canonica ſit munitus) percipere poſſit, ſed pro dicta camera noſtra iuxta formã dictarum literarum recipiantur, & etiã exigantur. Vbi vero fructuũ, redditũum & prouentuum beneficiorum eccleſiaſticorum non repeiretur certa taxatio, declaramus auctoritate prædicta, quod fructus redditus & prouentus beneficiorum huiuſmodi, cum vacare contigerit, per medium diuidantur, quorum medietas recipiantur pro camera prædicta, reliquã vero medietatem ille pro ſua ſuſtentatione percipiat,

piat,

Digitized by Google

Adminiſtratores ad voluntatē ſuperiorū qñ ſunt remouibiles.

piat, qui beneficium huiuſmodi dignoſcitur obtinere.

Grangias autem & alia loca Ciſtercienſis ordinis & aliorum locorum regularium, in quibus gubernatores ſeu cuſtodes vel adminiſtratores ponuntur ad tempus, & remouentur ad voluntatem ſuperiorum ſuorum, eorumque fructus, redditus, & prouētus auctoritate declaramus eadem in deputatione prædicta ac literis noſtris ſuper illa confectis aliquatenus non includi. Nulli ergo oino, &c. Datum Auinione Nonis Ianuarii, Pontificatus noſtri anno quarto.

Idem.

Fructus amborum beneficiorum, quibus quãdoque beneficiatus priuatur, cameræ Apoſtolicę deputantur.

C A P. XII.

CVm nonnullæ eccleſiaſticæ perſonę reuocare conentur in dubium, an ſi obtinenti dignitatem vel aliud beneficium eccleſiaſticum cui cura imminet animarum, aliud beneficium cōferatur, eo caſu quo ambo beneficia ipſa ſucceſſiue vacare contingit, eorūdem amborum fructus primo anno quo vacant ratione deputationis fructuum, redditu um, & prouentuum eccleſiaſticorū tūc vacantium, & quæ vſque ad certum tempus va care contingeret, quos pro Eccleſię Romanę neceſſitatib. releuādis, per noſtras litteras duximus depuotandos, noſtræ cameræ debeantur: Nos ambiguitatem huiuſmodi remouere volentes auctoritate Apoſtolica declaramus, amborum eorundem beneficiorum fructus, redditus & prouentus (cum vtrumq; ipſorum vacet) pro eadem camera percipi & haberi. Nulli ergo, &c.

Benedictus xij.

Diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruantur beneficia curialium, & aliorum ad curiam accedentium, vel ab ea recedentium, ſi moriantur in locis vltra duas dietas legales ab ipſa curia non diſtantibus.

C A P. XIII.

a Omnes patriarchales. Jaccipe, infra in fine, reſeruamus ordinationi, & cætera.

Bñficiis viri dētibus ſunt aſſumēdi viri, q illis præſint & proſint.

AD regimen Eccleſię generalis quamquam immeriti ſuperna diſpoſitione vocati, gerimus in noſtris deſideriis, vt debemus, quod per noſtræ diligentiæ ſtudiū ad quarumlibet eccleſiarum & monaſteriorum regimina & alia beneficia eccleſiaſtica iuxta diuinum beneplacitum, & noſtræ intētionis affectum, viri aſſumantur idonei, qui præſint & proſint committēdis eis eccleſiis, monaſteriis & beneficiis prælibatis.

Præmiſſorum itaque conſideratione inducti, & ſuadentib. nobis aliis rationabilib. cauſis, nonnullorum prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum veſtigiis inhærentes, omnes patriarchales a, archiepiſcopales, & epiſcopales eccleſias, & etiam monaſteria, prioratus, dignitates, perſonatus & officia, necnon canonicatus, & præbendas, & eccleſias, cæteraq; beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ſecularia & regularia quæcunq; & qualiacumq; fuerint et ſi ad illa perſonæ conſueuerint ſeu debuerint, per electionem ſeu quēuis alium modum aſſumi, nunc apud ſedem Apoſtolicā quocunque modo vacantia, & in poſterum vacatura, necnon per depoſitionem vel priuationē ſeu tranſlationē, aut muneris conſecrationis ſuſpenſionē, per fœlicis recordationis Ioannē Papam vigeſimū ſecundum, prædeceſſorem noſtrum, ſeu eius auctoritate factas, & per nos ſeu auctoritate noſtra in antea faciendas vbilibet: Necnon ſi forſan tpe iam dicti prædeceſſoris aliqui in concordia vel diſcordia electi vel poſtulati, quorum electio caſſata ſeu poſtulatio repulſa, vel per eos facta renūciatio, & admiſſa per ipſum prædeceſſorē vel auctoritate ipſius extiterint, ſeu quorum electorum vel poſtulatorum, & in antea eligendorum ſeu poſtulandorum ac renunciantium electionem caſſari, vel poſtulationem repelli aut renunciationem admitti per eos vel auctoritate noſtra cōtingeret apud ſedem prædictam vel alibi vbicunque: Ac ēt per obitum Cardinaliū eiuſdem Eccleſię Romanæ ac officialium dictæ ſedis videlicet camerariis, vicecācellarii, notariorum, auditorū litterarum contradictarum, & Apoſtolici Palatii cauſarum auditorum, correctorum, & ſcriptorum litterarum Apoſtolicarum ac pœnitentiarii prefatæ ſedis, ac abbreuiatorum, necnō commenſaliū, & aliorum quorumlibet capellanorum ſedis eiuſdem

Electio caſſati, & poſtulatio repelli tur.

Officiarii Papæ diuerſi ſunt.

eiuſdem & etiam quorumcumque legatorũ ſiue nũtiorum, ac in terris Eccleſię Romanę rectorum & theſaurariorum per dictũ Ioannem prædeceſſorem, uel nos ſpecialiter deputatorum ſeu miſſorum hactenus vel a nobis deputandorum aut mittendorum in poſterum, nunc vacantia & in antea vacatura vbicunque dictos legatos vel nuntios ſeu rectores aut theſaurarios, antequam ad Romanam curiam redierint ſeu venerint, rebus eximi contigerit ab humanis. Nec non quorumlibet pro quo quibuſcunque negotiis ad Romanam curiam venientium, ſeu etiam recedentium ab eadem, ſi in locis à dicta curia vltra duas dietas legales non diſtantibus iam forſan obierint, vel eos in antea tranſire contigerit de hac luce: Ac etiam ſimili modo quorumcũque curialium peregrinationis, infirmitatis, aut recreationis, ſeu alia quacunque cauſa ad quæuis loca ſecedentium, ſi eos antequam ad dictam curiam redierint in locis vltra duas dietas ab eadem curia (vt præmittitur) non remotis, dummodo eorum proprium domicilium non exiſtat ibidem, iam forſitan deceſſerint, vel in poſterum eos contigerit de medio ſubmoueri, nunc per obitum huiuſmodi vacantia, & in poſterum vacatura: Rurſus monaſteria, prioratus, decanatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, canonicatus, præbendas, & eccleſias, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, ſecularia & regularia, cum cura vel ſine cura, quæcunque & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonæ conſueuerunt & debuerunt per electionem aut quemuis alium modum aſſumi, quæ promoti per dictum prædeceſſorem vel eius auctoritate ad patriarchalium, archiepiſcopalium, & epiſcopalium eccleſiarum, nec non monaſteriorum regimina obtinebant tempore promotionum de ipſis factarum nunc vacantia: Et qui per nos ſeu auctoritate noſtra in poſterum ad eadem regimina promouendi tempore promotionis huiuſmodi obtinebunt: Nec non etiam quæ per aſſecutionem pacificam quorumcumque prioratuum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum & prębendarum eccleſiarum, & beneficiorum aliorum per nos vel eundem Ioannem prædeceſſorem, ſeu auctoritate litterarum noſtrarum, vel ipſius Ioannis prædeceſſoris collatorum, & conferendorum in poſterum, nunc vacantia & in antea vacatura (plena ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis cum fratribus noſtris collatione præhabita, & matura deliberatione ſecuta) ordinationi, diſpoſitioni, & prouiſioni noſtrę (donec miſerationis diuinæ clementia nos vniuerſalis Eccleſię regimini pręſidere conceſſerit) de ipſorum fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica reſeruamus, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper pręmiſſis, & quolibet eorum per quoſcũque quauis auctoritate ſcienter vel ignorãter contigerit attentari. Non obſtantibus quibuſcunque conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus editis, quatenus obſiſtere poſſent ſuper enarratis articulis, vel alicui, ſiue aliquibus eorundem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reſeruationis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Auinione tertio Idus Ianuarii, Pontificatus noſtri anno primo. M.cccxxxv.

¶ Paulus Venetus Papa ſecundus.

Beneficia quæcunque ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, per talem reſeruationem ſunt affecta, ita quòd illorum collatio non tenet, ſi per alium a Romano Pontifice fuerit facta.

CAP. XIIII.

Lites ex iuris dubiis ſæpe oriuntur.

AD Romani Pontificis prouidentiam & circumſpectionem prouidam ſpectare dignoſcitur, dubia iuris (ex quibus lites graues oriuntur indies) ſuę declarationis oraculo terminare, prout negotiorum qualitate & temporum conditione inſpectis, conſpexerit in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque nonnulli Romani Pontifices prędeceſſores noſtri per

diuerſas

Digitized by Google

diuerſas eorum conſtitutiones, quas ſuo tempore dumtaxat durare voluerunt, quæcunque beneficia eccleſiaſtica, quæ ſui & ſanctæ Romanę Eccleſiæ viuentium, & tunc exiſtẽtium Cardinalium familiares continui commenſales obtinebant, & in poſterum obtinerent, & eorum familiaritate durante, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitũ Cardinaliũ eorundem vel alias receſſiſſent, nec non illa q́ etiam fructuum & prouentuum cameræ Apoſtolicæ debitorum collectores; & qui ipſorum prædeceſſorum temporibus ſua officia exercerent, vniti ſub collectores durantibus eorum officiis obtinebant, ac in quibuſcunq; locis vacauerint, cum irritantis appoſitione decreti, & deinde prædeceſſoribus ipſis ſublatis de medio, ac eorum beneficiorum occurrẽtibus vacationibus, inter vtriuſque iuris interpretes, etiam officiales Romanæ curiæ ſæpe numero hæſitatum extiterit, an beneficia huiuſmodi propter reſeruationem & decretum prædicta, reſeruata vel affecta remanſerint: ita quòd nullus præter Romanum Pontificem de illis diſponere potuerit ſiue poſſit, reſeruatione & decreto obſiſtentibus ſupradictis. Ac cum propter ambiguitatem huiuſmodi varias quoque iuriſperitorum opiniones & diſcrepationes ipſas aduerteremus; plerumque pro reſeruatione & affectione præmiſſis, interdum vero econtra pronunciatum & diffinitum fore.

Prælatus ui g lem paſto rem imita.i dét.

¶ Nos qui vigilis more paſtoris ſuper his maturo prouidendum eſſe conſilio non indigne cenſuimus. Et propterea in ſingulis cauſis ſuper quibus ſuis bñficijs eccleſiaſticis eãdem ambiguitatem quomodolibet concernẽtibus vſque ad noſtrum beneplacitum ſupſedere mandauimus: cupiẽtes (quemadmodũ noſtro incumbit officio) dubiis huiuſmodi finẽ imponere, ſubditorum obuiare diſpendijs, & (ne lites fiant penitus immortales) de opportuno remedio prouidere: Felicis recordationis Vrbani quinti, Gregorij noni, Bonifacij octaui Romanorum Pontificũ etiam prædeceſſorum noſtrorum, qui ad ſubmouenda altercationum fomenta, & ambiguitates huiuſmodi lucidandas, declarationes ſimiles per ſuas litteras ediderunt, veſtigiis inhærendo, ac prouide conſiderantes effectum per reſeruationem manuſque appoſitionem eorundem prædeceſſorum in dictis beneficiis in eſſe productum per obitum ipſorum nequaquam cenſeri debere re-

Lites dẽntur breues.

Romani Põtificis manus eſt magnæ virtutis.

vocatum. Romani quoque Pontificis manus appoſitionem prædictam tantę efficacię tantæque virtutis exiſtere, vt etſi litterę Apoſtolicę ſuper prouiſionibus beneficiorum, aut de prouidendo mandatis, in quibus decretum & reſeruatio huiuſmodi apponuntur, ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum: facultatem tamen prouidendi de beneficiis taliter reſeruatis quibuſcunque aliis fuiſſe ademptam, huius perpetuę & irrefragabilis conſtitutionis edicto de venerabilium fratrum noſtrorum ſanctæ Romanę Eccleſię Cardinalium conſilio, oĩa & ſingula beneficia eccleſiaſtica ſęcularia & cuiuſuis ordinis regularia, (etiam ſi prępoſitatus, canonicatus, præpoſiturę, & prębendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerunt, etiam ſi ad illa conſueuerint qui illis pręficiuntur per electionẽ aſſumi, eiſque cura immineat animarum vt pręmittitur) reſeruata, & per Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros canonice intrantes in poſterum reſeruãda, ac etiam quouis modo vacantia & in antea vacatura, per huiuſmodi reſeruationem & decretum remanſiſſe, & remanere ſemper affecta, nullumque de illis (cum primum vacare contigerit) pręter eundem Romanum Pontificem ea vice quouis modo diſponere potuiſſe ſiue poſſe, harum ſerie decernimus & pariter declaramus. Quòd iam in pendentibus etiam per appellationem, quam in futurum ſuper eiſdem beneficiis ut præmittitur, reſeruatis, committendis cauſis, per dilectos filios magiſtros, capellanos noſtros cauſarum Palatii Apoſtolici auditores, atque alios quoſcũq; delegatos & iudices vbilibet inuiolabiliter obſeruari, & ſecundum pręmiſſa, nec aliter ſententiari & diffiniri volumus atque mandamus, & eis eorum cuilibet, quauis alia ſuper pręmiſſis interpretãdi facultate ſublata; Decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę conſtitutionis, declarationis, uoluntatis, mandati & decreti infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romę apud ſanctum Marcum, anno incarnationis Dominicę M. cccclxvij.

Bñficia pq. dicuntur affecta.

Calen.

Hæc extrauagans reperitur inter ex. Ioã xxii. ſub ti. de ele. cum gl. dñi Zenzelini: hic vero ponitur cũ gl. Gulielmi de monte Laudu.

SVſcepti r.] Hæc decre. poteſt intitulari ſub titulo, de reſcriptis, vel ſub tit. de elect. vel ne ſede vac. vel ſub illo, ut eccl. bñ. uel ſub illo, de uerb. ſign. Et diuiditur in quinque partes. Primo ponitur concedendæ conſtitutionis cauſa ex occaſio. Secundo ſic ſide quo agitur, ſummaria recitatio. Tertio ſuper taxatis conſtituitur. Quarto de non taxatis annectit. Quinto non ſeruantib. diuerſa pœna apponit. Secunda, [Cum itaq.] Tertio [Nos d illo.] Quarta, [In illis.] Quinta, [Et ſi quicquam.] Et ſic hæc facta eſt ad declarationem illorum in tit. ſ. de eccl. bñ. c. vnico in fi. ne ſe. va. va. c. 1. p Inn. de ver. ſig. ma. de priuileg. ſi Papa, & de præb. ſi tibi conceſſo. lib. Gul. de monte Lauduno.

Cal. Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶ Ioannes vigeſimus ſecũdus epiſcopus ſeruus ſeruorũ Dei ad perpetuam rei memoriam.

¶ Papa volens prouidere diuino cultui & miniſtris eiuſdem, et occurrere diſpendiis, quę ipſis quotidie imminent propter occupationes vacantiũ eccleſiarũ primi anni, quę cõpetiit ex diuerſis titulis aliquib. eccleſiis ſeu perſonis: ſtatuit quod añ talis occupatio imminebit in beneficiis, quę conſueuerint in decimæ ſolutione taxari, collectores ipſorũ annaliũ ſint contenti ipſa ſumma, pro qua conſueuit dari decima, ſi ipſam eligẽdam duxerint, tali reſiduo penes eũ cui collatum eſt beneficium, remanẽte: uel dimiſſa eadem ſumma p̃dicta, poſſint dictum reſiduum ſibi aſſumere, dum tamen alterum intra decem dies dicti eligãt collectores, alias poſt decẽ dies ipſorum optio in beneficiatum tranſeat ipſo iure. In nõ taxatis aũt fructus decimabiles illius anni diuidantur per modum, & vtrique eorum medietas tribuatur: ita quod ſi alter diuidi noluerit contẽtari, ipſa in uolentẽ tranſeat ipſo iure. Et ſi quicquam aliquis contra dictã ordinationem receperit, pœnas hic contentas incurrat.

CAP. VNIC.

SVſcepti regiminis a, nos cura ſollicitat, vt quæ in Eccleſiis non abſq; diſpendio b miniſtrorum, c & cultus d detrimento diuini ſeruari videamus, per appoſitionem congrui moderaminis in melius reformemus. Cum itaque e in nonnullis Eccleſiis f

a Suſcepti.] ſimile ſ. de præb ſuſcepti. lib 6.

b Diſpendio. de his de reſer diſpendia. in prin. lib 6.

c Miniſtrorum. gñri n. talium intendit hic Papa prouidere, non aũt pſonis ſingularibus & ſic erit perpetuum & fauorabile. ar. 12. q. 2. liberu. maxime cum fiat in fauorẽ diuini cult', ut patet ſ. alias. n mere pſonalia pſonas non trãſgrediuntur, immo cum eis pereũt, & maxime dẽnt vt odioſa reſtringi. inſt. de iure natu §. ſed & q principi. ſup. de reſer. quia p ambitioſam. li. 6 Notanter dicit, miniſtrorũ ſub nomine officii non proprio, q. d. hic

Vitium odio pſequamur non naturã.

Papa, prouidere intendimus arti. & virtuoſæ induſtriæ hominum, non naturæ; ſicut econtrario vitium hominis debet haberi odio non natura. 84. diſt. odio & 86 diſ. donare. Notabis etiam hic, quòd Papa nedum diuino cultui, de quo inf. immo etiam diſpendio miniſtrorum prouidere intendit, etiam principalius & fortius: quod patet in hoc, quod in ſcripturæ ordine hic præmitur, arg. iuriu, § de ele ſi quis iuſto, & de præb. mandato. lib 6. Ex quo ſequitur quod nedum reſidentes vere, ſicut ſunt illi, qui interſunt horis diuinis: immo etiam præſumptiue & iuris fictione, ſicut exiſtentes in Papa vel Cardinalium ſeruitio, uel ſtudio theologiæ vel ſimiles gaudeant huiuſmodi beneficio decre. de quo dicit infra. Guliel de monte Laudu.

d Et cultus.] multa ſunt ſpiritualia in fauorem diuini cultus ſtatuta ſup. de conſt ex parte. de reſer. quia per ambitioſam. lib. 6. de cele. Miſ. graui. concil. Viennen. un de cum cultus diuinus ſit iuris publici. 1. diſtin. ius publicum, pacto priuatorum tolli, ſeu ipſi renunciari non poteſt. de pac. l. ius publicum ſup. de foro comp. ſi diligẽti. maxime cum uideatur inhærere præceptis primæ tabulę, 32. q. 7. quid in oib. ex quo videtur, q etiam Papa non poſſit ſuper hoc ſine magna cauſa diſpenſare: enim infirmitas ab hoc excuſat, ne vicarius tollat penſionem a domino ſibi ſpiritualiter ſuper quemlibet viuentem de eius patrimonio reſeruatum ſ. de cele. Miſ. c. 1. niſ. & ſuper ſnot modo; niſi illud reſtituat, vt ſi non remittat peccatum, ſi cum poteſt [maxime Deo] non reſtituetur ablatum: cum et idem eſſet de penſione illum domino priuato ſubtracta ar. ſup. de uſur. cũ tu. 16. q. 1. reuertimini, cum ſim. Sed nũquid poterit huic beneficio renunciari? Credo q ſic, inquantum tangit ius cuiuſuis priuati: ſed inquantum. Eccleſiæ, no argum. ſup. de arbi. cum tempore.

Cultui diuino renuntiari non põt.

e Cum itaq; Secunda pars.

f Eccleſiis. de quibus ſi in priuilegio vel ſtatuto expreſſe actum eſt, expreſſioni ſtabit, ſup. de priuil. accepimus, 9. q. 3. cõqueſtus, ſaluo hoc quod legit contra conſuetudinẽ vel ſtatuta inferiorũ, ſup. de ele. ſapr. & de offi. ord. præſenti. lib. 6. alias uſus obtinuit, q monaſteria ſeu loca collegiata nõ comprehendantur: nihilominus ipſæ Eccleſiæ cathedrales argu. ſup. de præben. c. ſi. de conceſ præben. dilectus Si quęras quam Eccleſiam dices collegiatam vel conuentualem quantum ad hæc? Credo q illa dumtaxat, in qua ſunt duo vel plures tanquam facientes vnum corpus, conſueuerit conuentus, capitulum vel collegium vocari: & ſic nihil faciet ibi pluralitas perſonarum vel paucitas: dum tamen ſint duo vel tres: ſed ipſa realitas, ſ. quòd ibi conuerſentur, vnum corpus facientes inſimul. Item credulitas gentium & opinio, ſ. quòd communiter a gentib. cõſueuerint ſic appellari & haberi ut tales, hoc dico per iura ſup. de ele. nullus, de excel. prælator dilecta de proba per tuas. qui ſi ſint legi tranſmiſſæ 3. q 7. §. tria, de præb. de multa. per Inn. Quid ergo erit de Prioratibus monaſteriorum Olumal. Caſæ Dei, Grandimontem maioris monaſterii Præmonſtraten. uel ſimilibus, In quorum aliquibus quandoque conſueuerunt eſſe quatuor monachi, quandoque aſſociantes Priores ibidem, nunquid collectores percipient talium annalia cum vacabunt? Credo quod non debeant collectores ab iſtis tanquam à collegiis excludi: cum tales potius ſint tamquam per modum aſſociationis, quam collegii ſeu conuentus per c. dilecta,

Eccleſia quã dr̃ collegiata.

obſeruetur a c & a longis b retroactis temporibus, fuerit obſeruatum, quod fructus† primi vel ſecundi, aut alterius c cuiuſque ſequentis anni, beneficiorum vacantium d in eiſdem, defuncto, vel fabricæ, aut eccleſiis vel perſo

Archipresbyteri Bituricẽ mutantur mutato prælato.

dilecti ii de hoc plene notaui ſup. de reſer. & principalia, & de ſtatu. reg. ne in agro. Sed quid de celeraria Eccleſiæ ſancti Stephani Tholoſæ; in qua de anno in annum mutantur celerarii; vel de archipresbyteratib. diœceſis Bituricen. qui ad mutationem archiepiſcopi vel capituli in regimine cathedralis Eccleſiæ renouantur: nunquid a talibus percipient? Credo, quod non, cũ nõ dicantur vacare proprie, nec inſtitutio bñficiorum eſt apud celerarios ſeu archipresbyteros temporales: ſed apud illos potius, quorum iſti vices gerunt, ſicut dicitur de uicariis temporalib. in fi. extrauagantis, Execrabilis, & dixi ſup. de offi. uica. quæ de Eccleſiis concil. Viennen. facit ſup. de conſue. c. 2. li. 6. in uerb. perpetua. Et idem de co paſtione de grangiis monachorum alborum, vel monialium fontis Ebrandi ſanctæ Claræ, vel de Prolhano ſeu ſilenſium, & de aliis poſſeſſionib. traditis ſub annua penſione ſiue fratribus de ordine, vel aliis ad vitam vel aliud tempus modicum, quæ per eorum ceſſum vel deceſſum non dicerentur vacare, vt ſup. de præb. quamuis, in prin. lib. 6. 16. q. 1. poſſeſſiones, facit quod legitur & no. ſup. de præſcrip. ſi diligenti.

† Vide extra. Pii V. Pont. Max. incip. Durũ nimis

a Obſeruatur. ſuo prætextu priuilegii uel ſtatuti, de q b. inf. Gul. de monte Landuno.

b Et a longis.]& hic ubi conſuetudo allegatur. Et ſic no. ſufficere conſuetudinem longi temporis, de quo dicetur plenius infra.

Infinitas reprobatur.

c Primi, vel ſecundi, aut alterius.] vel tertii, vel quarti, ſeu deinceps: ſicut lex de replicationib. inſt. de excep. quod infinitum eſt, ire hodie in aliquib. locis, quæ infinita, tamquam diſpendioſa nouis beneficiatis, in iſtis partib. merito eſt reprobanda, arg. ſup. de reſcr. cum in multis, lib. 6. Hic quæro primo, ſi contingat in primo anno bis uacare beneficium: an ille qui primi anni fructus cõperunt, eos per duos annos? Dicunt quidam quod habebit a tempore primæ vacationis vſque ad ſecundam, & a ſecunda per totum annum completum, per l. ff. ad ſenatuſconſul. Turp. l. in ſenatuſconſultum, §. quamquã. Secundo quæro, an poſito quod de conſuetudine mortuus primo anno, fabrica ſecundo ſibi colligeret: ſi Papa pro ſe vel pro paſſagio hoc ſimpliciter leuandum iuſſerit, vel iuſſum per alios ex certa ſcientia confirmauerit: quo ordine iſti leuabuntur? Si eſſet hoc verbum, an teterit, non eſſet dubium: immo etiam dato quòd non ſit, adhuc videtur quod Apoſtolicus debeat præcedere, & in primo anno leuare: licet vltimus ſit in conceſſione ex quo concurrit cum aliis; iuxta ea quæ leguntur ſup. de præb. ſi qui lib. 6. maxime ſi adiecerit Papa in ſuo priuilegio, aliis non obſtantib. de quib. legitur ſup. de reſcrip. alias de priuileg. ſi Papa, lib. 6. ubi dictum eſt latius de hoc in fine.

Cõſuẽ ad pꝛęteita uel pędẽtia, nõ extẽditur in ipſa caucãs.

d Vacantium] a tempore ſ introductionis conſuetudinis, priuilegiis, vel ſtatuti, & ſic alia beneficia, quę ante iſtam introductionem vacare inceperant, licet iſtis ſuperuenientibus adhuc erant libera & vacantia: non cadunt ſub aliquo iſtorum, cum conſtitutio iuris publici vel priuati non extendatur ad præterita vel pendentia, niſi de his expreſſe caueatur in ipſa, in authen. ut cum de appel. cog. in prin. ſup. de iud. diſpendioſam, in fi. concil. Viennen. Quod credo verum, ſi ſit ibi adiectum aliqua certi temporis, ut quia dicitur, fructus vacantium annus, qui tunc curſus illius termini incipiet ſtatim poſt editam publicatam, uel editam ſi ſit decretum, in authentic. vt ſa. no. cuntiiu. in princip. ſup. de elect. ſi eo tempore, lib. 6. ſup. de uerbo, ſignu abbatia, de elect. quiquis, uel etiam ſi verbum futuri temporis ſit ibi interium: puta, vacatura, uel vacabunt, ut ſup. de reſcrip. alias de priuil. ſi Papa, lib. 6. Secus ſi dixit ſimpliciter fructus vacantium, vt hic videretur, quia tunc intelligi debet

etiã de iis, q inueniuntur tempore conceſſionis liberè vacare alias quam per ademptionem pacificam ſecundi: quia tunc etiam fructus primi non habebit, ut ſup. de præb. ſi tibi conceſſo. lib. 6. & pari ratione idem de permutatis vñ, ut inf. dicetur, & dixi ſup. de præb. ſi plures & concilium. Viennen. Et credo quod pacifica adeptio ſecundi ſufficit ad hoc, quod primum quod incompaſſibile eſt, ipſo iure vacet, ad lucrandos in hoc caſu fructus in quocumq; beneficio minori epiſcopatu, ſiue ſit ſolemnis abbatia, ſeu quod vis aliud: dumtamen alias ſub tali forma caderet: per iura. ſup. d. præb. de multa, de elec. commiſſa lib. 6. 21. quæſt. 2. ſi quis. excepto epiſcopatu propter quem quis non amittit priora bñficia ſtatim adepta poſſeſſione, niſi poſt tempore de conſecrandis epiſcopis: quod eſt ſpẽciale in ipſis, vt ſup. de elect. cum in cunctis, cum uero. in princip. Sed quæ beneficia dicuntur vacantia in hoc caſu? Dic

Vacãs quid proprie dr̃.

vacans proprie dr̃, quod a nemine eſt occupatum ſeu poſſeſſum, & ideo hereditas iacens uacare dicitur, nec in eã furtum committi poteſt, ex quo adita nõ eſt. ff. de effrac. & expil. l. 2. ff. de furtis. l. hæreditatis. Et poteſt dici vacans de iure & de facto. Item de iure tantum, non autem de facto, ut ſup. de teſt. ſpo. c. 2. Item de facto tantũ, non autem de iure. ſup. de concef. præb. cum noſtris. Sed in primo caſu hoc contingit multipliciter, morte, renunciatione, depoſitione, permutatione. Mors enim naturalis omnia ſoluit, in tantum quod etiã ſi in inſtanti miraculoſe reſurgeret ſicut Lazarus, non recuperaret bñficium: immo ipſum collectores leuarent, arg. eorum quę leguntur,

Mortuus ſi reſurgeret bñficiũ non recuperaret

& notantur, 33. q. 7. licet, nec in beneficialib. aliquid de iure mortui ad ſucceſſorem tranſmittitur, ſeu ius vnius continuatur in alium: niſi ſola lis incepta prius cum mortuo: & hoc fit de quadam æquitate, non de rigore cum ius beneficiale adeo perſonale ſit, quod perſonam non tranſgreditur; immo in ſucceſſore per omnia ius nouũ creatur: licet ſecus ſit in ſucceſſionib. hæreditariis, in q b. ſucceſſor ſecundus in iure primi ſuccedit continuando ius primi ad ſin. ſine innouatione iuris, ut hæc probantur ſup. de præb. c. 1. 7. q. 1. Moyſes, ſup. ut lit. pẽden. ſi hi contra quos. in ſi. ff. de iud. tam ex contractib. & idem in iure proprietatis reali, ſeu perſonali, quã as eccleſiaſtico, ſup. de offic. dele. quia, vt lite penden. eccleſia maxime vel ſud. de teſtib. ſig. nificauerunt in prin. cum ibi notatis, de hoc dicetur in Extrau. Execrabilis. in aliis autem modis ſicut in ceſſione & ſimilib. licet perdatur ius, dum tã aliquas legitime, hat, nõ ſi ipſa poſſeſſio, niſi hoc per ſniam iudicis declaretur, vel niſi euidenter appareat poſſidentem habuiſſe pro derelicto facto uel uerbo. cum ſemel poſſidens ſemper poſſides præſumatur, hoc probatur ff. de hæret. cum ſecundum. de præb. licet epũs lib. 6. inſt. de rerum diuiſ. §. ſi. ſ. de priuil. dudum. In quo ergo caſu de prius iſſis habebit collector vacatem? Dic quod de iis, quæ conſtat verbo & facto vacare, non eſt dubium: ſed quia de aliquib. eſt dubium hic Primo quæro an beneficia permutata legitime vacare dicãtur? Et videtur quod

Beneficia pmutata an dicantur vacare.

non. Primo propter rationem, ſup. de præb. ſi tibi conceſſo. lib. 6. Secundo, nam permutatio initium efficax non capit ex mutuo conſenſu ſeu voluntate permutantium, ſed ex traditione rei: nam antequam ego habeam tuã præbendam & tum eã non eſt completa permutatio. licet ſecus ſit in emptione & venditione, quæ hñt initium efficax ex ipſo conſenſu ff. de reru. permu. l. 1. §. item emptio. Si ergo adeptio ſola rei permutatæ hunc contractum pficiat: clarum eſt, quod antea nihil quod ut ibi vacans, reperitur: cum totum ut in pendente, nec etiã re adepta, cum iam ſit poſſeſſum, & ſic non inuenitur aliquod inſtans uel momentum quod illa beneficia vocauerint, & ſic non debebuntur collectoribus iſtis. Contrarium patet. Nam in reſignatione reperitur libera iura pro-

pria

priſ reſutario vtriuſque: quæ ambę coofuſe & vno ſpiramine ad inſtar perſonarum diuinarum fieri nō poſſunt immo ad diuerſitatem ſuppoſitorum habet hic ſequitur diuerſitas actuum quod in exercendis illis a & b. impoſſibile eſt, quin ſit dare aliquod inſtās, in quo vacans exſtat vnum antequam aliud ſubſequatur: quod de rigore credo verius, ſed de æquitate primum per c præ dictum, ſi tibi conceſſo. & ī de ter perm. licet l.b.6 Sed quid

nis habentibus annalia de conſuetudine a. priuilegio b, vel ſtatuto applicetur in totum c, ita quod illi qui huiuſmodi beneficia canonice obtinent, & ad quos alias de iure fructus ipſi ſpe

erit ſi ſine alia vacatione beneficii diuidatur in xij. iuxta decre. ſup. de conſtitu. cum acceſſiſſent. ſicut factum fuit de præpoſitura Cæſarauguſtana: ita quòd præpoſitus qui tunc totum tenebat, habeat nunc tantum vnam de xij numquid aliæ partes dicentur vacātes? Videtur quòd in altera parte quantumcunque modica ſaluetur totus titulus & ſic non dicatur vacare: talia enim nomina, quæ ſunt iuris potius quam facti; ſicut ſunt dignitates, nobilitates, corpora, vel ſimilia, in qualibet parte modica, integra perſeuerant: maxime quantum ad ea, quæ in honoribus conſiſtunt. hoc dico per iura ſup. de iurepat. c. 1 ff. de ſerui. viæ l. 10 16 q 7. piæ mētis. facit ff ad munici. l. ſicut municipii § vlt. de conſec. diſt 4 vbi pars. & diſt. 5 nō mediocriter cum ſimilibus. In contrarium videtur: quia cum ſeparatorum ſeparata ſit ratio, & aliud ſit de parte ſeparata à toto, & de ſpecieb ſubtractis a genere. quam eſſe de ipſo toto in ſe integre perſiſtente, & non poſſit dici quin ex quo partes diuiſæ & ſeparatæ fuerint per momentum antequam alicui conſerrentur vacaſſe exiſterent, & ſic affectæ fuerint per iura ſpecialia alicui de contentis in hac decret arg iuri § allega totum. facit ī. de reſcrip paſtoralis ſup de offic deleg præterea in ſin. gl. a contrario ſenſu & de re iur in toto. li 6 Primum videt verius. Si enim ante conceſſionem vacantium Eccleſia aliqua ſit vnita alicui dignitati vel præbendę poſt ceſſum vel deceſſum rectoris; iuxta decre. ſup. de reliſſpo. cum veniſſent, & de re. eccl non alie. ſi vna conc. Vienñ. ſi poſt talem conceſſionem moriatur rector vel cedat non habebit eam collector ſup de reſcr eam te Sed quid erit de altaribus vel beneficiis aliis, quæ ex deuotione decedentium, & aliorum quotidie poſt dictam cōceſſionem de nouo conſtituuntur perpetuo & dotantur? Nunquid ipſa ipſi collectores habebunt? Videtur quòd non: per iura ſup de conſti quoniam conſtitutio. de reſcrip. litteras, concil. Vienen Contrarium videtur perū, de offi archidiaconi dilecto ubi illa conſuetudo, quę de ſe ſtricti iuris eſt, ad monaſterium quid de nouo creatur ſe extendit. Credo quod ubi cauſa priuilegii, ſtatuti, vel conſuetudinis huiuſmodi de ſe extenſiua ſit in futurum, ſicut eſt hic, futura etiam reſpiciat, maxime in realibus, quę quaſi ſunt fauorabilia, vt in ſecundis concordantiis, ſecus qñ cauſa eſt actus tranſiens, maxime in ijs quæ la uore perſonarum fiunt: quaſi ſunt odioſa, vt in primis. De hac notaui ſatis ſup. de vi & hone cler quoniam cōcil. Vienen quod crederem uerum niſi fructus ſeu prouentus dictorum beneficiorum eſſent ad certos vſus deputati: puta ad uitam ſacerdotis & ſuæ familia, uel cæterorū pauperum in hoſpitalibus, uel monaſterium ſeu aliorum religioſorum: qui uia de illis poſſent ſuſtentari, nec habent unde alias uiuerent. niſi per ſuffragia inde dicata; ſicut eſt de illis reddituб deputatis pro uita pauperum io ſe de Barchæ: quia de talibus nec leuabitur decio a, nec cadūt ſub vacantib arg ſup. de præben. ſignificatum. & c. per litteras, & de teſt. 10. quia contingit concil Vienen immo nec alia quæ non excedunt vij libras Turoñ. prout interpretatus fuit Grego. in concil. Lugdu. tempore quo conceſſit decimam paſſagio vltramarino. Guilie. de monte Lauduno.

Iuris nomina in qualibet parte perſeuerant integra.

a De conſuetudine.] & ſi valet conſuetudo quòd fructus vnius Eccleſiæ ad tempus alii applicentur, ut ſit mēbrum vnius & eiuſdem corporis cum illa eccleſia militās

Fructus vnius Eccleſię poſſunt alteri applicari de conſuetudine.

ſit vnica, & unū corpus myſticū faciat, vt ī. de ſum trin. firmiter, § una, & de exceſ prælat frequens, concil. Vienen alii ſeruiat, facit ī. de elect cum non deceat. lib 6.

b Priuilegio.] Iſtud concedit quotidie Papa, vt ſup. de ceſſer. alias de priuileg. ſi Papa in verbo, concedamus, de præben. in verbo, a nobis, & de verb. ſig. tua ſuper verbo, duximus, indulgēdū. ergo a contrario ſenſu nullus alius inferior hoc potent niſi forſan de uno, uel de duob certis beneficiis, & ex cauſa ante collationem cū capitulo ſuo, & ſic intelligitur quod legitur & notatur ſup eccle. benefi. ut noſtrum in fine. Sed contra videtur per cap ſi ſup. de iis quæ ſi a maio par ca & videmus quod quotidie faciunt epiſcopi cum capitulis ſuis aſſignando vacantia ipſi fabricæ, mortuo, vel ſimilib piis operibus. Hic crederem diſtinguendum: quia aut hoc priuilegium fit maxime per modum ſtatuti pro aliquo pio uſu & neceſſario ut in caſibus prædictis, non tamen vtilitati menſę epiſcopi vel capituli applicando, & tunc videtur quòd ipſi poſſunt hoc facere: ſecundum quod decimam vel aliam partem beneficiorum ſuorum ibi poſſeſſorum poſſet epiſcopus nedum cum maiori parte capituli, immo cum minori, cum ſit in hac parte ſanior, etiā inuitis aliis deputare, ut in c ex parte de iis quæ ſi a maio par. c alias pro vtilitate menſæ ſuæ vel ſua non poſſent ſine expreſſa licentia Papæ, ut in iuribus ſup allegatis, hoc excepto tamen quod dictum eſt ſup ot eccle. beneficiis ut noſtrum hoc dico arg. ſup. de reb eccl non alie. ſi vna. concil Vienen. Legatus tamen videtur indiſtincte hoc poſſe facere: cum non inueniatur hoc expreſſe reſeruatum Papæ arg c. q 5 quæ de cauſa de hoc not. in prima parte Spe tit de legato 6 nunc oſtendendum uerſi. legatus igitur. Sed quid erit de aliis inferioribus ordinatis, nunquid hoc facere poterunt ſaltem in beneficiis ad eos pleno iure ſpectantibus: ſicut ſunt dignitates, officia, prioratus, & aliæ adminiſtrationes ad ipſos immediate ſpectantes: ſtude ut quod ſic, cum diſtinctione facta de epo & capitulo ſ. Sed nunquid vigore priuilegii vel ſtatuti epi & capituli poterunt illa leuari a beneficiis ſpectantib ad inferiores prælatos ipſius diœceſis? Planum eſt, quòd ſi ſint exempti, non ſ. p de offi. ord graue & de priui ex parte. vnde ſolus Papa & legatus a latere poſſet eos aſtringere ad hoc, ut ſ de off leg c. 1. de vic. ſig. veniens in prin. Et idem vī de nō exeptis beneficiis, quę ad eos pleno iure ſpectāt 16 q. 1 in ſumma. & c. de monachis & q 2. uiſis in aliis autem & quibus epi habent inſtitutionem, ſeu confirmationem, videtur, quod poſſint ſicut de propriis habent ſtatuere: cum plus habeat in talib epiſcopus quam patronus, ī de offi leg. dilectus, & de priuileg cum & plantare § in Eccleſiis ergo, & cætera.

Bñficiorum vacantiū fructus an poſſint menſę uel alii uſui applicari.

c In totum.] Not. quòd dicit hic, in totum, & hoc quod ſequitur nihil unde percipiunt, & ī § ſequitur in prin. integre, & eo § circa finem, verb. forſan cum integritate percipere, & c. ex quibus concluditur, quod Papa non intellexit hic prouidere, nec proſpicere niſi in caſu in quo beneficiati ex toto amittebant fructus & obuentiones annorum primi, ſecundi vel ulterius, ergo a contrario ſenſu ſi aliquid retinebat beneficiatus, quod non conſueuerint collectores leuare, in iſto caſu non prouidet decr. Pone ergo Prior ſancti Euſebii Altiſſiodorenſis, qui cōſueuit ab antiquo accipere groſſos fructus præbendarum primi anni in Eccleſia Altiſſiodorenſi ex integro, reſeruatis quotidianis diſtributionibus nouis canonicis nunquid dictis canonicis inibi reſidentib. uel in ſeruitio Papæ ſeu Cardinalium exiſtentib. habebit iſte prior iuxta hanc decreta ſummam, pro qua dicta gloſſa præbendæ ſoluunt decimam vel reſiduum quod ultra eligere: vel potius poterit prout haſtenus conſueuit totam groſſam præbendam accipere relictis quotidianis diſtributionibus illis qui uoluunt inibi reſidere? Videtur quòd

Digitized by Google

ſtare deberent, nihil inde percipiunt, vnde illud incōueniens ſequitur, quod commode [a] nequeunt ad impendendum ſeruitium debitū reſidere in Eccleſiis, in quibus beneficiati exiſtunt. ¶ Nos de illo [b] ſuper his remedio prouidere volētes per quo hi & illi in fructuum perceptione prædictorum participent [c], & Eccleſiæ debitis [d] ſeruitiis non fraudentur, præſenti [e] decreto ſtatuimus de fratrum noſtrorum conſilio, quod illi qui fructus prædictos ſibi hactenus integre [f] vendicabunt [g] ex priuile-

quòd totam groſſam, prout conſueuit, habebit, per ea q̄ dixi: Nam ſatis debent ſufficere quotidianę diſtributiones illis qui reſident: alij aūt ſibi imputent: quia tales abſentias forſan voluntate ſibi quærunt, voluntarium .n. & exquiſitum procuratum impedimentum neminem excuſare dēt argu. de excuſ. ve niens. de appel. cum parati. de dila. expoſuit, cum ibi no. In contrariū vr: nam papa in vtroque caſu huiuſmodi decreto, i telligit prouidere ipſis beneficiatis, qui cōmode neque unt ad impendendū ſeruitium debitum reſidere vt inf ſequitur. Sed iſti nequeunt cum ſolis diſtributionibus quotidianis, dato q̄ reſideant, impendere ſeruitium: cum illud dicatur commode fieri in talibus, quod fit conſideratis nobilitate, ſcientia, & dignitate, de quo plena no. ſup. de reſcript. cum adeo. Item intelligit prouidere circa illos: & illis fructibus duntaxat, qui erant in Eccleſia decimabiles, & de quibus decima ſolui conſueuit: ſiue decima eſſet taxata, ſiue non: quod plene innuit §. inf. eo. in illis vero, in princip. ibi dum dicit, quod fructus & obuentiones beneficij tunc vacantis, quos in decima ſoluere conſueuit, &c. vnde cum diſtributiones quotidianæ non ſint decimabiles ergo de illis non curauit hic papa: ſed de groſſa præbenda dumtaxat, quæ erat decimabilis, vnde cum illa ſit ab antiquo taxata, tenetur prior eligere alterum quod maluerit iuxta primū dictum: maxime inter illos qui cauſa neceſſitatis, vel euidentis, & probabilis vtilitatis ſunt abſentes: iuxta ea, q̄ leguntur & not. 7. q. prima. §. ambitionis, ſupra. de cleric. non reſiden. cum dilectus, durum etenim eſſet ſi rector Eccleſiæ poſſet exigere totam integram decimam à ruſtico: qui non fraude, vel dolo vel negligentia, vel maiori ſua vtilitate permiſit ſuam ſegetem deſtrui: nec paſſus ſuit eam ad perfectionem venire: ſic in propoſito de iſtis quotidianis diſtributionibus, quæ ſine fraude de ſua, & culpa iſtis deficiunt: duorum eſſet q̄ ſi groſſa ſua ipſis auferretur, quod alij tribueretur: & ſic quaſi bis puniretur de illis idem cōtra oīa iura, & hoc verius. Sed quid dices de illo reſiduo, quod ſupereſt canonicis quolibet anno in cathedralibus & collegiatis Eccleſijs fructibus, quos habēt ad partem ſolutis groſſis præbendis & diſtributionibus quotidianis: vel p̄p nimiam abſentiam canonicorum, quæ interuenit in illo anno, vel alias, nunquid illud computabitur inter groſſas p̄bendas: ſic quod exiſtentes in ſeruitio papæ vel ſtudentes in Theologia, vel alias priuilegiati habebunt de his partem: uel potius inter diſtributiones cōputabit, ſic q̄ ſoli præſentes hic totū ſibi retineant? Crederem, q̄ vbi ſunt diſtincti fructus & redditus, de quibus ſoluuntur groſſæ à redditibus de quibus quotidianæ ſoluuntur: tunc abſentes tales haberēt partem de ſolo reſiduo groſſorum. ſed vbi totū eſt in ſimul, & nihil diuiſum: tunc de toto reſiduo dēnt habere abſentes, ex quo a ſolis diſtributionibus quotidianis, & non ab alio ſunt excluſi. fauorabile eſt enim priuilegium eorum ſaltem in illis caſibus, de quibus ſ. de cleric. non reſident cum dilectus. de magiſtris. c. ſi. & per conſequens excluſio odioſa: cu contrariorum eadem ſit diſciplina, vt 32. diſt. in hoſpitiolum. Diſtributiones .n. proprie dicuntur, quę actu diſtribuuntur, & non aliæ, arg. ā. de præben licet, vnde de toto reſiduo in hoc caſu habebunt partem ſuam dicti canonici: & per conſequens iſti collectores iuxta ordinationē illius decretalis. Si quæras quæ ſit ideo quod in hoc caſu nihil recipiatur de quotidianis diſtributionibus, & tamen de

Impedimētū exquiſitū non excuſat

Decima integra exigi nō pōt a ruſtico, cuius ſegetē deſtructam

Diſtributiones ſūt quæ actu diſtribuuntur.

groſſa præbenda percipitur? Dic quòd hoc eſt nam vt frequentius quotidianæ diſtributiones accipiuntur de bonis indiſtinctis talium locorum collegiatorum, vnde ipſa collegiata loca ſunt exempta à talibus collationibus, vt dictū eſt ſupra. ſic & quamuis bona ipſis adhærentia arg. ſup. de parochi. c. pecul. de reg. iur. acceſſorium, li. 6. Secus aūt de ſeparatis, arg. eorum quæ leguntur & nota. de proba. ex litteris, per Inno. ff. de ſepara. per totum. Vel ſi forſan de bonis diſtinctis ſoluantur, dic q̄ non cadūt ſub gratia: quia non ſunt proprie Eccleſiaſtica beneficia. ſed potius quædam ſalaria, q̄ dantur ſeruitoribus pro labore diurno, ſicut ſtipendio militibus, vel diurni denarij. Per primam autem rationem credo quod de Eccleſijs, in quibus nulla eſt diſtinctio: ſed omnia ſunt communia, quæ per quotidianas diſtributiones ſoluuntur, nihil iſti recipiant leuatores; ſicut fit inter iſtos regulares quaſi communiter, & inter ſæculares etiam quandoque: iuxta quæ notatur ſupra, de præben. ratio, & c. ex poſuiſti. ſecus autem de officijs de præbendis, ſeu dignitatibus: etiam inter corpora iſtarum eccleſiarum collegiatarū exiſtentibus ex quo habent bona diſtincta ab ipſo capite; iuxta ea quæ leguntur ſupra de præbend. mandatum § ad beneficia. lib. 6. Quotidianum tamen victum, quem camerarius in monaſterio recipit, non recipient iſti collectores: licet fructus, cameræ recipiantur: licet contrarium ſicut videtur, & malo. Sed quæ eſt ſ[illegible] ratio, quod iſta membra intra corpus exiſtentia non gaudeāt priuilegio capitis, ſicut gaudent in illo caſu ſupra, de præbend. quamuis, § quamquam, lib. 6. Dic quod fauor, qui eſt hic, & odium ibi, ſoluunt contrarium, ſupra, de regulis iuris, lib. 6. odia. de hoc notaui in dicto cap. quamuis.

Diſtributiones quotidianæ de quibus bonis capiātur.

a Commode:] Nihilominus tamen tenebitur impendere ſeruitium, aliàs peccat, ad inſtar viri, cui vxor non pōt reddere debitum: qui nihilominus eam alimentare tenetur: ſed imputet ſibi qui talem accepit vt legitur 32. q. 7. quod propoſuiſti, & no. 91. diſt. clericus.

b Nos de illo.] Tertia pars.

c Participent.] iſta. n. eſt bona prouiſio, quæ æqualitatem eligit: lucrum & damno penſat, & diuidit æqua lance: & ideo ſtatera in manibus eius eſt poſita, vt ſic cum ea gratias, quas facit aliquibus ponderet, vt non per eas alij enormiter aggrauentur, iuxta ea quæ leguntur ſup. de re iud. cum cauſam, in princ. de decimis, ſuggeſtum, quia durum eſt, quod aliqui de fletu redeant aliorum, ſup. de priuile. peruſti. & quod vnus tantum habeat onus, alius totum lucrum ſup. de præb. extirpandæ. Gu hel. de monte Lauduno.

Fletus vnius non debet eſſe riſus alterius.

d Debitis ſeruitijs.] eſt ergo ſeruitium vel obſequium diuinum penſio Deo debita, vt ſup. de celebra. Miſſa. c. 1. & c. grauis. concil. Viennen a qua non videtur quis poſſe abſolui niſi ipſam reſtituat, ſi citra infirmitatem eam ſubtraxerit, cum non remittatur peccatum, & c. vt ſup. de vſur. cum tu & 91. diſt. capit. 1. & 2. de hoc plena dixi in dicto c. grauis. ſup. eo. in princip.

e Præſenti.] verſiculus.

f Integre.] ſubaud. vel in tam pauca quantitate, quod in ea commode reſidere non poſſet, vt ā. d. e., vt ne nullum & inutile hic æquiparentur, ſupra, de transla. inter corporalia. de ſigi. ſtatet m[illegible].

g Vendicabunt.] condictione ex ſtatuto, conſuetudine vel priuilegio: cum alia actio non ſit, hic prodita, licet non ſit multum de nomine actionis curandum: dum

tamen

Digitized by Google

gio, de conſuetudine vel ſtatuto, nihil exinde vltra ſummam pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit in decimæ ſolutione taxari, prætextu cuiuſuis priuilegii, conſuetudinis, vel ſtatuti quouis modo percipiant, ſed ipſis ſummæ perceptione duntaxat ſint omnino contenti, tali reſiduo [b] prædicta obtinentibus beneficia remanſuro [c], niſi forſan illi, qui fructus eoſdem ſolui [d] fuerint (vt præfertur) cum integritate [e] percipere, pro ſe mal-

tamen ſit recta intentio, & verbis apertis & congruis ꝓponatur, vt ſup de iud. dilectis, & c. examinata, vel alias directa rei vendicatio intentetur, cum dominium iſtis de iure ſpeciali competere in his fructibus videatur ſicut de decima de iure communi eccleſiis parochialibus, vt ſup. de deci. parochianos. Quis habeat uerum dominium in rebus Eccleſiæ, dic ut not. Hoſt. de pec. cle. c. ſi.

Actionis nomen non eſt curandum.

a Conſueuit.] per xl. annus, ſcilicet nõ ſecuenerit niſi vnus actus, vt ſū. de cauſa poſ. cum eccleſia. 16. q. 3. quas actiones. Videtur tamen quod decẽ anni ſufficerẽt, ex quo non eſt contra ius commune: dũ tamen vnus interueniſſet, per ea quæ nota ff. de legibus, cum de conſuetudine, & C. quæ ſit longa conſuetudo, ſuper rubrica, & l. 1. maxime cum tendat ad tollendum ius alterius ceſſantis tantum de lucro captando: nam illis, qui de nouo talia aſſequuntur beneficia, non multum detrahitur, ſi fructus primi anni ſibi retineat, qui eſt dominus omnium Eccleſiarum, vt ſupra de præbend. licet 1 lib. 6. hoc dico argu. leg. ff. de perpetu. & temp. præſcrip. l. ſi quis, & ſicco iura canonica de præſcriptione conſuetudinis loquentia, non dicunt quod canonice ſit præſcripta, ſed potius quòd legitime, vt patet ſup. de conſue. cum tanto, in fi. & de præb. cũ de beneficio, lib. 6. quod videretur maxime hodie iuxta formas, quæ a curia exeunt ſuper gratiis, in quibus non dicitur, iuxta taxationem antiquæ decimæ, ſed decimæ taxatam, & ſic cuiuslibet conſuetæ: habet enim conſuetudo diuerſa nomina, quandoque dicitur præſcripta, ut ſup. de of. ord. duo, quandoque antiqua. C. de iure fiſci, l. 1. quandoque longa, ut C. quę ſit longa conſuetudo, quãq; vetuſta, vt ff. de aqua plu. arc. l. §. denique, & l. 2. prin. quandoque diuturna, ff. de legi, diuturna, quandoque inueterata, ff. de leg. de quibus, quandoque uetus, ff. de pub. & vectl. l. imperatores, quandoque perpetua, ff. de legi. nam imperator, iuxta hoc quæro: quia proprię dicatur antiqua textus dicit hic, Ea antiqua conſuetudine, a tempore cuius extat memoria in contrarium, & ſic videtur quod tantum tempus requiratur in hoc caſu, & talis conſuetudo habetur iure conſtituti, ut probatur ſupra de verb. ſign. ſuper quibuſdam, de præſcrip. epiſcopũ li. 6 in fi. cum ibi notatis. Quæ ergo conſuetudo hic ſufficiet ad hoc quod diuiſio in iſto §. poſita habeat locum quia de hoc uidi plures dubitari, vnde vt melius hoc intelligas, pone quod quidam impetrauit primã dignitatẽ in eccleſia Geruden. non excedentem ſummam centum librarum Turonen. ſecundum taxationem decimæ, dominus autem Ioannes filius regis impetrauit ſecundo in ibi ſine ſumma. poſt quam uacauit quidam archidiaconatus, qui hodie ualet ultra cẽtũ libras Turon. tam propter res, quę ſunt ibi carę, quã ꝑ monetã illius terræ, quæ licet olim minus valere conſueuerit quã Turonenſes paruus, modo tamen adæquatur eis, nõ tñ inuenitur ibi aliqua antiqua uel conſueta taxatio, niſi quod a tẽpore Greg. x. q decimam concedens paſſagio vltramarino, iuſſit quod in primo anno haberetur iuramentum rectoribus ſuper ualore, & quod ex tunc ille ualor ſic iuratus acciperetur, & quod ñ plus niſi uellent, ñ tñ ꝑ hoc eſſent liberati a populo, nec ꝑ hoc a pœnis in proceſſibus ſuper hoc factis contentis, quæ quidem taxatio in illis partibus quaſi communiter obſeruatur, & hic in collectione decimæ, quia ibi ñ inuenitur contractu, non autem in taxatione expreſſa in litteris impetractis, uel per collectores aonaliam, ubi contradictores eaſſunt, Credo quod ex quo Greg. non abſoluit eos a reſiduo, licet taxationẽ ſtatã pręceperit teci-

Conſuetudo diuerſa nomina hẽt

pi, quicquid tunc ceperis ſuper hoc ſectrum eſt, totum fuit permiſſum & conditionale, quia quod permittitur volendo, præcipitur in hoc caſu. Sed pone quod Prior de Spinaſſa prope Tholoſam, non ſoluit decimam niſi a xxx. annis citra, ſed ab illo tẽpore ſoluit continuo certam ſummam pro maiori valore i duplo, quam valerent reddittus prioratus, nunc dixit collector, quod illam ſũmã eligit iuxta illum §. prior autem dicit ñ eſſe taxationem conſuetã, ex quo per xl. annos nõ durauit. & ſic nõ illum, ſed § ſequentẽ habere locũ: maxime quia ſi illam ſummam leuatet, nihil remanebit ſibi vel aliis ſeruitoribus prioratus, hoc eſt quod ſup. quærebatur, an ſcilicet minor xl. annorum conſuetudo, alias ſuper certa & indubitata quantitate continuata, ſiger inuitas partes ad ſui obſeruantiam, pro & contra, ſup. allegaui ſatis, ſed reſponſionem, quia de facto eſt, diſputationi relinquo. Sed nunquid ſaltem poterit dictus prior beneficio reſtitutionis in integrum, ex quo non eſt conſuetudo completa, & a fine completionis eius ex tunc incipit grauari, videantur computari quatuor anni, qui dantur in talibus, vt ſup. de in integ. reſt. Eccleſ. lib. 6. uel ſaltem ex maioribus, petere, ut error, qui fuit in calculo reparetur per legẽ, ff. quę ſen. ſine appel. l. 1. §. 1. & idem quæro de beneficiis, quæ a tempore taxationis xl. annorum ſunt, & poſtea vſq; nunc bene valebant ſummam taxatam & plus nunc aut eorũ poſſeſſiones per alluuionem, vel alias perierũt, vel ualor fructuum diminutus eſt ꝑ ſterilitatẽ terrarum, ita quod multo plus excedit ſumma quam valeant omnes fructus, iuxta ea, quæ leguntur & no. ſup. de loca. ꝑ ſterilitatẽ, in quibus non præcipio ſniam, quia de facto pendent. Sed nunquid ille collector poterit dicere, nolo quod ſummam pro qua conſueuit ſoluere decimam, quã ego eligo, ſtatim mihi ſoluat, alter dicit quod nõ faciet niſi ꝑ ut euenient fructus, & prout poſſit gaudere de ipſis? Credo quod obuediat, nã ſufficit quod intra annũ ſibi ſoluerit, ex quo totus annus cedit, ſup. de offi. or. pręſenti, li. 6. Sed quid eſt ſi illo anno pereunt tempeſtate uel incurſu hoſtium fructus, uel contingit tranſitus papæ, vel legatorũ vel qui maiorem partẽ conſumpſerunt de ipſis, numquid totum damnum & periculum erit beneficiati, uel potius contribuet collector cum ipſo? Hic uideretur dicendum, quod ſi omnes fructus illius anni abſorberentur in ſumma conſueta ſolui pro decima, non haberet locũ iſte §. ſed ſequens, maxime vbi nihil remaneret beneficiato, quod innuit verbo ſequens, totali reſiduo, & c uel ſaltẽ quod ipſe beneficiatus diceret collectori, ego nihil uolo, accipies tu omnia, & ſupportes onera, officii & aliis neceſſaria miniſtrando, arg. c. de offi. ord. pręſenti, li. 6 pręſertim cum mihi ſit licitum, quatenus me tangit renunciare huic, quod fauore mei noſcitur introductũ, C. de legi. quod fauore.

Error perſõ reparari.

b Reſiduo.] ergo hic preſupponit eſſe reſiduum, quod ſi ñ eſt, videtur locum illum §. non habere, nec etiam ſequentem, cum ita ſint taxata, remanet ergo iſte caſus, in quo ñ ꝓuidet hæc conſtitutio. ſed quid de ipſo ſiet, dixi ſup.

c Remanſuro.] pro ſuis & ſuorum & aliis oneribus ordinariis & extraordinariis ipſius beneficii ſupportandis ſimile ſup. de præb. de monachis, cum ſimilibus, Guliel. de monte Laudunu.

d Solui.] ſupple, uel de nouo conceſſi ex gratia vel ſtatuto, vt ſup. patet.

e Cum integritate.] & idem ſi non integre, ſed quaſi ſic. l. c. q. de reſiduo non poſſent reſidentes commode ſuſtentari, ut dixi ſu. . . . §. in fi.

n a Mal-

lent [a] ipſum habere reſiduum, & obtinentibus ipſa beneficia ſummam [b] dimittere memoratam: quo caſu percipiendi quod maluerint, illis relinquimus optionem, ſic quod intra decem dies poſtquam ſciuerint beneficia ipſa vacare, ii quibus annalia ipſa debentur ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, aut ipſorum annalium collectores, [d] quam partem habere uoluerint, an ſcilicet decimæ taxationem, uel illa dimiſſa reſiduum (nulla ſubhaſtatione præmiſſa) eligere teneantur. Quam electionem ſi intra dictos decem dies nõ fecerint, vt eſt dictum, extunc [e] ad eum, cuius eſt beneficium, huiuſmodi optio vel electio tranſeat ipſo iure. [f] Et hoc in eccleſiis, & partibus illis, in quibus beneficia maiora & alia quantum ad ſolutionem decimæ ſunt taxata, uolumus obſeruari. In illis vero partibus & eccleſiis, in quibus decimarum taxatio non eſt fa

a Mallent.) Nota tales gratias, quæ fauore eccleſiarum vel aliquibus piis uſibus applicantur, etiam de bonis eccleſiaſticis, & etiam aliorum odium conceduntur, ad inſtar eorum quæ conceduntur motu proprio large interpretat. ar. ſup. de præb. ſi pluribus, li. 6. facit ſu. de uer. ſig. tua. Item nota quod vbi in diuerſis perſonis ius priuatum concurrit cum cõi, & extraordinarium cũ ordinario, priuatum & extraordinarium communi ordinario præferuntur, & hoc facit prærogatiua illorum per quos hic ſpecialia ſunt conceſſa, arg. ſu. de præb. ſi. qu. lib. 6. Item fauor illius pro quo conceſſa eſt res, ut dictum eſt, ſecus ſi in eadem perſona concurrerent, quia tunc primo uidet ordinario, quam extraordinario, & ſic non obſtat, ff. de mino. hin cauſæ.

Ius priuatũ quandoque præfertur cõi.

b. Summam.] & de hac habebũt ipſi beneficiati onera eccleſiæ ſupportare, ſi id non ſufficiat, ponant de proprio, vel propria manu ſibi quærant, argum. ſupra de celeb. Miſ. capitu. 1. 91. diſtin. c. 1.

Decimarum beneficialis collectores an hãt aliquam compulſionem.

c. Optionem. ſimile ſup. de conſue. c. ſi. de præb. ſi pluribus, lib. 6.

d. Collectores. hic poteſt quæri an aliquam compulſionem habeant huiuſmodi collectores, videtur quod ſic, alias paruum eſſet eorum officium arg. ſup. de offic. or. ex litteris. Dic quòd hic non poteſt dari certa reſponſio, cum hoc dependeat ex poteſtate eis in ſuis priuilegiis uel ſtatutis conceſſa, vel per conſuetudinem, quæ etiam facti eſt introducta: de quibus niſi per inſpectionẽ eorum non poſſumus iudicare ſup. de priuil. accepimus, de conſtit. licet, li. 6. Sed pone quod ipſis collectoribus in priuilegiis vel ſtatutis data eſt per illos, qui poterant, plena compulſio, cum clauſula, contradictores, &c. nunquid poterunt hoc aliis cum eadem coercione committere? Non uidetur, cum certum miniſterium ſit eis commiſſum, per c. ſup. de offi. deleg. quoniam abbas. Sed nũquid ipſi poterunt ſine alio ſpeciali mandato, poſito etiam quod ſint data a Papa beneficia, quæ vacant de iure, non tamen de facto, uocatis partibus declarare uacantia, & ut talia occupare? Hoc vidi de facto in præpoſitura eccleſiæ Cæſaraugustan. Et videtur quod ſic, cum exécutores gratiarum & legatus ſedis Apoſtolicæ, præmiſſa tamen cauſæ cognitione, hoc poſſint, & etiam ſimplex ordinarius, iuxta ea quæ leguntur & no. ſup. de præben. licet epiſcopus, ſup. de off. leg. offici, lib. 6. Contrarium credo, niſi amplius contineret eorum littera, quam officium ipſorum requirat, cum ad colligendum uacantia ſimpliciter dati ſint compeſcendum rebelles ſuper hoc, & res poſſeſſa per aliquos non dicatur plene uacare, dũ tamen eorum poſſeſſio ſit aliquo iuris adminiculo fulcita, quia ſecus ſi poſſeſſio eſſet nuda, ut dixi ſu. in verbo vacant a, & probatur ſup. de teſt. ſpol. ex parte, in fi. gl. & de concel. præb. cum nullus & c. litteras, officiũ enim ad certum uſum datum, non debet ad alium penitus diuerſum extendi, ut ſup. de app. nouit. In contrarium autem allegata in ſuis caſibus ſpecialibus locum haent. Quid ergo dicere dictis collectoribus, qui voluerint fauere impetratori fingenti uacare beneficium, quod nõ vacat, ad eius inſtantiam, cum potentia regis, cui data ſunt annalia, & etiam ipſi regales repellunt per uiolentiam poſſeſſorem de beneficio, & frequenter iniuſte: ad hoc vt ipſe impetrans poſſit poſtea poſſeſſionem eius adipiſci, ex quo multa mala ſequuntur? Credo in hoc caſu, quod impetrans incideret in pœnam illius c. ſtupra de præb. cum qui. lib. 6. & quod etiam collectores hi in ſuo officio publice delinquentes crimen conceſſionis incurrunt, ff. de concuſſ. & 2. 22. qõ. 7. ſancimus, vbi de hoc. Sed qualiter cognoſcet collector, ſi poſſeſſio talium ſit iuris adminiculo fulcita, vel nuda penitus, nũquid ipſe cognoſcet de hoc, cum nulla cognitio, ſed ſimplex compulſio & executio ſit ſibi in hac parte commiſſa? Credo, quod in hoc caſu habebit per omnia ſeruare doctrinam illius, c. ſi. de reſcript. cum cõtingat, vt ſcilicet ſi ſibi ſit liquidum utriuſque partis documẽtis, quis ius habeat, & hoc ſit notoriũ & certũ: ſecundũ hoc accipiet, vel non accipiet vacãtem: alias ſi dubium eſt, faciet hoc per eorũ iudices declarari, ad quam partem declinabit ſuper indubio, ne falcem ſuam ponat in meſſem alienam, arg. ſup. de off. deleg. ſi quando, & c. paſtoralis, & de elect. venerabilem in prin. Sed nunquid iſti collectores poterunt ſuo tempore ſcindere nemora cædua, vel alia, uel pulchras arbores, ſeu exhaurire vel euacuare ſtagna de groſſis piſcibus per multos annos nutritis? Videtur quod ſic, quia quicquid fructuum nomine utiliter ſuo tempore euenit, totum ſuum eſt oneribus ſupportatis, ſup. de offi. or. præſenti, lib. 6. In contrarium uidetur, quia talia ſine quibus deterioratur proprietas, non cadunt ſub fructuum nomine, ut ff. de vſuf. arboribus & l. item, & de centibus forma. Videtur dicendum, quod magna nemora, arbores non caduas, non vaſtabunt, nec ibi cædua vel ſtagna, niſi quatenus augmentum ſeu emolumentum eorum tempore illis competenti poterunt adæquare ad inſtar mariti fructus dotis lucrantis, arg. ff. ſol. mat. l. diuortio § non ſolum.

Falcẽ ſuam in meſſem alienã mittere nõ debemus.

e Ex tunc. hoc verbũ, tunc, ultimã horam temporis denotat & ſic iſtos decem dies cõputabo de hora in horã, a tempore ſcientiæ incipiendo, ad inſtar decendii ad appellandum hoc probatur, ff. de cõd. & dem. o. l. 4. in h. 2. q. 6. biduum, ſup. de appel. concertationi, lib. 6. Sed quis probabit ſcientiam, uel qualiter cõſtabit de ea, cum ſemper collector dicat ſe hoc ignoraſſe, & quilibet præſumitur ignorans de iure, maxime in hoc caſu, in quo nõ imminet periculum animæ, ſi non vigilet, licet immineat periculum burſæ, 18. d. propoſuiſti. Credo, quod ſemper poterit allegare ignorantiam donec uacatio publice notaſitur in loco vbi eſt beneficium. Sed extunc non, vt ſupra de concel. præb. cum ei quem, concil. Vien. in ſin. quare credo expediens ipſi beneficiato, quod cum teſtibus vel inſtrumento intimet collectoribus ipſam vacatiõnẽ, ne extunc poſſint ignorantiam allegare, argu. ſup. de ſelect. cantam electionis, conc. Vien.

Decendium ad appellandum currit de hora in horam.

f Ipſo iure & hic non eſt hic opus facto hominis, niſi in declaratione tantum ut ſupra, ſe hæreticum ſecundum, leg. ſi. 6. Guilielmus, de monte Laudano.

g ſu illis. Quarta pars ille eſt caſus in illis partibus, in quibus non eſt conſueta pro certa ſumma ſolui decima.

ma: ſed de anno in annum taxatur fruct: a prout eueniunt, ſi ſint ibi aliqui fructus, de quibus non conſueuit ſolui decima, vt puta de horto contiguo eccleſiæ, vel de vinea, vel de agricultura quam proprijs manib. rector excolit, vel ſimilibus. Hoc non diuiditur, ſed de reſiduo toto decimabili fient duæ partes quarum vna collectoribus, alia applicabit bñficiato: ſic ꝙ pars illius, qui ipſa non contentabitur ad contentantem tranſibit. Guliel. de mõte Lauduno.

Fructus non vẽs ſun- de decimab. I. :s

a Non eſt facta.] id eſt conſueta fieri Vel dic facta per illum, qui eam facere poterat cauſa cognita, & vocatis qui fuerant euocandi: alias res inter alios acta alijs non noceret. ſupra de re iudic. cum ſuper. & c. quamuis, quod qualiter poſſet fieri, maxime niſi deberetur ex priuilegio Papæ, non video niſi ipſe papa ex certa ſcientia hoc feciſſet. cum officium executorum ſeu collectorum decimæ non extendat ſe ad hoc, vt ſup. dictum eſt. Sed nunquid epiſcopus & capitulum ſtatuere poterunt & taxare in ſingulis eccleſiis certam ſummam, pro qua qualibet eccleſia teneatur ſoluere decimam, & non pro pluribus? Non credo, cũ hoc eſſet legem ſuperiori imponere & eius reſtringere poteſtatem & libertatem, quod non poſſunt. 28 dist. § 1. ſupr. de ver. ſign. conſtitutionem, in fi lib 6. ex quo ſequitur quod per ſolam ordinationem papæ expreſſam vel ſaltem tacitam, quæ fingitur in conſuetudine alias præſcripta legitime, talis taxatio poterit fieri, ad minus in his, quæ forum papæ concernunt ſuper hoc.

b Quos.] ſcilicet fructus & obuentionem.

Decima de qbuſdã fructibus non debetur.

c In decima.] id eſt, qui hactenus fuerunt decimales ecclesiis baptiſmalibus.

d Conſueuit.] ſ. beneficium vacans, hoc vult dicere, quod ſoli illi fructus veniant in diuiſione: pro quibus, dictũ bñficium conſueuit ſoluere decimam, & non ſilij. Sed qui ſunt iſti fructus pro quibus eccleſia, ſeu bñficiũ eccleſiaſticũ non ſoluit decimã? Dic ꝙ aliqui reperiunt in iure liberi a decima, aliqui poſſunt eſſe de conſuetudine, expreſſi in iure ſunt illi. ſ. qui inſurgunt in dote eccleſiæ. ĩ. de deci. nouum. Itẽ ſi ſit locus religioſus, de ſuis noualibus, q̃ proprijs manib. vel ſumptibus excolit, & de nutrimentis animalium, & hortis, ut ſupr. de deci ex parte tua in fi. & ſic poteſt intelligi iſta libertas de decima debita eccleſijs parochialibus, vel poteſt intelligi ẽt de decima, quę dat a beneficiatis ſummo Põtifici, vel ille cui ille iuſſerit, de qua ſup. de deci. c. à qua poſſunt eſſe liberi aliqui fructus de iure, & ẽt de conſuetudine: de iure crederem liberos fructus, qui pro quotidianis diſtributionibus aſſignantur & lucrantur nam tales, diſtributiones a laborantibus in vinea Dñi quotidie, ſic lucro ſunt, & ſub eorum proprio appropriantur, quod de ipſis teſtari poterunt, ſicut ſuitatus de denario diurno, iuxta ea quę leguntur & notant maxime, qui Hoſt. ĩ. de pecu clerico c. ſi. de teſta. relquitis. circa ſi. de magiſtris c. fi. Item agricultura, de lucro ſeruorum, de hoc quod nent ſeu filant moniales, vel ſcribunt monachi, licet totum ſit monaſterii. Item de quotidianis oblationibus ſeu legatis, quæ religioſis maxime Mendicantib. offeruntur, arg. ĩ de ſta. reg. c. 1. de excel. prælatorum. ſeu alijs hoſpitalibus vel domib. religioſis. arg. a de præben per literas. & de relig. domi. quia contingit. concil. Vien. de pecunia relicta a teſtatore pro certis anniuerſariis, capellanns. vel aliis officiis eccleſiæ perpetuo emendis, arg. ĩ. de teſt. cum & c. de his. nec

Fructus qui dãt eccleſiaſtici ſic liberi ſunt vt de illis ad placitũ poſſit diſponi.

cta a, ſeruetur quod fructus, & obuentiones beneficii tunc vacantis, quos b in decima, c ſoluere conſueuit d, per medium diuidantur e: quorum medietatem habeat f is, cui annalium per alterum de prædictis modis g perceptio eſt conceſſa: Reliquam vero medietatem percipiat ille cui beneficium eſt conceſſum pro ſuſtẽtatione ſua, & aliis eccleſiæ oneribus ſupportandis h.

Quod ſi aliter de prędictis prædicta medietate voluerit i eſſet contentus, altero contentari nolen-

de beneficiis valde minutis ſeu pauperib. arg. ſupra de cler. ægro. c. 1. Sed quid dicetur pauper ſeu exiguum? Hoc relinquatur arbitrio eorum, tamen iuxta ea quæ notaui. ĩ de reb. eccle. non alie. monaſter. cum conc. Vien. in verbo, modicum. Credo tamen ſicut regulariter datur alia decima, quę debetur eccleſiis parochialibus de omnib. fructibus ſaltem realibus. vt ſupra de de ci. nuntios & cap. ex parte & ca. ex tranſmiſſa ſic ita quæ debetur Papæ ſaltẽ ar. ſup. de deci. c. 1. vnde ſicut de illis vel ſimilibus, nõ dabitur decima collectoribus eius, ſic nec iſta venient in diuiſionẽ iſtã. audi tamen in Catalonia, ꝙ oia ẽt quotidianus victus monachi ſub hac diuiſiõe includebant, & male.

e Diuidantur.] ſcilicet alij fructus, non autem liberi à decima.

f Habeatis.] illam. ſ. quam diuiſionem per aliam factã de aliis tam in rebus, quam in pecunia exiſtentibus ipſe elegerit vt ſic tam propter ordinẽ litteræ, q̃ ẽt prærogatiuam, qua fungitur in hac parte, in optione potior habeatur. argu. ſup. § præced. facit ſup. de paroch. c. 1 & de elect. ſi quis iuſto de præd. mandato. & c. ij. quibus li. 6 & habebit decem dies ad optandum, alias in alium optio deuoluetur per §. præcedentem.

g Prædictis.] ſcilicet priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto.

h Supportandis.] quæ ſi non ſufficiãt, quærat ſibi aliũde, vt ſ. dixi.

i Voluerit.] ſupple, & volitum ſuũ expreſſo ore, vel per aliqua interſignia indubitata oſtenderit, argu. infra de concel. præben. cum et conc. l. vien. alias non præſumitur quis de facili velle iactare pecuniam, aut iuri ſibi acquiſito renunciare arg. ſup. de renun. ſuper hoc.

Sed quid ſi noluit ſuum volitum ſuper hoc declarare verbo vel facto, ſed tacendo permittit ꝙ alter fructus colligat: nunquid tacendo videtur oſtendere ſe nolle ipſos, vel potius velle? Et videtur ꝙ velle potius, quam nolle, cum in appetibilibus taciturnitas habeatur pro conſenſu in odioſis vero pro diſſenſu, vt ſup. de reg. iur. ſi qui tacet & c. qui tacet, lib. 6.

Dic ꝙ ſuper hoc expedit volenti, vt alium coram teſtibus vel tabellione requirat, vt dixi ſup. in alio membro, & ſi hoc modo non poſſit de ſua voluntate conſtare, ꝙ faciat per ſuum ſuperiorem ſibi aſſignari terminum ar. ſup. de præb. ſi tibi abſenti, in fi lib. 6. alias non video, ꝙ pars parti poſſet terminum aſſignare, vel ipſam ad oſtendendum ſuum volitum compellere, cum non habeat imperium par in parem, vt ſup. de innotuit.

Iuri ſuo nõ renunciatur a de facili.

Nec appellatio decem dierum, de quib. loquitur ſup. § prox. & ſup. de præb. ſi plurib. lib. 6. ſeu 20. de quibus ſup. de conſuet. c. fi. lib 6. vel menſis. ſup. de concel. præb. cum et aliquid in hoc caſu faciat, cum diuerſi caſus ſint, non ijdem ſeu aduerſi, & Papa in iſto ſicut in illis potuiſſet proſpicere ſi voluiſſet, ꝙ non fecit, & ſic ad iura communia recurremus, arg. ſup. de deci. ad audientiam. cum ſim. Sed quid ſi procurator ſeu collector dixit ſe velle partem illam, Dominus autem, rex vel fabrica ſtatim dum ſciuit, reuocauit hoc, & dixit ſe nolle, nunquid in hoc caſu factum procuratoris nocebit domino? Et vĩ ꝙ ſic, cum ſit in omittendo potius quam committendo & ſic debet dño nocere. & in. putet ꝙ ſic negligentem elegit ſup. de elect. ſi compromiſſarius lib 6. In contrarium vĩ cum expreſſiu voluntatis potius in committendo, quã in omittendo exiſtat, & ſic non debet nocere, maxime, cum in talibus dictum ſeu factum perſonę non noceat

Procuratores factũ an domino noceat.

eccleſia, vt ſupra de excep. cũ venerabilis, & ettor e procuratoris poſſit retractari negotio nondum finito ſupra de confeſſis, c. fi. de app. cum cauſam, de ceo ſolitũ. Hoc non eſt materia propria: ſed dic de hoc vt legitur, & no. ſup. vt li. non cont. c. 1. vide hoc, maxime p Hoſtienſem: nuntur iſta duo: & ideo non ſufficit alterum iſtorum accidere, ſimile ſup. de reſcrip. ex parte, & c. olim.

f Ad quos pertinebit.] i. ſecundum præfatum ordinem, vel alias ſecundum ius cõe, vel ſpeciale, de quo ſupr. de off ord. cum vos plerumque, in fi. & ca. præſentib. lib. 6.

te, pars volentis ipſo[a] iure transeat ad volentem, & volens fructus & obuentiones, illius beneficii percipiet vniuerſos, eidẽ beneficio congrue faciẽs deſeruiri, ac eius ſupportans onera conſueta. Et[b] ſi quicquam aliquis prędictorum[c] vltra[d] præmiſſa perceperit[e] illudque his, ad quos[f] pertinebit, intra menſem non reſtituerit cum effectu[g], eo ipſo[h] ſi[i] epiſcopus vel ſuperior prælatus fuerit, a pontificalibus[k] & ingreſſu eccleſię nouerit ſe ſuſpenſum. Si autẽ capitulum, vniuerſitas vel collegium, eccleſiaſtico interdicto,[l] ſe nouerit (donec prędicta cum integritate[m] reſtituerit,) ſubiacere. Si vero aliqua ſingularis perſona eccleſiaſtica, vel mundana[h] id fecerit, excõmunicationis incurrat ſentẽtiam ipſo facto, a qua niſi reſtitutione pręmiſſa (præterquã in mortis articulo) minime abſoluatur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs vel indulgẽtijs, aut contrariis conſuetudinibus, ut contrariis ſtatutis, iuramento, confirmatione ſedis Apoſtolicæ, aut alia quacunque firmitate vallatis. Quæ omnia quo ad hæc auctoritate Apoſtolica reuocamus, caſſamus, & irritamus, & nullius deinceps eſſe volumus firmitatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, reuocationis, caſſationis, & voluntatis infringere vel ei, &c. Si quis, &c. Datũ Auinion. Calend. Nouembris. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

De reb. eccleſię non alienandis.

Paulus Venetus Papa ij.

Bonorum eccleſiaſticorum alienatio non tenet: & alienantes & recipiẽtes ſunt excommunicati, prælatiſque diuerſis diuerſæ pœnę imponuntur.

CAP. VNIC.

AMbitioſę[1] cupiditati, illorum pręcipue, qui diuinis, & humanis affectati damnatione poſtpoſita, immobilia & pretioſa mobilia deo dicata, ex quibus eccleſiæ, monaſteria, & pia loca reguntur, illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant, profanis vſibus applicare, aut cum maximo illorum ad diuini:

a Ipſo iure.] poſtquam de eius voluntate conſtabit.

b Et ſi quicquam.] Quinta pars. Et nota verbum, quicquam legitur in Euangelio Io. 14 in fin. vbi dicitur, & in me non habet quicquam: inf. de elect. quia ſæpe, li. 6. ibi, quicquã, de bonis perceperint, &c. & ſic nihil excipitur: immo quantuocunq; modicum fuerit quod vſurpatur per iſtos contra ordinationẽ prædictam, vſurpans iuxta conditionem ſuam pęnas infra ſcriptas incurrit: argum. ſupra de maio. ſolitæ, in fi.

c Prædictorum.] ſcilicet benefactorũ, vel illorum, quib. ex conſuetudine, priuilegio ſeu ſtatuto fructus vacantium competunt & intellige per ſe vel per alios eis mandantib. vel alias poſt factam ratum habentibus, quod eorum nomine geſtũ erat, ſeu præſtantib. auxilium conſilium, vel fauorem, alias non, vt ſupra de reſt. ſpol. cum ad ſedem, de ſent. excom. n. quãtæ: &c. cum quis, li. 6. non tamen extenditur iſta pœna ad extraneos iſta vſurpantes, niſi forte participarent, cum iſtis ſcienter in crimine criminoſo, cum tamquam pœnalis ſit reſtringenda ſupra, de ele. ſtatutum, lib 6 de ſenten. excom. ſi concubinæ.

d Vltra præmiſſa.] ſ. ſummam, vel reſiduũ in taxatis, vel dimidium in alijs iuxta ordinem, vt ſuperiuscula re patet. Gulielm. de monte Laud.

e Perceperit.] & ſic nota hic duo, ſcilicet iſtud, & illud quod ſequitur, intra, menſem, niſi reſtituerit cum effectu, eſſe neceſſaria ad hoc q̃ qui infraſcriptas pœnas incurrat, ergo ſi non perceperit, licet ad eum aliquo caſu alias peruenerit, vel ſi perceperit & reſtituerit, non incurrit: coniunctim. n. ponuntur iſta duo: & ideo non ſufficit alterum iſtorum accidere, ſimile ſup. de reſcrip. ex parte, & c. olim.

g Cum effectu.] Sic verba, intelligenda ſunt, vt ſup. de cle nõ reſi. relatum, de pęn. diſt. 1. aut verba.

h Eo ipſo. poſt menſem tñ ſimile ſupr. de ſent. excom. quicumque. lib. 6. Si quæras quot dies menſis iſte hẽat: dic q̃ tot quot habebat ille menſis, in quo iſtud contingit, ſi i Februario 28. ſi in Martio 31. & ſic de alijs, de quo not. plene ſup. de ele. quã ſit eccleſijs lib. 6. & ſi aliqui dies de ipſo menſe effluxerũt, de alio ſupplebuntur. facis quod no ſſ. de diuer. & temp. præſcri. leg. 2.

i Si epiſcopus. ſimiles pœnæ ponuntur ſu. de vſur. vſurarum. lib 6. in fine. & dic vt ibi: Guliel. de monte Lauduno.

k A Pontificalibus. De hoc dic vt ſup. de offi. de deleg. quia põtificali, & de ſent. excom. cum medicinalis. lib 6.

l Interdicto: de quo dic vt ſupra de appel. ad hoc, & c. dilectis, & de excep. prælatis tanta: de ſent. excom. ſi ciuitas, & c. alma: lib. 6. Gulielm. de monte Lauduno.

† Vide cõcil. Trid. ſeſ. 25. de reforma. cap. 11.

m Cum integritate: idem in ſimili dicitur, vt ſup de elect. o. quia ſæpe, vbi de hoc integritas autem diminutionem non recipit, ſicut nec adiectione indiget p̃ ent. tudo, 7 q. 1. redintegranda. 6. q. 1. ſi omnia.

Immobilia, & mobilia p̃tioſa æquiparantur.

n Mundana:] & ſic nota, duo genera hominum, 12 quæſt. 2. duo: in his enim hutus mundi illecebris non debent ſe implicare clerici, nec ſe curis prouocare eiuſdẽ: ſed potius talia ſunt vacantibus laicis relinquenda: 1. q. 1. te quidem.

Sed proh, dolor, ipſi volant proprias manus apponere: & ſimpliciter religati fortius & pluſquã fortius mendicantes,

Cultus

cultus detrimento exquiſitis medijs vſurpare præſumunt, occurrere cupientes, omnium rerum, & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem vel contractum emphyteoticum, præterquam in caſibus a iure permiſſis, ac de rebus & bonis in emphyteoſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt pro inſtantis temporis exigētia, hac perpetuo valitura conſtitutione præſenti fieri prohibemus, prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis alijs ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuæ nihilominus robore permanſuris.

Alienationis varię ſūt ſpecies.

Si quis autem contra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis, & rebus eiſdē quicquam alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi, nullus omnino ſint roboris vel momenti.

Et tam qui alienat, quam is qui alienatas res & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat.

Alienanti vero bona eccleſiarum, monaſteriorum, locorumque priorum quorumlibet inconſulto Romano Pontifice aut cōtra pręſentis conſtitutionis tenorem, ſi pontificali, vel abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus eccleſiæ ſit penitus interdus.

Alienans bona eccleſiæ, & alienata recipiens eade pęna puniutur.

Et ſi per ſex menſes immediate ſequentes, ſub interdicto huiuſmodi animo (quod abſit) perſeuerauerit indurato, lapſis menſib. eiſdem a regimine & adminiſtratione ſuę eccleſiæ vel monaſterii, cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores vero prælati, commendatarii, & & aliarū eccleſiarum rectores, beneficia vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes prioratibus, prępoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, canonicatibus, pręben dis, aliiſque eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus & regularibus beneficiis, quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipſo facto priuati exiſtant, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſintque per locorum ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis quæ propterea priuatæ fuerint) libere de iure cōferri, niſi aliàs diſpoſitoni Apoſtolicę ſedis ſint ſpecialiter aut generalter reſeruata: nihilominus alienatæ res & bona huiuſmodi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebat, libere reuerantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę prohibitionis & innouationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Marcum, anno Dominicæ incarnationis M.cccclxviij. Calend. Martij, Pontificatus noſtri anno quarto.

De emptione & venditione.

Martinus quintus venerabilibus fratrib. Treueren. & Lubicinenſi ac Almicenſi epiſcopis.

Contractus emptionis & venditionis annui cenſus cum conditionis reuenditionis, declaratur hic non eſſe uſurarius. Et in fi. mandatur quod huiuſmodi bulla publicetur.

CAP. VNICVM.

REgiminit vniuerſalis Eccleſię quamquam immeriti, diſponente Domino, prę ſidētes, curis angimur aſſiduis, vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officiū, ſubditorum quorūlibet pacis & quieti (quantum nobis ex alto cōceditur) intendamus: Et dubia, quæ inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractum, ſeu ſcandalorum parturiant fomentum, noſtro moderamine declarentur.

† De materia huius Extrauagantis vide gl. & doctores in ca. conqueſtus. de vſu Butriū & Imolam in c. ad noſtram, de emp. & ven. Anch. conſ. 30. inci. Dubitari ſolet. Fel. in ca. ſi cautio de fi. inſtr & Sot. lib. 6. de iuſt. & iure. q. 5. art 3.

Sane petitio dilectorum filiorum vniuerſorum, cleri, nobilium, incolarum, & habitatorum ciuitatis & diœceſis Vratiſlauien. nobis exhita continebat : quod a centum annis citra & ſupra, & a tanto tempore, & per tantum tempus, cuius contrarii memo-

Digitized by Google

ria hominum non exiſtit in eiſdem ciuitate & diœceſi, ac partibus alijs vicinis quædam conſuetudo rationabilis obſeruata, præſcripta, ac moribus vtentium approbata, ad communem hominum vtilitatem introducta fuiſſet: Pro quibus princeps, baro, miles, ciuis, ſiue oppidanus partium earundem, cum hoc expedire videbatur melius pro tunc non valentes ſibi conſulere perſonæ eccleſiaſticæ, aut ſœculari collegio, aut vniuerſitati, oppido, vel ciuitati, ſuper bonis ſuis, dominijs, oppidis, terris agris, prędijs domibus & hæreditatibus vendere conſueuit, & vendidit annuos cenſus vnius vel plurium marcam aut groſſorum Pargēſium nummi polonicę & pagamenti conſueti: ad rationem, & pro qualibet marca annui cenſus decem, vndecim, tredecim, quattuordecim marcæ, aut plus vel minus ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi contrahentes tunc inter ſe conuenerant. Ipſi venditori tunc integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerant, bonis in ipſo contractu tunc expreſſis, pro ipſius cenſus annui exſolutione in perpetuum obligatis. Et ſemper in ipſis contractibus expreſſe ipſis venditoribus data fuit facultas atque gratia, quòd ipſum annuum cenſum in toto vel in parte pro eadem ſumma denariorum, quam ab ipſi emptoribus receperunt, quandocumque vellent libere abſque alicuius requiſitione, cōntradictione, vel aſſenſu poſſent extinguere & redimere, ac ſe ab ipſius cēſus ſolutione ex tunc penitus liberare.

Cōſuetudo immemorialis ꝑ quid cōgnoſcitur.

Sed ad hoc huiuſmodi cenſus venditores inniti nequaquam per emptores arctari, vel adſtringi valerent, etiam ipſis poſſeſſionibus & bonis obligatis penitus interemptis ſeu deſtructis. Fuitque & eſt talis contractus emptionis & venditionis per epiſcopos Vratislauicñ. pro tempore exiſtentes, & eorum officiales, necnon per diuerſos dominos temporales locorum & terrarum, in quibus cenſus huiuſmodi conſtituti exiſtunt, tamquam licitus & communi vtilitati deſeruiens ſæpius confirmatus pariter & approbatus. Quòdque etiam ſuper huiuſmodi cenſibus, plurima beneficia eccleſiaſtica, collegia, canonicatus, & prębendæ, dignitates, perſonatus & officia, vicariæ, altaria numero pluſquā duo millia, de expreſſo conſenſu, & voluntate dominorum temporalium, ſub quorum territorijs dicta bona obligata conſiſtunt. erecta, dotata & fundata, authenticis eorundem dominorum temporalium litteris ſigillis ſigillatis, & roboratis fore noſcūtur. Quodque etiam venditores eorundem cenſuum ſe nonnumquam, ad ipſorum cenſuum ſolutionem, pœnis & cenſuris eccleſiaſticis ordinariorum locorum ſponte & libere ſubmiſerunt, ſicut etiam aliqui eorum tractu temporis compulſi fuerunt, & compelli conſuerunt. Tamen nonnulli ex venditoribus ipſis in arcum prauum conuerſi, cupientes cum alterius pecunia locupletari huiuſmodi cenſus hucuſque per eos antea libere & abſque vlla contradictione ſolutos, eiſdem emptoribus tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus ſoluere contradicunt & recuſant, confingentes huiuſmodi emptionis & venditionis contractus forte, & eſſe vſurarios & illicitos: ipſos emptores eccleſiaſticos & ſœculares, necnon collegia canonicatus; & prębendas, & dignitates, perſonatus & officia, vicarias, & altaria, ac beneficia huiuſmodi, ipſorum annuorum cenſuum ſpoliant perceptione, & detinent ſpoliatos in animarum ſuarum periculum, eorumque emptorum pręiudicium, damnum & grauamen. Et propterea an contractus emptionis & venditionis huiuſmodi licite exiſtant, a nonnullis hæſitatur. Quare pro parte eorundem cleri, nobilium, incolarum & habitatorum ciuitatis & diœceſi Vratiſlauicñ. nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt an contractus huiuſmodi liciti, vel illiciti cenſeri debeāt, declarare, & alias is in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Locupletari ex alieno reprobatur.

Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, quia etiam ea relatione dilecti filij noſtri Gulielmi tituli ſancti Marci preſbyteri Cardinalis, cui negotium huiuſmodi cum peritorum conſilio commiſimus examinandum, comperimus contractus huiuſmodi iuridicos, & iuxta determinationem doctorum licitos fore. Ad huiuſmodi ergo ambiguitatis tollendum dubium, in Præmiſſis, præfatos contractus licitos; & iuri communi conformes, ac ipſorum cenſuum venditores ad illorum ſolutiones (remoto contradictionis obſtaculo) obligari auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium certa ex ſcientia declaramus: Non ob-

Digitized by Google

obſtantibus præmiſſis cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

¶ Volentes quòd prædictæ litteræ noſtræ debitum ſortiantur effectum, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus ueſtrum per vos vel alium ſeu alios, præfatis emptoribus in præmiſſis opportuni fauoris præſidium efficaciter impendentes, dictaſque litteras vbi quando & quotiens expedire videritis auctoritate noſtra ſolemniter publicantes, faciatis eadem auctoritate eiſdem emptoribus, vel ipſorum procuratoribus eorum nominibus, per venditores ſeu debitoros cenſuum huiuſmodi de præfatis cenſibus iuxta contractuum & conuentionum inter ipſos habitorum formam & tenorem, & plenam & debitam ſatisfactionem impendi: Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari nõ poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Datum Romæ apud ſanctos Apoſtolos ſexto nonas Iulij, Pontificatus noſtri anno octauo.

Priuilegiũ Papę poteſt a cenſura eccleſiaſtica p̃ ſeruare.

¶ Calixtus tertius epiſcopus, Magdeburheñ. Nurumburgeñ. & Halberſtaden. eccleſiarum decanis.

¶ *Contractum quendam emptionis & venditionis precedenti ſimilem declarat eſſe iuri conſonum, et ab vſuris alienum. Et tandẽ iubet prẽſentem bullam cunctis manifeſtari.*

CAP. II.

† Vide Doctores in ꝓxime præcedenti extrauaganti citatos.

ij Regimini † vniuerſalis Eccleſiæ quanquam immeriti diſponente Domino præſidentes, curis angimur aſſiduis, vt juxta nobis crediti diſpenſationem officii ſubditorum quorumlibet paci & qui (quantum nobis ex alto conceditur) intendamus: Et dubia quæ inter eos oriuntur pro tempore (ne litigium, anfractus exinde ſeu ſcandala proueniant) debito (prout iuſtitia ſuaſerit) declarationis noſtræ miniſterio ſopiantur.

¶ Sane pro parte venerabilis fratris noſtri Ioannis epiſcopi Merſburgeñ. & dilectorum filiorum vniuerſi cleri ciuitatis & diœceſis Merſrburgenſis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet a tanto tempore cuius contrarii memoria non exiſtit, in diuerſis Alemaniæ partibus, pro communi hominum vtilitate, inter habitatores & incolas partium earundem talis inoleuerit, hactenuſque obſeruata fuerit legitime præſcripta, ac moribus vtentium & ordinariorum ꝑmiſſione, & plerumque expreſſa ratificatione approbata conſuetudo, quod ipſis habitores & incolę, ſiue illi eis, quibus id pro ſuis ſtatu & indemnitatibus expedire viſum fuerit, ſuper eorum bonis, domibus, agris, prædiis, poſſeſſionibus & hęreditatibus, annuos marcarum, florenorum ſeu groſſorum monetæ in partib. illis currentis redditus ſeu cenſus vendentes pro ſingulis ex marcis, florenis ſiue groſſis huiuſmodi, ab eis qui illas vel illos, ſiue redditus ſiue cenſus ipſos emerint certum competens pretium, in numerata pecunia ſecundum temporis qualitatem, prout ipſi vendentes & ementes in contractibus ſuper his inter ſe firmauerunt, & reciperent, ſoliti fuere illa ex domibus, terris, agris, prædiis, poſſeſſionibus & hæreditatibus prædictis, qui in huiuſmodi contractibus expreſſis fuerunt, prædictorum ſolutione reddituum & cenſuum efficaciter obligantes, in illorum vendentium fauorẽ: Hoc adiecto, quod ipſi pro rata, qua huiuſmodi per eos receptam dictis ementibus reſtituerent in toto vel in parte pecuniam, a ſolutione redituum ſeu cenſuum huiuſmodi reſtitutam pecuniam contingentium, liberi forent penitus & immunes. Sed ijdem ementes etiam ſi bona, domus, terræ, agri, poſſeſſiones, & hæreditates huiuſmodi proceſſu temporis, ad omnimodæ deſtructionis ſiue deſolationis reducerentur opprobrium, pecuniã ipſam etiam agendo repetere non valerent. Apud aliquos tamen hæſitationis verſatur ſcrupulus, an huiuſmodi contractus liciti ſint cenſendi.

Cõſuetudo d citur ius vtentiũ moribus approbatum.

¶ Vnde nonnulli illos vſurarios fore præ-

ten-

tendentes,occaſionem quærunt redditus & cenſus huiuſmodi ab eis debitos non ſoluendi. Quare pro parte epiſcopi & clerici prædictorum aſſerentium, quod in talibus ſic emptis cenſibus & redditibus,fructus, redditus & prouentus plurium eccleſiarum,monaſteriorum,hoſpitalium,& eccleſiaſticorum ſieneficiorum ciuitatis & diœceſis ac partium prædictarum,necnon fere omnes quotidianę diſtributiones,quæ in pleriſque ex eccleſiis ipſis diuinis intereſſentibus miniſtrari ſolent,conſiſtere noſcuntur:nobis fuit humiliter ſupplicatum,ut ſuper his Apoſtolicæ ſedis declarationis oraculum impertiri,& adijcere paterna dilectione curaremus.

Dubia declarata ſunt Pontificis eſt.

¶ Nos igitur huiuſmodi in hac parte ſupplicationibus inclinati,& factas ex commiſſione felicis recordationis Martini Papæ v.prædeceſſoris de ſuper examinationem,& eiuſdem prædeceſſoris noſtri declarationem attentius perſtringentes,ſuiſque veſtigiis inhærentes,ad omne ſuper his ambiguitatis tollendum dubium prælatos contractus licitos, iurique conformes & vendẽtes eodem ad ipſorum ſolutionem cenſuum & redditũum, iuxta dictorum contractũum tenores (remoto contradictionis obſtaculo) efficaciter teneri auctoritate Apoſtolica præſentiũ ſerie declaramus. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginã noſtrę declarationis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si qui autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei,& beatum Petrl & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurũ, Datũ Romæ apud ſanctum Petrum,anno incarnationis Dominicæ M. cccc. lv. pridie nonas Maij, Pontificatus noſtri anno primo.

Galiel. Dicit tradi in repertorio, & Frater Thomas 4. ſen. diſt. 19. Et ideo in iſta materia quilibet ſacerdos poteſtate ordinis regulariter poteſt a quolibet peccato abſoluere. Quod ſic probatur Io. 20 dicitur. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Sed dices, hoc dictum eſt Apoſtolis. Dic quod epiſcopalis dignitas in hoc nõ addit de quo agitur, ſ. ordinem ſacerdotalem, & quod adiciat, no. ext. lib. 6. de ſent. excõ. cum medicinalis. Et in ordinatione cuiuslibet ſacerdotis etiã dicta verba per ordinatorem dicũtur, vt patet in lib. Pontificali. Item in cap. e Chriſto omnia deſcendunt, et diſt. in nouo, x to. a Nam de eius plenitudine omnes accepimus. Cum ergo ſacerdos rite ordinatus habeat poteſtatem conficiendi corpus Chriſti verum, vt extra de ſum. tri. firmiter, §. una vero, & poteſtas, quæ eſt ſup corpus Chriſti Myſticum, deſcendat a poteſtate, quæ eſt corpus Chriſti verum, vt de con ſec. diſt. 2. quia corpus, & c. qui paſſus. Cum igitur quilibet ſacerdos qui eſt recte ordinatus poteſt miniſterialiter in verbo Dei conuertere panem & vinum cum aqua in calice mixtum in corpus Chriſti verum & ſanguinem, de conſecra. diſtin. 2. panis. & c. calice ergo conſimiliter poterit miniſterialiter peccatorem quemlibet conuertere in membrum Chriſti, & corpori Chriſti myſtico adunare per ſacramentum pœnitentiæ. Item dico ſecundo, quod licet ſacerdos habeat hoc ex poteſtate ordinis: non habet tñ poteſtatem iuriſdictionis ſeu exercitiũ niſi in ſubditos. Vnde ſicut in foro iudiciali quis non ligat nec abſoluit niſi ſubditum ita nec in foro pœnitentiali. ext. de paroch. nullus, ext. de iud. c. at ſi clerici, ext. de pœnit. & remiſ. c. omnis, § ſi quis. Et ſicut ſacerdos non habet exercitium ſuæ poteſtatis in corpus Chriſti verum, quando non habet materiam ad ſacrificandum, ſ. panem & vinum, ſic nec in hoc caſu agere poteſt, niſi in materiam ſibi ſubiectam, arg. 10 diſt. quis neſciat, 1 a. diſ. c. 1. & 2. 19. diſt. ita Dominus. ergo in foro pœnitentiæ duo requiruntur ad peccata remittenda, ſ. poteſtas ordinis quo ad ſe, & iuriſdictio ſeu exercitium poteſtatis, quæ a maioribus in inferiores deſcendit, 21. diſt. in nouo. nam ſic tangitur ordo naſcentis eccleſiæ a Deo. Hinc eſt quod a ſummo ſacerdote ad maiores ſacerdotes, hoc eſt epiſcopo, & a minoribus ſacerdotibus in curatos fit deriuatio, & poteſtatis deſcenſus, & ſummus ſacerdos poteſtatem maiorum ſacerdotum, & magni ſacerdotes poteſtatem curatorum arctare poſſunt, ſicut maius imperium habentes, ff. de iud. iudicium, 63. diſt. Salonitanæ, extra de offi. or. cum ab eccleſiarum. Vnde ſicut ſummus ſacerdos arctat poteſtatem magnorum ſacerdotum in abſoluendo, 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente, & illam eandem poteſtatem arctatã in certis caſibus quãque laxat extra de ſen. excomm. peruenit, & 6. lib. eod. tit. religioſo reſpon. ſic ſacerdos magnus poteſtatem ſacerdotis curati ex cã arctare poteſt, & laxare eandem, cum ſit ordinarius totius ſuæ ciuitatis & diœceſis. 11. q. 1. de perſona. Cum actus vnum factum in vna regione puniatur, quam in alia: & ideo maiorem iudicem requirit ff. de abig. l. 1. reſpon. Ipſe tamen epiſcopus peccat, ſi ſine cauſa arctat 11 quæſt. 1. peruenit. & d. c. cum ab eccleſiarum. Quædam etiam ſunt reſeruata

Caſus epiſ reſeruati.

a iure ipſis epiſcopis extra li. 6. de pœni. & remiſ. tr. eps. Primus eſt, ubi ſolemnis eſt pœnitentia imponenda, 50. diſt. in capite 26. q. 6. c. 1. Secundus, vbicunque eſt arduũ & grauæ factum, 16. diſt. de concilis, 65. diſt. de perſona. eadem de offi. archid. c. fi. & 25. quæſtio 6. c. vlt. præterea ſi [illegible] difficile & ambiguum, extra qui fil. ſint legit. per venerabilem. Et eſt ratio: quia maiora negotia maiores iudices requirunt extr. de app. ut debitus, in fin. Tertius eſt in reſtitutione male ablatorum incertorum in magna quantitate. extr. de iudæ. cum ſit, extra de teſta. [illegible] & 82. diſt. § 1. & c. 1. extra de uſu. cum tu. Quartus eſt vbicunq; abſolutio ab excommunicatione reſeruata epiſcopo eſt neceſſaria. ext. de ſent. exco. de extero. & c. de moniali bus. ſicut video in diſpenſatione, quæ non eſt permiſſa inferiori epõ, extra de vot. & voti redempt. c. 1. Sed nunquid ab alio quam ab excõicatione poterit abſoluere ſacerdos curatus, vt poteſt ab iniectione manuũ, pro qua pœna excõicationis imponitur? Dic quod nõ. Et eſt rõ, cum idem ſit factum pro quo eſt peccatum. Et pœna peccati nõ debet teneri per diuerſos, ſed per eundem ſecus ſi ex alio facto emergeret. v. g. Excommunicatio uel ſuſpenſio infligitur pro peccatum, & irregularitas propter immiſſionem, ſuſpentione uel excommunicatione durante, quo caſu inferior poſſet abſoluere a primo, non diſpenſare cum ſecundo, extra lib. 6. de ſent. excom. c. 1. § vlt. ext. lib. 6. de ſen. & re iu. ſ. eterni. §. ſi. ext. de ſent. excom. nuper § io ſecundo. Quintus, in publico blaſphematore Dei & ſanctorum. extr. de male. capit. ſecundo. Sextus, in incendiariis domorum. Et ſeptimus, in truncatoribus membrorum, 23. q. vlt. ſi quia membrorum & c. ſeq. Octauus, in homicidio, cum enim truncatio membrorum ſit minor homicidio, ſi primum reſeruatur epõ, magis ſecundum. Nam cui ſunt prohibita minora, magis & maiora ff. de reg. iur. l. cui pacto. extr. de ſen. excom. cum illorum circa prin. Nonus, ubi ſtatutum ſynodale, uel conſuetudo aliquos caſus reſeruaret epiſcopo, nam conſuetudo dat iuriſdictionem, etiam in foro pœnitentiali. arg. ca. de elec. dudum 2 & de præſcr. ex tranſmiſſa, & c. cum olim & c. ueniens. Vbi autem ius vel conſuetudo ſeu expreſſa reſeruatio non abdicat a curatis, curati habent plenam poteſtatem abſoluendi, & pœnitentias occultas & publicas iniungendi de pœnit. diſt. 1 multiplex. & diſt. 3. de pœnitentib. 16. quæſt. 6. presbyteri. & ext. de pœnit. & remiſ. omnis. qua ponit regulã quam ſeruabo, niſi inuenerim vitiatam ff. de reg. iur. l. 1. & 50 diſ. c. vlt. ubi eſt capitellum de publica. Credo tamẽ quod pœnitentiam per epm impoſitam inferior minuere non poteſt 10 diſt. inferior ext. de maio. & obed. cum inferior. Nec obſtat 50. diſt. accedens, & 33. q. 2. latorem. quia ib. expreſſe ſuit conceſſum inferiori. Sed quæro, nunquid epiſcopi iſta conſtitutione non obſtante poſſunt reſeruare ſibi caſus de quibus ante hanc conſtitutionem poterant curati abſoluere? Et videtur quod non: quia hoc iam eſſet priuilegium diminuere uel auferre ſeu decurtare: quod fieri non debet, etiam indirecte, extra de priuilegiis, quanto. Dic contra, quia licet fratres ſint exempti ab epõ, non tamen parochiani. argum. extr. de priu. leg. ex ore. & lib. 6. eod. tit. per exemptionem. Nec obſtat hæc litera: quia non videtur poteſtas conceſſa a iure, quæ eſt iure reuocata ff. de diuor. diuortium. Item ſicut ſicut epiſcopi poteſtatem ordinariam arctare poſſunt inferiorũ ſuorum, multo magis extraordinariam & aduentitiam: nec debet idem parochianus diuerſo iure cenſeri quo ad curatos & quo ad fratres, extra de priuil. quia circa. unde qui non eſt ſub curato, non ſit ſub fratre quo ad id de quo agitur. Et nihil eſt curatis a iure conceſſum, niſi quod non eſt ab epiſcopis reſeruatum. Item illa ſunt de bene eſſe, & accidentalia non debent mutare poteſtatem epiſcoporum, quæ eſt ſubſtantialis, fundamentalis, & ordinaria, not. ext. lib. de hæret. per hoc. argum. extr. de priuil. patentib. ext. de eccl. ædif. ad audientiam. a. Et alias vno uerbo contingeret multa iura ſubuerti, quod eſſe non debet. extra de elec. eccleſia 2. § denique. Nec obſtat argu. in oppoſitum: quia cuilibet eſt licitum facere in re propria quod placet, dumodo non animo iniuriandi & nemini facit iniuriam qui vtitur iure ſuo. ff de aqua plu. arc. l. 1. § denique, ff. de iniur. iniuriarum, § is qui. a Huiuſmodi: hic § tractat de lacte & lana, ad quæ inhiant prælati, curati & fratres, ut plerunque quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, contra doctrinam Apoſtoli. Et hic §. diuiditur in tres partes. Primo dictis religioſis concedit liberã ſepulturam. Secundo, ueri. verum curatis reſeruat quartam, in multis caſib. ſpecificando eam.

ſam eis eccleſiarum prælati vberiorem in hac parte gratiam ſpecialiter ducerent faciendum.

¶ Huiuſmodi quoque ſtatuto & ordinationi-

Digitized by Google

bus noſtris adiicimus, vt fratres dictorum ordinum in eccleſiis vel locis ſuis vbilibet conſtitutis liberam, vt ſequitur, habeant ſepulturam: videlicet quod omnes ad eam recipere valeant, qui ſepeliri elegerint in locis & eccleſiis memoratis a.

Verum ne parochiales eccleſiæ & ipſarum curati ſiue rectores, qui miniſtrare habent eccleſiaſtica ſacramenta, quibus noſcitur de iure b competere, prædicare, ſeu proponere verbum Dei, & confeſſiones audire fidelium, debitis & neceſſariis beneficiis defraudentur, cum operariis mercedis exhibitio debeatur, auctoritate Apoſtolica conſtituimus & ordinamus eadem, ut dictorum ordinũ fratres de obuentionibus omnibus tam funeralibus quã quibuſcunque & quomodocumque relictis, diſtincte vel indiſtincte; ad quoſcumque certos vel determinatos uſus, de quibus etiam quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi non conſueuit, uel non debet de iure, nec non de datis vel qualitercunque donatis in morte ſeu mortis articulo in infirmitate donantis vel dantis, de qua deceſſerit quomodocunque directe vel indirecte fratribus ipſis vel aliis pro eiſdem, quartam c partem (quam Auctoritate Apoſtolica taxamus, & etiam limitamus) parochialibus ſacerdotibus, & eccleſiarum rectoribus ſeu curatis largiri integre teneantur: facturi & curaturi, quod nec alii nec aliis, a quibus quarta huiuſmodi minime deberetur, ad ipſorum fratrum utilitatem, vel commodum huiuſmodi fiant relicta, aut in eos taliter data uel donata procedant, ſeu quod in morte, vel ab infirmis huiuſmodi dandum uel donandum fratribus ipſis exiſteret, in eorũdem dantium uel donantium ſanitate, ſibi dari vel donari procurent: In quibus per ipſos iurandis eorum intendimus cõſcientias onerari: vt ſi (quod abſit) per fratres ipſos dolo vel fraude quicquam in hac parte agi fortaſſe cõtigerit, præter idquod eos propter ea dictis ſacerdotibus, rectoribus, & curatis teneri uolumus, etiam diſtricta ratio in extremi iudicii examine requiratur ab eis. Vltra portionem autem huiuſmodi nihil ualeant parochiales, rectores, curati & prælati exigere ſupradicti, neque illis dicti fratres amplius impendere ſint aſtricti, neque ad id

eam. Tertio, verſi. vltra mandat ampliorem portionem non exigendam. Sed nunquid idem eſt ſeruandum aliis religioſis Mendicantibus & non Mendicantibus? Dic prædicti duo articuli gratioſe conceſſi Prædicatoribus & Minoribus, vt ſupra patet, ad conſequentiã non ſunt trahenda. Sed hic ſ. in quo limitatur ius cõmune, ad conſequentiam eſt trahẽdus, ff. de leg. nõ poſſunt, & l. ſequenti, & extra, 6. lib. de re iud. quæ à iure, & hoc dico quo ad emolumẽta ſepulturæ non quo ad ipſam ſepulturam, quia de iure communi nõ eſt conceſſa ſepultura, hoc eſt ius recipiẽdi ad ſepulturam oẽs. Sed qui habent ius recipiendi ad ſepulturam quo ad partẽ curatorum, cẽſetur hoc ius cõmune. Vel dic alios religioſos iure antiquo cenſeri, & Prædicatores & Minores hoc iure arctari, vt iſtud quodammodo ſequatur ex præcedentibus, quæ nõ ſũt cõceſſa aliis religioſis. a Memoratis, etiam ſi eſſent minus religioſe, extra lib. 6. de ſepul cum q. s. ſ. ſi q. s. b De iure] extra de teſta. c. ſi et verbum, In fraudẽ, ibi poſitum fecit hoc adiici, ne locus fraudi relinqueretur, quoniam frequenter fraus fiebat in animarum contra agentium periculum & rectorũ detrimẽtũ, q. b. vtinã ſit occurſũ. c Quartam. ſed nunquid iſta quarta debebitur curatis de legatis relictis fratribus & ſi legantes apud fratres non elegerint ſepulturã? Dic q̃ nõ. Et ſic no. extra de ſepul. c. s. & ratio redditur hoc ſ. Nam iure communi quis debet ſepeliri vbi recipit eccleſiaſtica ſacramenta, extra de ſepultu. cap. 1. quia tamen contra hoc ius datur electio ſepulturę in vltima voluntate, decuit vt extra electio prædicta fieret ſine iniuria curati, & ob hoc canonica portio, quæ quandoque erat tertia, quandoque quarta, quandoque dimidia, hic limitatur & taxatur, vt ſit quarta ad remouendum diſcordias, ut hic. & extra de ſepul. c. certificari. Et ubi hoc conſuetudine canonica vel ſtatuto, vt hic, vel alio modo legitimo non taxaretur, diceret illam dimidiam in dubio, arg. ff. de vet. lig. nomen filiarum, ſ. portionis, ff. de uſufructu etiam. Nam priuilegium datum fauore ultimę voluntatis, debet intelligi ſine cuiuſque iniuria. C. de emanc. libe. nec auus, & ideo fit hæc compenſatio hic, nõ in quæſtione propoſita. Et ſi curatus de omnibus relictis haberet quartam, eſſet fortunatus ſi haberet ſub ditum, q. centum millium marcharũ legaſſet. Item legatarius integrum debet habere legatum regulariter, & ideo defalcationem eiuſdẽ denego, vbi nõ eſt iure expreſſum, ar. ff. de reg. iur. l. i. pręſertim ne ultimæ voluntates, quę pro lege ſeruant, aut. de nupti. ſ. diſponat, coll. 4. minuantur, & vt ultima uoluntas prorſus ſit libera, C. de ſacroſã. eccl. l. 1. Sed quæro eligẽs ſepulturã apud fratres habet Miſſã antequã portetur ad fratres in parochia ſua, nunquid de iſto emolumento aliquid habebũt fratres vel q̃ p hoc diminuetur quarta dictorum curatorum? Dic q̃ ſi, quia hoc caſu ſtabo iuri cõi, vbi non reperio ipſum infractum, extra, 6. lib. de electi. conſtitutio. Sed quæro, nunquid funus debet portari primo ad parochiã propriã? Dic q̃ ſic, ſi ſit cõſuetudo, q̃ in his ſeruatur, extra de ſepu. certificari, & in ſ. prox. nõ tollitur conſuetudo ſimpliciter, ſed conſuetudo aduerſa præcedentibus. Sed quid ſi non eſt conſuetudo? idem dico, quia ſicut illa funeratus ſacramenta recepit a proprio curato dum uiueret, ſic honeſtũ eſt, ut ultimum uale recipiat a ſuo curato habẽdo Miſſam in propria eccleſia, arg. de conſe. di. 1. non oportet. Licet e ſi gaudeo alibi ſepulturam ſuã eligere propter ſtructum aię, qui in eccleſia propria per ſacramenta eccleſia habuit exordiũ, & ſi non decet q̃ in ſine ſtultitatur i Miſſã propria eccleſia, & ſic augebit q̃ intenuit: q̃ enim faciendum erat ſine electione, q̃ tacię electioni non repugnat

Sepulturæ libera eſt electio.

voluntas ultima pro lege ſeruatur.

Mortuus an prius ſit ad ſuã parochiã portandus, ſi alibi elegit ſepulturam.

Digitized by Google

ſed concordat, eſt imp[e]ndum: ſicut intentioni eligen- tis & non contionum, arg ff de cu[r]ct. in creditore, ff. de a- qua pl[uuiae] arcen. l. 1. § Labeo.

a Nos etenim. ſed nunquid hic § reſpicit tres articulos præcedentes, vel ſolum immediatum de ſepulturis? Dic quod omnia, præſertim propter verba quæ ſequuntur, præmiſſis vel alicui præmiſſorum. Sed quæro, pactum eſt ſuper ſepultura, quod habere poteſt regulariter, licet hoc modificetur, extra 6 lib. ca l & 3 mota controuerſia ſuper hoc eſt ſententiatum & confirmatum per ſedem Apoſtolicam, vt de facto vidi ante hanc conſtitutionem: Nunquid per hunc §. tollitur dicta ſententia & confirmatio? Videtur quod ſic, quia ſi pactum tollatur, & quod ſequitur ex virtute pacti, arg C de duobus reis, l. fin. Dic contra. hæc ordinatio exorbitat a iure communi, & hoc quod non eſt expreſſe ſublatum ſtat. C. de appel. præcipimus, in fi nec ſententia pacti iam eſt ſublatum, ergo pactum eſt ſic fortificatum ſicut ſententia & confirmatione, arg extra 6 lib. de pact. quamuis & 6 lib de iureiu. licet, & 6. lib de foro comp ca fin. Plus enim hoc poteſt ſimpliciter, ut d[ictum] eſt ſupra. Item argu. auth. ut cum de appellat. cog. co. in prin. & § 1. & ibi no legem nouam non ſe ferri ad cauſam pendentem in iudicio ſeu decisam ſententia, etiam ubi l. x ad p[ro]terita referatur, do minus Io Monac le partibus Picardiæ Cardinalis.

Additio Io. Fan de Pa minis.

ADDITIO Ad intellectum iſtius decretalis, ſuper ea hedram, eſt omnino uidendus tractatus nec cuntiliorum tildrad[?], quod incipit, Gaudimus, quæ fratribus ordinum Mendicantium inſeruntur, & eſt in numero mo rum 85 ubi eam determinat & determinā

a quo quam poſſint aliqualiter coerceri. Nos etenim a, vt in cunctis æqualiter & pacifice fauente Domino procedatur) vniuerſa priuilegia, gratias, indulgẽtias verbo ſeu ſcripto ſub quacunque forma uel expreſſione, ſeu conceptione uerborum a nobis uel prędeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus cuicunque ordinum prędictorum conceſſa a nec non conſuetudines, conuentiones, ſtatuta, & pacta in quantum ſunt p̃miſſis uel alicui prçmiſſorum contraria, ea pœnitus reuocamus, uacuam[a], caſſamus & irritamus, quinimo caſſa, uel uacua & irrita nunciamus, & decernimus nullius prorſus exiſtere firmitatis.

¶ Cęterum uniuerſos eccleſiarum prçlatos cuiuſcumque prçminentię ſtatus, uel dignitatis exiſtant, ac ſacerdotes parochiales & curatos, ſiue rectores prędictos pręſentium tenore rogamus, & hortamur attente, nihilominuſque eis diſtricte prçcipiendo mandamus, quatenus pro diuina & Apoſtolicę ſedis reuerentia prędictos ordines & profeſſores eorum habentes affectu beneuolo commẽdatos, fratribus ipſis non ſe difficiles, graues, duros, aut aſperos, ſed potius fauorabiles, propitios, ac benignos, atque munificentia liberales, ſe ſtudeãt exhibere, ſic eos in prædicationis officio, & propoſitionibus uerbi Dei, ac in

tut per partes difficultates reſultantes tam ſuper verbo, libera, de quo in textu, quam ſuper aliis, de quibus ibi: vbi concluditur in effectu quod verbum, libera, notat quandam prærogatiuam abſolutam, & dominium ſuper actu cui adiicitur, de electio cum nobis olim,

omnibus aliis ſupradictis tanquam cooperatores eorum idoneos & laborum ſuorum participes prompta benignitate recipiant, ac effectuoſe admittere nõ omittant, vt proinde illis æternæ beatitudinis præmium augeatur, & animarum ſalutis incrementa felicia procurentur. Nec ipſos lateat quod ſi ſecus ab eis agi fortaſſe contigerit in hac parte, Apoſtolicæ ſedis benignitas, quæ ordines & profeſſores eoſdem vbere fauore proſequitur & gerit in uiſceribus charitatis, contra eos non immerito turbaretur, nec eadem æquanimiter pati poſſet, quin ſuper hoc prouiſionis opportunæ remedium adhiberet, ipſoſque nihilominus cœleſtis indignatio principis digna p[ro] meritis rependentis, cuius obſequia fratrum ipſorũ ſedulitas curioſa proſequitur, minime præteriret.

Nulli ergo omnino, & cætera.

De decimis.

¶Bonifacius octauus collectori decimę.

Cum Bonifacius decimam certis ex cauſis hic in principio expreſſis ab eccleſiis & eccleſiaſticis perſonis exigi ſtatuiſſet, multa dubia circa illam ſuborta ſunt, quæ hic clarè & prolixe manifeſtantur

in fi. &c. Itẽ q[uod] licitum eſt fratribus etiam p[ro]ceſſionaliter ire ad aſſumendum funus p[er] alienas parochias, cũ eis uideãtur cõceſſa omnia, per q[uae] peruenitur ad ſi. l. 3. § ult. de ſer. urb præd. Itẽ, q[uod] de relictis ab his, qui apud eos non eligunt ſepulturã, nulla quarta debetur, quia ceſſat ratio cõſtitutionis. l. quod dictũ, de pac. Item q[uod] de relictis fratrib. affectione ſãguinis, amicitiæ uel meritis, dẽt ſolui quarta. Item q[uod] decretalis nõ habet locum niſi in relictis fratribus, apud quos eligitur ſepultura per ia[m] ſ[upre]mum, q[uod] in ea infirmitate deceſſerit arg. not in l. aliũ næ, ff de adi. leg. Itẽ q[uod] non hẽt locum ubi teſtator expreſſe relinquit canonicã portionem eccleſiæ parochiali, argu. in l cum quo, ff. ad legẽ Falci. Item, q[uod] non debetur quarta de oblationibus, quæ fiunt in anniuerſario, & aliis officiis ſequentibus. Item, nec de mortuariis inquantum differunt a funeralibus. Item q[uod] parochia dẽt recipere quartam, de manibus fratrum, & non hæredu defuncti. Itẽ q[uod] quarta debetur de relictis p[ro] ornamẽtis, libris & fabricis, & luminaribus, &c. Item q[uod] de datis inter uiuos, & in ſanitate quorũ dominiũ ſtatim tranſiuit, quarta nõ debetur. Itẽ q[uod] parentes poſſũt eligere ibi ſepulturã p[ro] filiis. Itẽ q[uod] quarta debetur de pecunia relicta ad cõplendã eccleſiam. licet ſi quarta detraheret, non ſufficeret pecunia ad illum uſum. Item q[uod] dicta dec[retalis] nõ extendit ſe ad eos, qui mortui ſunt ante etiam cõditam, ſed in illis ſeruari debuit decre. inter cunctas Benedicti xj. Ioan. Fils u[n]de

vide textum cum gloſſa in clementina ſecunda, eo. tit. vbi hæc extrauagans in multis declaratur.

C A P. VNICVM.

DEclarationes, quas in negotio decimę per nos nuper impoſitę pro proſecutione guerræ ac negorij regni Siciliæ contra hoſtes, de eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis, per totam Italiam, & cætera loca conſtitutis volumus obſeruari (cuius quidē decimę in illis partib. te ſuperintendentem ſeu collectorem duximus deputandum) tales ſunt: De redditib. & prouētib. leproſariarum, domorum Dei & hoſpitalium pauperum, qui in vſus leproſorum, infirmorum, & pauperum conuerútur, decima nō ſoluetur: Moniales aliæq; regulares perſonæ, quarum redditus & prouentus eccleſiaſtici adeo ſunt tenues & exiles, quod de illis ſuſtentari non poſſunt, ſed pro habēdo vitę ſuę ſuſtentationem neceſſe habent publice mendicare, & eleemoſynas publice petere, dictam decimam non peſoluent. Sæculares quoq; clerici, quorum eccleſiaſtici redditus & prouentus annui ſummam ſeptem florenorum auri non excedunt, eandem decimam non præſtabunt.

Si vero vna perſona plura habeat beneficia, quorum nullum per ſe acceptum dictam ſummam ſeptem florenorum auri annuatim attingat, ſimul tamē collecta in minimis prouentibus ſummam memoratam excedant, quotquot vel quantumcunque modica fuerint de omnibus & ſingulis decima perſoluetur: ſed nō ſoluetur de pitantiis monachorum. Similiter de his, quæ a Chriſti fidelib. relinquuntur eccleſiis: vt ex his perpetui emantur redditus. Item de xeniis prælatis & aliis perſonis eccleſiaſticis liberaliter factis, decima non ſoluetur.

Soluentium decimam electioni ſeu arbitrio committitur, vtrum ipſam velint ſoluere per totum tempus quod durabit decima, pro rata prouentuum, quos ſingulis annis dicti temporis ipſos percipere contigerit, an per ipſum tempus pro rata communis æſtimationis prouentuum eorūdem. Sed vna via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo. Et fiat & redigatur per collectores in ſcriptis electio huiuſmodi expreſſe in prima ſolutione decimę ſupradictæ: alioquin iuxta æſtimationem communem per totum tempus ſoluere tenebuntur.

Declaramus autem, quod hi, qui elegerint ſoluere decimam pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendant prouentus beneficiorum ſuorum, quæ perſonalem reſidentiā non requirunt, & ſoluant decimam pro ſolo precio, quod receperint de eiſdē: dum tamen contra hoc in fraudem decimæ nihil omnino agatur. Sed eccleſiaſtica perſona, quæ in eccleſia ſua vel beneficio (quod reſidentiā perſonalem requirit) non reſidet, ſed facit in eodem per firmarium vel vicarium deſeruiri, deputando ipſi vicario vel firmario certam ſuorum prouentuum portionem: non de vicariatus ſeu firmarii portione: ſed de vniuerſis ipſius eccleſiæ vel beneficii prouentibus decimam exhibebit. Bñficia aliqua ſunt, q̃ pſonalē ſeu deuiā no requirunt.

Declaramus etiam quod de ſyluis ſeu nemorib. quæ non conſueuerunt vendi, nil ſoluetur, niſi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima: & tunc ęſtimabitur quantum valere debent annui redditus partis vēditæ ſecundū aſſiſiam, quæ conſueuit fieri de nemorib. in partibus illis, in quibus nemus ſituatum fuerit: & de ſola æſtimatione decima perſolueretur, & non de eo quod perciperetur de dictis ſyluis ſeu nemoribus, quæ vēdi non conſueuerunt, niſi forte vendantur durante decima: quia tunc ſoluetur ex venditione paſcuagii ſeu herbagii, aut alterius conſimilis prouentus eorundem nemorum & ſyluarum. Et ſi non vendantur huiuſmodi paſcuagia, & ſimilia, non ſoluetur decima de his: ita tamen quod in fraudem decimæ nihil contra hoc attentetur. Idemque de paſcuis, herbagiis, & conſimilibus obuentionib. ſyluarum voſumus obſeruari

De ſtagnis, & piſcariis decima ſic ſoluetur: videlicet quod fiet relatio de numero annorum, quibus ante venditionem vltimam vendita non fuerunt, ad quantitatem pretij ex ipſa venditione vltima recepti, vt pretio diuiſo in parte ſecundum annorum terminum, durante decima ſoluatur decima ipſa de tot partibus pretii ex ipſa venditione recepti quot fuerunt anni prędicti, vt ſi forte ſunt quinque anni elapſi, ex quo fuerat ſtagnum

venditum, & tunc vendantur pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis quibus durabit decima, ſoluetur ipſa decima de tribus partibus, pretij tantum, videlicet, lx. florenorum, & multiplicabuntur, & minuentur partes pretii prout plures & pauciores fuerint dicti anni. De piſcariis autem fluminum & lacuum, & venationibus ſi vendantur, & ſyluis cæduis, idem quod de ſtagnis fiet.

De piſcibus ſtagnorum vel beluis garenarum, quos pro vſu vel eſu ſuo conſumi, vel ſi De fraude donari contigerit, decima non ſoluetur. Et quia nonnulli obtinent a monaſterijs & eccleſijs prioratus, grangias, domos, redditus, penſiones, & cenſus, in ſoluenda de his decima credimus diſtinguendum: videlicet an talia in beneficium habeantur, an ex cōtractu, an ex mera gratia.

Redditus obtinent ab eccleſijs varijs modis.

Si talia in beneficium habeantur, ſiue hoc ſit conceſſum per ſedem Apoſtolicā, ſiue per ipſorum monaſteriorum, vel eccleſiarū perſonas, de illorum prouentibus ſoluetur decima. Cum autem obtinentur talia ex cōtractu, puta ad penſionem vel firmam annuam, in qua non eſt facta gratia obtinenti, ſed in hoc vterque contrahentium ſtuduit conditionem ſuam facere meliorem, perceptores penſionis vel firmæ de ipſa penſione vel firma decimam exhibebunt. Si autem quis ante vel poſt conceſſionem huius decimæ ad vitā propriam emit prouentus prioratuum vel aliorum prędictorū pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei ſcienter gratia non eſt facta, conſiderabitur quantum æſtimatione communi valeant annui prouentus, prioratus, grāgiæ, domus, terrarum, ſeu reddituum huiuſmodi: & ſecundum hoc ab illis quorum eſt horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos decima exhibebitur.

Si autem in his gratia facta ſit obtinentibus, quia ſcienter pro minori pretio quam valeant, ſunt talia vendita vel locata, ipſi obtinentes, & non monaſterium vel eccleſia de illo in quo gratia facta eſt ipſis, & de reliquo illi quorum eſt proprietas, decimam exhibebunt. Si autem perſonis aliquibus pro iuſta mercede ſeu remuneratione laboris vel obſequii præſtiti, vel præſtandi talia ſunt conceſſa: ij, quorum eſt illorum proprietas in decimatione prouentuum ſuorum, etiam horum prouentus merito numerabunt, & de illis (ſicut de aliis quos pro certis ſuis vtilitatib. expendunt) decimam exhibebunt.

Labor eſt remunerandū.

Quod ſi hęc per illos qui ea obtinebant, in alios ſunt translata (quia res tranſit cum onere ſuo) etiam circa illos, quæ prædiximus, ſeruabuntur. Nec deducentur expenſę, quę pro monachis, qui in talibus prioratibus, grangijs, ſeu domibus, in beneficium, ſeu ex mera gratia conceſſis, ex pacto teneri debent, fieri dignoſcuntur.

Res tranſit cum onere ſuo. 16. q. 1. ſi quis laicus.

Expenſæ autem illorum monachorum, vel perſonarum, quæ teneri debent ex pacto in prioratibus, grangiis ſeu domibus ad iuſtā firmam ſeu penſionem cōceſſis, ſiue determinatæ, ſiue non, æſtimabuntur æſtimatione cōmuni, & talem æſtimationem monaſterium, vel eccleſia, cuius illorum eſt proprietas cū ſuis prouentibus, decimabit.

Prælati de procurationibus, quas in victualibus percipiunt, decimam non perſoluent: ſed qui eis præſtant huiuſmodi victualia in decimatione ſuorum prouentuum, & redditiuum numerabunt & ſoluent decimam de eiſdem. De illis autem procurationibus, quas prælati in pecunia numerata rite percipiunt ab antiquo, & quas perciperent etiā ſi non viſitarent, decimam præſtare tenentur. Prælatus autem qui procurationem (quam ſi ne viſitatione potuit de iure percipere in pecunia numerata) remitti, quia remittit quod ſibi debetur, & de quo ſoluiſſet decimam, ſi recepiſſet illud, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere. Si vero procurationem quam tātum in victualibus licet percipi, forte remittit, pſona eccleſiaſtica cui remiſſio facta eſt, huiuſmodi victualia cum alijs prouentibus ſuis cum ſoluet, decimam ęſtimabit cum etiam ſi nō eſſet remiſſa, hoc facere teneretur.

Procurationes quādoq; in victualibus quādoq; in pecunia recipiūtur.

In ſoluendo decimam ſupradictam ſolę expenſę neceſſariæ, quę fiunt in re ex qua fructus percipiuntur, arādo, colendo, & colligendo fructus, ſine quibus non poſſunt inde fructus percipi, deducentur. Expenſę autem quæ fiunt in caſtrorum cuſtodibus, cum fiunt extra rem, vel etiam in ædificijs conſtruendis uel conſeruandis, nullatenus deducentur: ſic ut nec illę quę in nullis tuendis fierent in guerris ſeu etiam caualcatis. De ijs quoque quæ conſiſtunt in iuriſdictione, mero imperio, regalibus, atque ſimilibus, ſoluetur decima deductis ſalarijs moderatis, quæ ante cōceſſionē decimæ ſolueuerūt ſolui iudicib.

Expenſæ quæ fiūt in re quædam extra rem.

&

Digitized by Google

& officialibus, ſimilibuſq; perſonis, ſine quibus iuriſdictio & cętera ſimilia nequeunt expediri: ita tamen ꝙ in fraudem decimæ nihil contra hoc penitus attentetur. Sed expēſę officialium, iudicum, & conſimilium perſonarum factæ in veſtibus ſiue victualibus, minime deducentur, ſicut nec aliæ expenſæ ſimiles factæ circa familiam prælatorum. Rōne autem æris alieni, quo perſona ſoluens decimam obligata conſiſtit, nihil de decima minuetur, ēt ſi certe res eccleſiaſticæ ꝓpter hoc a quoquam fuerint obligatæ. Item de furnis & de molendinis decima præſtabitur. Soluetur autem de obligationib. ſiue fiant pro benedictione nubētium, pro exequiis mortuorum, necnon de prouentib. ſingulorum prælatorum, & de emendis, quę ab excommunicatis recipiuntur. De legatis quoque ſibi & aliis perſonis eccleſiaſticis non perſonarum, ſed eccleſiarum vel officiorū ratione relictis decima perſoluetur.

Emēdę pũt ab excōica- tis recipi.

Pro decima ſupradicta non exhibetur pecunia, niſi in illa cōmunitet curreret de mandato domini terræ, & quæ eſt moneta in locis, in quibus conſiſtent fructus & redditus, vnde decima perſoluetur: nec aliqui pecuniā cambire cogentur eandem.

Sed ſi ex probabilibus ſeu veriſimilib. præſumptionibus apparuerit quiſquam penſatis eius prouentibus minus debito notabiliter de decima perſoluiſſe, ita quod ſuper hoc merito ſuſpectus debeat reputari, ex officio noſtro per viros idoneos deputandos a nobis faciemus inquiri ab illis, qui ſuper hoc ſcire valeant veritatem, videlicet de conſilio diœceſani epiſcopi, vel alicuius deputandi ab ipſo, ſi ſit eius ſubditus, & non aliter, ſi epiſcopus ipſe vel deputatus ab eo commode poſſit haberi: & tunc demum & non prius, ille cuius prouentus fuerint taliter æſtimati, pro eo quod minus ſoluerit etiam nominatim excommunicabitur: ſi eius contumacia exegerit & viſum fuerit expedire.

Epiſcopi autem & abbates, cæteræq; perſonæ eccleſiaſticæ honorabiles non ſuſpectæ propriæ conſcientiæ relinquantur, ita quod ſufficiat quo ad tales excommunicationis ſententia, quæ in nullo modo ſoluentes, vel ſcienter adhibentes fraudem, vel malitiam circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter proferetur.

Super his autem fiet compulſio per cenſuram eccleſiaſticam, prout nobis & illi cui hoc committendum duxerimus, viſum fuerit expedire. Proferatur autem (ſi expediens viſum fuerit) excommunicatio generaliter, vel ſpecialiter in eos, qui contra ſolutionem decimæ, vel ſuorum æſtimationem prouentuum, cum fuerit facienda, fraudem vel malitiā ſciēter duxerint adhibendam.

Fiet autem ſolutio decimæ non ex ipſis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, ſed in pecunia numerata.

Soluetur autem decima illis, quos ad hęc contigerit deputari. Rector parochialis, qui vigente neceſſitate eccleſiæ, puta quia ipſe reſidendo perſonaliter in eadem per ſe non ſufficeret ipſi curę propter multitudinem parochianorum vel diuiſionem parochiæ ſuæ: ſed neceſſe habet vnum vel duos vel plures capellanos conducere, & eis propter victum ſalarium conſtituere, ſalarium huiuſmodi poterit in decimę ſolutione deducere: ſed ratione victus capellanorum ipſorum aliquid non deducet.

Quod ſi in diuerſis ciuitatibus & diœceſibus diuerſa beneficia obtineantur, de vnoquoque beneficio in ciuitate vel diœceſi, in qua illud fuerit, decima perſoluetur.

Capellani pñt operas ſuas locare. vide no. ĩ c. ſignificatū, de præben.

De eleemoſynis vero ſeu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quæ in ciuitatibus & aliquibus caſtris & locis dictarum prouinciarum in certis feſtiuitatibus, in candelis & aliis conſueuerunt dari & offerri ad opus fabricæ deputatis, decima non ſoluetur.

Similiter nec de illis oblationib. quę colliguntur interdum per laicos, qui conſortiales dicuntur: interdum per clericos, quæ ad opus conſortii reducuntur, & quæ offeruntur vt luminaria in eccleſia, cruces & calices & reparentur, & etiam ex illis pauperibus ſubueniatur, & ſepeliantur corpora pauperum defunctorum.

Obligatiōes q̃q; ꝑ laicos, q̃q; ꝑ clericos colliguntur.

Prælati autem & clerici exules cuiuſcunq; conditionis aut dignitatis exiſtāt, de ſuis prouentibus eccleſiaſticis decimam perſoluent. Illæ quoque expenſæ, quæ fiunt pro foſſatis & alias pro terris ædificandis, vt vberiores fructus producant. & illæ quæ fiunt in conſeruandis & reparandis ædificiis moléndinorū, domorum, ſeu apothecarum & ſimilium, & ex quibus fructus & penſiones recipiuntur, & niſi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent: de decima huiuſmodi minime deducentur. Nec etiam illæ, quæ fiunt pro cuſtodia caſtrorum, quamuis fiant maiores ſolito. Inſuper de oblationibus minutiſ-

ſimis, quas percipiunt eccleſiaſticæ perſonæ ratione eccleſiarum ſuarum pro ſepulturis, & dandis pœnitentijs, decima perſoluetur. Et quia non occurrit nobis quin quotidianæ diſtributiones, quæ dantur in horis canonicis præſentibus, debere ſolui decimam declaramus.

Illi quoque qui deputati fuerint ad collectionem decimę, cum eis qui debent ſoluere decimam, de aliqua certa ſumma ſoluenda pro decima, nequeunt conuenire.

De fructibus arborum & hortorum ſoluetur decima.

De his autem, quæ conſumuntur vſu vel eſu animalium, ſi ſint eccleſiarum, ſoluetur decima, deductis expenſis neceſſariis, quæ fiunt pro cuſtodia: ſi vero ſunt perſonarum, decima non ſoluetur.

Tu ergo in his ſolum Deum, & iuſtitiam pro præmiſſis præ oculis habens, ex prædictis declarationibus in decidendis huiuſmodi dubitationibus, quæ pro parte leuiter decidi poterunt, confirmationem accipias: ſuper maioribus vero deciſionem Apoſtolicæ oraculi expectes.

Deum in negotijs nřis hẽre dẽmus præ oculis.

Volumus quoque & præſentium tibi auctoritate mandamus, vt in vnamquanq; perſonam eccleſiaſticam deputatarum tibi partium, cuiuſcumque ordinis, conditionis, vel dignitatis exiſtat, quæ decimam ipſam nullo modo, vel non integre, ſcienter, aut non ſecũdum verum valorem fructuum ſuorum perceptorum, ſiue non in terminis conſtitutis exhibuerit, ſeu in illorũ exhibitione malitiam commiſerit ſiue fraudem, excommunicationis ſententiam auctoritate noſtra promulges: Et etiam in ſingulos, qui ſcienter impedimentum præſtiterint directe vel indirecte, publice vel occulte quominus decimæ prædictæ ſoluantur.

Excõcationis publicandæ modus.

Et omnes & ſingulos, qui huiuſmodi ſententias latas incurrerint: per te & per alios, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis pulſatis campanis, & candelis accenſis, vſque ad ſatisfactionem condignam excommunicatos publice nuncies, & facias ab omnibus publice euitari: Aggrauaturus alias manus tuas contra ipſos prout propter viam & contumaciam exigere videris eorundem; quod ſi ſatisfacerent, poſt plenam & integram ſatisfactionem ab huiuſmodi excommunicationibus iuxta eccleſiæ formam abſoluas eoſdem, & diſpenſes cum eis ſuper irregularitate, ſi taliter ligati non abſtinuerint a diuinis: Prouiſio hactenus quod contra decimam huiuſmodi non ſoluentes nullatenus ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis inuocetur brachium ſæculare.

Quodque ad vaſa ſacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata diuinum, vel priuilegia eccleſiarum & monaſteriorum, aliorumque locorum eccleſiaſticorum: ipſius occaſione decimæ manus nullatenus extendatur. Data Anagan. Calend. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

De regularibus & tranſeuntibus ad religionem.

Martinus quartus.

Religioſi Mendicantes ſub excommunicationis pęna prohibentur conuolare ad religionem non Mendicantium, quocunque quæſito colore: quam ipſo facto incurrunt tam recepti quam recipientes quacumque licentia non obſtante. Quod iuris ſit de iam receptis ſubdit.

CAP. VNICVM.

Cupiditas ob pientium religioſis Mẽdicantib. eſt præcludẽda.

VIam ambitioſæ cupiditatis religioſis, potiſſime Mendicantibus præcludere cupientes, ad alios ordines præſertim monaſticos (fucatis tamen colorib. aſſerentib. ob fugam melioris vitæ, aut arctioris obſeruãtiæ) tam S. Benedicti, quã Ciſtercienſis Camaldulenſis, Vallis vmbroſę, canonicorũ regulariũ S. Auguſtini, vel aliorũ monaſticorũ ordinum conuolare nitentibus, licentiam a ſede Apoſtolica ſeu legatus aut nuntius eiuſdem, ſedis ad transferendum ſe de Mendicatium ordinibus ad alios ordines, præſertim ea ratione (vt veriſimile eſt, prout facti euidẽtia docet) vt liberius degant, dignitateſque & beneficia monaſtica conſequi valeant, & ex certis

a Debeat.cape.verbum, admitti, aut recipi quod eſt infra.

tis aliis cauſis honeſtati non conſonis obtinentibus. Ac volentes etiam conſeruationi ordinum Mendicantium preuidere: auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia, tenore præſentium declaramus, & etiam decernimus, ſtatuentes quod de cętero nullus religioſus ordinum Mendicantium quorumcunque, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis, vel religionis exiſtat, quantumcunque & qualitercunque poſſit & debeat a virtute cuiuſcunque licentiæ, etiam indulti Apoſtolici, ſeu pęnitentiarij noſtri curam gerentis, vel alia quauis auctoritate hactenus, etiam per litteras Apoſtolicas facultatum quarumuis tam legatorum vel nuntiorum ſedis Apoſtolicę, quam alia auctoritate maxime de transferendis fratribus, aut aliquibus præſertim ordinum Mendicantium profeſſoribus in genere vel in ſpecie ab ordinibus huiuſmodi Mendicantium, ſub quacunque verborum forma appareant, admitti aut recipi, per aliquos etiam ſuperioris ordinis, ſeu monaſterij, aut loci monaſtici, ſeu alias in monachum vel in fratrũ alicuius ex ordinibus monaſticis ſupradictis vel aliis expreſſis (ordine Carthuſienſium dumtaxat excepto) ſub pęna excommunicationis, quam recipientes, quam recepti ipſo facto incurrunt.

Ordo Carthuſiẽſiũ p̃ cęteris amplior potiprgauuat.

¶ Et quam ex nunc, prout extunc contra quemlibet tranſgreſſorem quomodolibet in præmiſſis, ſciẽtia & auctoritate antefatis proferimus in his ſcriptis.

¶ Et à nemine, niſi dumtaxat à Romano Pontifice (præterquã in mortis articulo†) excõmunicati huiuſmodi poſſint abſolutionis beneficium quomodolibet obtinere.

† Vide cõciliũ Tri. ſeſ. 14. c. 7. de caſuum reſeruatione.

¶ Et nihilominus ſecus facta non teneant, & nullius exiſtant efficaciæ vel momenti Decernentes etiam & volentes, quo ſi quis hactenus virtute cuiuſuis licentiæ ſeu mandati huiuſmodi fuiſſet receptus ad aliquem monaſticum ordinem, & habitum conſuetum geſtari per monachos talis ordinis ſuſcepiſſet, ſiue profeſſionem emiſerit ſiue non, ſub dicta pœna teneatur in monaſterio, in quo receptus fuerit (etiam beneficia eccleſiaſtica ſeu rectorias eccleſiarum quaſuis obtineat) ſtare in eius totali ordinatione, & in huiuſmodi ordine monaſtico Altiſſimo deſeruire.

¶ Si quis autem prætextu huiuſmodi licentiæ, vel ſine habitu, vel cum habitu vagando incederet, monitione præuia teneatur & debeat intra terminum quindecim dierum a die monitionis huiuſmodi computandorum, ad eius religionem vel ordinem, vnde cum licentia vel ſine licentia receſſerat, remanere.

¶ Quod ſi efficere neglexerit, poſt ipſum terminum tamquam notorius apoſtata excõmunicatus in omnibus & per omnia debeat per quemlibet reputari, & ab omnibus retractari: etiam per inuocationem auxilij brachij ſęcularis, quotiens fuerit opportunum.

¶ In futuris autem nullus ex profeſſoribus alicuius ex ordinibus Mendicantium huiuſmodi in aliquem monaſticum ordinem (Carthuſienſium dumtaxat excepti) poſſit aut debeat per quemcunque recipi vel admitti virtute alicuius licentiæ vel indulti, abſq; ſedis huiuſmodi licentia ſpeciali ſub dictis pœnis: & nihilominus ſecus facta non teneãt ipſo iure: Huiuſmodi licentiis & indultis, necnon conſtitutionibus Apoſtolicis, & Mẽdicantium ordinum prædictorum, etiam ſi d̃ in illis ſpecialis, & expreſſe, ac de verbo ad verborum in noſtris litteris mentio habita foret, & aliis contrariis non obſtantibus quibuſcunque.

¶ Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſtatuti, prohibitionis & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire.

¶ Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Sebenis iij. Calen. Auguſti, Pontifi. noſtri anno primo.

¶ Ioannis xxij.

¶ Religioſi ſine ſui ſuperioris licentia vltra mare euntes, ſunt ipſo facto excommunicati; nec ibi ſunt ad prædicationem vel diuinorum celebrationem admittendi.

CAP. II.

Religionis habitus ſine ipſius veritate parũ prodeſt.

AD noſtrum nuper relatio fide digna perduxit auditum, quòd nonnulli religionis

Digitized by Google

ligionis geſtantes habitum, ſed a veritate religionis omnino vacui, & a modeſtia penitus alieni, ad partes quandoq; tranſmarinas ſe transferant, quibus pauci fideles reſpectu in fidelium commorantur. Et ut illi decipere facilius ſimplicium animos, ac ipſos & alios in errorem præcipitare ſeu retinere valeant, ſub ouili veſte ac militatis habitu lupinũ animũ occultantes, per doctrinas ſuas reprobas, & erroneas fidelium mentes, quantum in eis eſt, corrumpere ſatagunt: In ipſis partib. periculum nimium ſpargere non omittunt, necnon & os ſuum ponentes in cœlum, lingua eorum falſidica tranſeunte ſuper terram, ſanctæ Romanę Eccleſiæ detrahere conſtitutionib. & alia multa a fide deuia in ſuis ſermonib. & ſecretis collocutionib. euomere inſanis auſib. non verentur: ex quibus Deus offenditur, periculoſa ſuſcitantur ſcandala, paratur ſimplicibus laqueus, ipſique talium præſumptores dę hæreſi vehementer arguunt ſe ſuſpectos.

Lupinus ai⁹ ſub ouili veſte, à multis geritur.

Os in cœlum ponunt, qui Romanæ eccleſiæ detrahũt cõſtitutionib. &c.

¶ Nos itaq; tantis obuiare periculis paternę diligentię ſtudiis cupiẽtes, vniuerſis & ſingulis religioſis cuiuſcunque conditionis religionis, ordinis uel ſtatus exiſtant: de fratrũ noſtrorum conſilio diſtrictius auctoritate p̃ſentium inhibemus, nec ipſorũ aliquis abſq; ſuperioris ordinis ſui licentia, ſibi per ipſius litteras patentes conceſſa, decetero ad partes ſe transferat antedictas, Superiorib. ipſis nihilominus iniũgentes, ne quibuſuis ſui ordinis fratrib. (niſi dumtaxat viris litteratis, prouidis & expertis) huiuſmodi licentiam impertiri præſumant.

¶ Nos enim quoſcunque præſumentes cõtrarium quouismodo excommunicationis ſubiacere ſententiæ volumus ipſo facto. A qua nullus ab alio quàm a Romanam Pontifice poſſit (niſi dumtaxat in mortis articulo) abſolutionis beneficium obtinere.

¶ Cæterũ vniuerſalis Eccleſiæ prælatis in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictæ præcipiẽdo, præſentium tenore mandamus, quatenus nullos religioſos ad partes ſe transferentes prædictas: niſi per patẽtes ſuperioris ſui ordinis litteras de licentia ſpeciali ſe illud transferendi ſibi conceſſa prælatis eiſdem fecerint plenam fidem, in ciuitatibus ſuis & diœceſib. ac locis, & terris aliis ad prædicationis officium vel diuinorum celebrationẽ admittãt: ſed ipſos potius velut apoſtatas capiant ſeu capi faciant, eos carcerali cuſtodię (donec de dicta licentia ſpeciali modo prędicto ſibi cõſtiterit) detinendo. Et nihilominus ſi quos religioſos approbare, quæ ſedes Apoſtolica reprobauit, uel quæ alius ſunt fidei obuia in ſuis p̃dicationib. ſeu ſecretis collocutionib. dogmatizare præſenſerint, ut tales (quibuſcunq; ceſſantibus priuilegiis) poſſint licite capere, & carcerali cuſtodiæ, ſicut ſuos poſſent ſubditos mancipare, licentiam impertimur.

Religioſi ſine ſui ſuperiorũ licentia ſe abſentare ñ debẽt

Approbata p ſedẽ Apoſtolicã à venè ſunt reprobanda.

Et in ſuper tenore præſentium mandamus eiſdem, vt de pręmiſſis ſummarie, ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu iudicij & figura, per ſe vel per alium ſeu alios ſe ſolerter & fideliter ſtudeant informare: quouſque de prędictis ſeu eorum aliquo repererint reos eſſe, iuxta ſtatuta canonum & in aliorum exemplum caſtigare pœnis debitis nõ poſtponãt: Non obſtantibus exemptionib, & aliis quibuſcunque priuilegiis, & litteris Apoſtolicis eiſdem religioſis vel eorum ordinibus ab eadem ſede conceſſis vel in poſterum cõcedendis, etiam ſi de illis plena & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus ſit habenda. Quæ quantum ad prædicta vel aliqđ eorundem eiſdem in nullo volumus ſuffragari. Nulli ergo, &c. Datum Auin. 6. Idus Maii Pontificatus noſtri anno nono.

De religioſis domibus.

Ioannes xxij.

¶ *Licet Begunarum ſtatus ſit propter multas rationes per Clemẽtem quintum reprobatus, permittitur tamen mulierib. fide dignis quę nec ſunt culpabiles nec ſuſpectę ſub habitu Begunarum uiuere: nec ſunt tales per ordinarios moleſtandæ. vide capitul. prim. eo. tit. in Clemen.*

† Vide c. 1. e. ti. ĩ cle. & c. ad uſum ĩ clemẽ. de hr̃ & extrauagantem Io. Sancta Romana e. n. đ relig. D. Guidonẽ Carmelitã in ſũma de hr̃ſibus. ti. de hr̃ſib. Begui. norũ & Eymericum in Directorio iquiſitorum par. 2. q. 35.

CAP. VNICVM.

RAtio † recta non patitur, vt innocens ad paria cum nocentibus iudicentur Sane felicis recordationis Clemens Papa Quintus p̃deceſſor noſter,

ſter,cum de mulierib. quę Beguinæ vulgariter nuncupãtur nõnulla ei fuiſſent,præcipuè de Alemaniæ partib.inſinuata ſiniſtra,& pręſertim quòd earum quædã de ſumma Trinitate & diuina eſſentia diſputarent & prædicarent,ac circa articulos fidei,&eccleſiaſtica ſacramenta opiniones catholicæ fidei cõtrarias introducerent, A multorum ſimplicium animas in diuerſos errores inducerent, ex his & aliis frequenter de illis additis habenseas nõ indigna ratione ſuſpectas, in illas quæ ſtatũ hmòi nouiter aſſumptum ſectarentur vlterius,aut quę illum de nouo aſſumerent, excommunicationis ſententiam promulgauit.

Religioſæ mulieres ad facere.

¶ Verumquia in multis mundi partib.plurimæ sũt mulieres,quę ſimiliter vulgo Beguinæ vocatæ,ſegregatæ,quandoque in parentum aut ſuis,interdum vero in aliis aut conductis ſibi communibnsdomibus inſimul habitãtes,vitas deducunt honeſtas,eccleſias de nocte frequentant,diœceſanis locorum& parochialium eccleſiarum rectoribus reuerenter obediunt,curioſitatem diſputandi,aut auctoritatem ſeu temeritatem prius prædicandi nullo modo ſibi vſurpant, nec ſe vel alias ſeu alios quoslibet præmiſſis opinionibus erroribusque inuoluunt,nec vlla ſuper his eſt, aut fuit hactenus uota ſeu ſuſpicio cont.eas, quæ ipſas diſſimiles a luce ſua conſtringeret: Vt nullis earum, quæ perpetuam forte Domino continentiam deuouerunt, occaſio prębeatur ad lapſum,& ne periculis, damnis & ſcandalis plurimis,quę proinde veriſimiliter ſequerentur,pro prouiſione eccleſię moderna occupentur: Beguinas huiuſmodi inculpabiles, vt pręmittitur, nec ſuſpectas ſub prohibitione & abolitione pręmiſſis, quia de ipſis prædeceſſor noſter pręfatus nullatenus ſenſiſſe dignoſcitur, de fratrum noſtrorum conſilio declaramus & volumus nõ includi.

¶ Locorum ordinarijs nihilominus iniungentes,vt eas ſub prætextu huiuſmodi nullatenus moleſtari permittant Et ſi quid forſan ex hoc in nobis aut iuribus a quibuſcunque contra eas attentatum eſt hactenus, vel attentari contigerit in futurum, per illos pręmiſſos ordinarios auctoritate noſtra in ſtatum reduci debitum volumus; Inuocato ſi opus fuerit, auxilio brachii † ſæcularis.

† Brachiũ ſæculare poteſt quandoque ab eccleſia inuocari, c.1.de off. ol. in antiq.

¶ Cęterum ſtatum Beguinarum huiuſmodi,quas eſſe pmittimus (niſi de his per ſedẽ Apoſtolicam aliter ordinatum extiterit) nullatenus ex prœmiſſis intendimus approbare. Locorum autem ordinarios, & aliosad quos prędicta ſpectabunt, curam peruigilẽ & ſollicitudinemdebitam pręcipimus adhibere, ne prœmiſſarumſequentes in uia,& ipſarum actus temerar.os imitando, præmiſſis erroribus & diſputationum & prędicationum temeritatibus ſe inuoluant, eas quę contra prędicta pręſumpſerint, per ceuſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Poro mulieres,quodcunque nomen habeutes, quę de illis ex quibus prohibitio pręceſſerit, culpabiles ſe redderint,aut merito notabiles uel ſuſpectas eſſe, ſi ſtatum vel habitum quoquo modo mutauerint, uere ſub prędicta decernimus remanere cenſura, & taliter contra eas, per illos ad quos pertinuerit,procedi uolumus & mandamus,quod ab errore de more reuocatę,non ultra inficiant ſanas oues.

a Benedictus.iſte Benedictus fuit duodecimus natione Tholoſanus Sanardanus Apamiarũ diœceſis primò appellatus Iacob. Forneri,abbas fontis frigidi, ordinis Ciſtercienſis,& magiſter in ſacra pagina, deide eps Apamiarum, & dein de eps Mirapiſcen poſtea tituli ſanctæ Priſcæ pſbyter Cardinalis,aſſumptus ad Papatum anno dñi M. cccxxxiij. xx. Dec. &ann. M.ccc.xlij. xxv. Aprilis uita functus eſt, Põtificatus ſui anno v ſucceſſit Ioanni xxij. ſibi uero ſucceſſit Clemens vi. Io. Fran.

b Perpetuam.ſic & oia infra ad hoc ſiũt 1.q.7.ſaluberrimum 25.q.1.oẽs fœminæ, & qa hoc graue negotium eſt & vt magis timeatur hæc prouiſio merito ẽ ppetuę memoriæ ſeruanda, facit de pęnis, i q buſdam,de ſchiſmaticis, c.1.de pœnis,in c.felicis,li 6.& quod no. in c ad Apoſtolicæ,in prin.de re iud. eo. li. 6 ubi nota ꝙ ſolus Papa ſineconcilio poteſt hoc facere & facit hæc extrauagans ius commune, c paſtoralis,de fide inſtrumento. & ibi no.Io. Fran.

De cenſibus,exactionibus,& procurationibus.

¶ Benedictus [a] duodecimus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam[b] rei memoriam.

¶ *Taxat procurationes,pabula charitatis,& ſubſidium charitatiuum: Saluat priuilegia, cõuẽtiones,conſuetudines,& præſcriptiones, & indemnitatem pauperum, inhibet contra uenire,punit transgreſſores & eorum familiares & c. Et locari debet ſub rubrica de cenſibus & procurationibus.*

Vas

CAP. I.

VAs a † electionis b Paulus Apoſtolus egregius pdicator, ſe & eos, qui ſecum erant propriis manib. exhibebat c †, vt Pſeudo d & ſubdolis operariis ſub prædicationis ſpecie lucra ſectātibus locum præcluderet, & his quos ipſe paſcebat pabulo e verbi Dei non exiſteret oneroſus.

¶ Sane licet circa modeſtiam in exigendis procurationibus, obſeruandam a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſalubria emanuerunt inſtituta, quia tamen (ſicut experientia docet) nonnulli prælatorum f, nec non diœceſis nunciorum, vel legatorum Apoſtolicæ ſedis, de quibus nullam faciunt mentionem expreſſe, ſic ſe reddiderunt & reddunt in dictarum procurationum exactionibus oneroſos, g vt oppreſſi ſubditi huiuſmodi onera nequeant ſupportare, & victum longi temporis breuis hora conſumat. Nos attendentes, quod parentes h debent theſaurizare filiis, non delitiis faſtidioſis eorum ſubſtantiam abſorbere, ac cupientes pro diuerſitate conditionum viſitantium prælatorum, & prouinciarum ac eccleſiaſticarum etiam facultatum certum modum ſufficientem viſitantibus & ſupportabilem viſitatis in præmiſſis fore de cætero obſeruandum de fratrum noſtrorum conſilio præſentis conſtitutionis edicto, Statuimus, quod cum in Franciæ, Nauarræ, Maioricarum regnis, ac terris, prouinciis, & partibus adiacentibus, & in vicinis eiſdem, necnon in Delphinatu Burgundiæ, Sabaudiæ prouinciæ, & Forcaluerii comitatibus archiepiſcopi k & epiſcopi, ac alii prælati & perſonæ eccleſiaſticæ, quibus id de iure vel conſuetudine competit, ſuos ſubditos perſonaliter viſitabunt; Iidem archiepiſcopi a ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum cathedralibus eccleſiis pro procuratione vnius diei ſiue in victualibus, ſiue a volentibus in pecunia, vltra trecentorum, a monaſteriis vero & aliis eccleſiis vel prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium vel conuentum duodecim vel plurium perſonarum, vltra ducentorum ac quinquaginta. Ab habentibus vero paucarum perſonarum collegium ſeu conuentum & quibuſuis aliis eccleſiis, prioratibus, & locis, vltra ducentorum, Epiſcopi vero ab eccleſiis cathedralibus, vltra ducentorum. A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium, vel conuentum duodecim vel plurium perſonarum, vltra ducentorum, quinquaginta, Ab habentibus vero paucarum perſonarum col

† De materia huius extrauagātis vide conc. ii. Lateran. ſub Alexand. 3 c. Cōcilii Lateran. ſub In no. 3. c. 33. Concilium Oxonienſe c. vt ſingula & Conciliū Trid. ſeſ. 24. de reforma. c. 1.

† Actuum c. 20.

t Hanc extrauagantē gloſ. hic Ioānes Franciſcus Pauin.

VAs electionis. Diuiditur in quinque partes: incipit ... primo exordiū. Secūdo ibi, [Statuimus] taxat procurationes. Tertio ibi, [ſuper] punit tranſgreſſores. Quarto ibi, [Præmiſſis.] extendit conſtitutionē. Quinto ſubdit clauſulas conſuetas cum data: ibi, [Nulli &c.] Prima pars tres habet rōnes exēplares impulſiuas ad condendū hanc cōſtitutionem. Secunda pars tripliciter taxat quantitatem procurationum exigēdarum, iuxta triplicem diuiſionem prouinciarum & regnorum, & qualitatem viſitantiū etiam ſi per alios viſitant, modificando, & extendendo ac declarando, vt infra patet. Tertia pars punit viſitatores, tranſgreſſores & eorum familiam, etiam ſi a ſponte volentibus recipiant, vel receptum remittentibus non reſtituant. Quarta pars expēdit conſtitutionē ad charitatiuum ſubſidium. Taxat valorem Turonenſium, & excipit tres caſus. Vltimo ibi [Nulli] ſubdit clauſulas conſuetas cum data.

a Vas. hoc nomen fuit ſibi impoſitum cœlitus in eius conuerſione, Actuum. 9 cap. & hoc principium ſumptum eſt ex c. cum Apoſtolus, in prin. de cenſib.

b Electionis & ideo non ſimulatæ, in quo omne oleum & vnguentum ſuæ fuit collectum, de quo ... addē texto Marci 2 omne.

c Exhibebat. id eſt, procurabat 18 q. 2. & nunc 21 q. 2.

d Pſeu. id eſt, falſis: Et eſt grecum nomē indeclinabile vt not. in dicto c. cum Apoſtolus, cōt. quos nota monitionem cōcilii generalis, de qua in ca. ...

e Pabulo. eſt enim verbum Dei pabulū animæ ex quo viuit, c. inter cætera de offi. ordina. quia nō in ſolo pane, &c. ſed in omni verbo, &c. vt ibi.

f Prælatorum, etiā Cardinalium, ut probat textus in ca. cum Apoſtolus, verſi. Cardinales, de cēſibus & in ca. procurationes, in princ. eod. titu. & ibi no.

g Oneroſos, vſque ad exinanitionem extremæ vitutis, 10 q. 3. cauendum, & 1 q. 3. placuit, ideo ſeruandum eſt quod ſtatuit concilium Viennēſ. in cle. ad noſtrorum: § fin. de cenſibus.

h Parentes., 16. q. 1 prædicator, vbi Paulus dicitur diuinus Apoſtolus, &c. & quod beatius eſt dare, quam accipere. Et cum myſterio accumulantur tot rationes, vt aliquæ ceſſarent, non ceſſet diſpoſitio, ſ. lit. de nup. § affinitatis.

i Conſilio ad quod non arctabat ſequendum, nec petendum, ſecund. in glo. & doctores in cap. Apoſtolicæ, de re iudi. & in cap. 1 de ſchiſmat. li. 6 licet Ioan. Mona. in hoc variauerit factus Cardinalis. Sed quod papa requirat cōſilio Cardinaliū probatur in cap. licet, & in Geneſi, & cap. eccleſia 2. in fin. de elect. ſicut epiſcopi cōſilio canonicorum regi debēt, cap. nouit, & ca. quanto, de iis quæ fiunt a pra'lat. cap. qualiuit & capit. final. de iis quæ fiūt a maio. par. c. Hoſt. in ſumma, in ti. de offi. archipresb. § quę pertinet. ver. poteſt, preter ... & hoc ſeruat conſuetudo.

k Archiepiſcopi. idem, & in patriarchis, primatibus, & aliis etiā pluribus, id eſt & abbatibus; de quibus, vid. infra, idē ſunt enim primates & patriarchæ, ... prouinciæ, & dixi ſupra

Conſilium Cardinaliū a o debeat papa ſequi.

a Vtrū in arduis teneatur papa requirere conſilium Cardinaliū vide late p Filippū Franci. & doctores l. c. ſuper eo de hęret. li. 6 adde Abbatē i. c. q. fuit, de his quæ fiunt a præl.

Digitized by Google

legium ſeu conuentum. & quibuſuis alijs eccleſijs, prioratibus & locis [a], vltra ducentorum: Epiſcopi vero ab eccleſijs cathedralibus vltra ducētorum: A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſœcularibus vel regularibus collegiū habentibus duodecim, vel plurium perſonarum, vltra centum & quadraginta: Ab habentibus vero perſonarū collegium pauciorum, & quibuſlibet aliis eccleſiis, prioratibus & locis, vltra centum & quadraginta: Abbates [b] quoq; à monaſteriis vel prioratibus habentibus collegiū duodecim vel plurium, vltra centum.

Ab aliis quoque habentibus minus collegium ab eccleſijs, prioratib: & locis quibuſcumque vltra octuaginta Archidiaconi quoque vltra trigintaquinque, Archipresbyteri quoque vltra viiij. Turonen. argenti valorem recipere non præſumant. Si vero [c] præfati archiepiſcopi præfati & perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: Iidem archiepiſcopi a ſuis & aliis cathedralibus eccleſiis, vltra centum xx. A monaſteriis vero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſœcularibus & regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, vltra centum: Ab habentibus vero minus collegium, & & quibuſlibet aliis eccleſiis, prioratibus locis vltra lxxx. Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſiis, monaſteriis, prioratibus, atque locis vltra lxxx. Abbates vltra lx. Archidiano vltra xxx. Turonen. argenti valorem non recipiant, quoquo modo.

In Alemaniæ quoque, Angliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Noruegiæ, Daciæ, Scotiæ, & Suetię regnis, terris, ac Prouinciæ, & partibus eiſdem adiacentibus archiepiſcopi, & epiſcopi, alii quoque prælati & perſonæ eccleſiaſticæ cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabunt. Iidem archiepiſcopi & & epiſcopi, etiam ſi primates exiſtat a ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus & perſonis earum pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue a volentibus in pecunia vltra trecentum & viginti, A monaſteriis vero & aliis eccleſiis prioratibus ſecularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum vltra cc. & lx. Ab aliis vero monaſteriis, eccleſiis ſeu prioratibus minus collegium habentibus, aliis quoque eccleſiis, prioratibus & locis, vltra ducentorum & viginti: Epiſcopi etiam a cathedratibus eccleſijs, vltra ducentorum & viginti, A monaſteriis vero & aliis eccleſiis & prioratibus ſœcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, vltra centum & lxxx. Ab habentibus vero collegium minus, & quibuſlibet aliis eccleſiis, & prioratib atq; locis, vltra centum & quinquaginta: Abbates inſup a monaſteriis prioratibus, ſeu eccleſiis habentib. collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra centum.

Ab habentibus vero minus collegium, ac eccleſiis prioratibus, & aliis locis quibuſlibet, vltra lxxx. Archidiaconi vero vltra quinquaginta: Archipresbyteri [d] etiam vltra decem Turonen. argenti valorem recipere non pręſumunt.

Si vero iidem archiepiſcopi, epiſcopi & & prælati, ac perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio [e] Apoſtolico per alios [f] viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numera-

merata-

ſup in ſecunda quæſtione primæ partis, & idem a archiepiſcopi & mettopolitani & nudis tantū verbis differunt. no. in cap duo de offi. ord. vide in Spe. in tit. de offic. ordina. §. ſunt quoque. & in verſi. & nota. ſic & archiepiſcopi ſunt epiſcopi. no. in c. quàm periculoſum. de ſen. excō. lib. 6

a Locis.] non credo comprehendi hoſpitalia pauperum ꝑpter infra dicenda, puta leproſorum, & aliorum infirmorum mendicantium panē ſicut nec grāgias per c. fi. de cenſi. & idem forte de fabricis & commiſſar. js de quibus canonica portio non detrahitur. cap. fin. de ſeſta. & de alijs, de quibus non eſſet ſoluenda decima, de qua in clem. ſi beneficiorum. de deci. de quibus omnibus dic vt ibi plene no. Circa hoc tamen tenendum eſt illud, quod concludit Fridericus de Senis in conſil. 111. Et an epiſcopus poſſit priuilegiare hoſpitale tempore conſtructionis, vt non poſſit ab eo vel ſucceſſoribus viſitari, vide eundem in conſi. 148. Et quid de domibus leproſorum, vide per eundem in conſi. 130. Et adde in ſimili quod firmat Pe de Ancharano de teſtatore, in conſil. 128. & quod examinat Guliel. de monte Lauduno in gl. ſuper extrauagan. ſuſcepti. Ioan xxij. ſuper ver. in totum. Io. Franc.

b Abbates.] idem credo de prioribus etiam canonicorum regularium argu ea. quod Dei timorem. de ſta. mona & aliorum quorumcunque viſitandorum etiam Mendicantium, exceptis tantum Fratribus Minoribus, de quibus in clem. Exiui. de ver. ſig. Io. Fr.

c Si vero.] hic determinat quæ habentur in c. felicis, de cēſi. lib. 6.

d Archipresbyteri.] quid autem de archipresbyteris ruralibus, qui Decani aliquando nuncupātur, ſubdit infra, in verſi. illud quoque. Ioan Franc.

e Ex priuilegio.] ſine priuilegio vero nō poſſunt, alias contrafacientes puniuntur, vt in c. felicis. de cenſib. lib. 6.

f Per alios. hæc conſtitutio approbat quod no. Ioan. And.

merata, dicti archiepiſcopi, etiam ſi primates exiſtant, ab huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis, prioratibus atque locis, vltra centum: Epiſcopi vltra lxxx. Abbates [a] vltra lx. Archidiaconi vltra triginta Turonen. argenti valorem pro procuratione qualibet vnius diei recipere non preſumant.

¶In Caſtellæ quoque, Legionis, Aragoniæ, & Portugaliæ regnis, & dominiis, terris, & prouinciis regum Caſtellæ, Aragoniæ, & Portugalliæ, & partibus adiacentibus etiam vicinis eiſdem, excepto Sardiniæ, & Corſicæ regno, archiepiſcopi, epiſcopi, & prælati, ac perſonæ eccleſiaſticæ cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabunt ijdem archiepiſcopi a ſuis, & ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralibus pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue a volentibus in pecunia, vltra centum & quadraginta.

A monaſteriis vero & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim vel plurium perſonarum, vltra centum & viginti.

Ab habentibus vero minus collegium, aliiſque eccleſiis, prioratibus atque locis, vltra centum: Epiſcopi etiam a cathedralibus eccleſiis, vltra centum.

A monaſteriis vero, & prioratibus ſæcularibus, vel regularibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra octuaginta.

Ab habentibus vero minus collegium, aliiſque eccleſiis, prioratibus & locis vltra ſexaginta.

Abbates [b] etiam a monaſteriis, vel prioratibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra quinquaginta.

Ab habentibus minus collegium, & quibuſlibet aliis eccleſiis, prioratibus & locis, vltra quadraginta: Archidiaconi vero, vltra vigintiquinque Archipresbyteri vero, vltra v. Turonenſium. argenti valorem recipere non attentent.

Si vero proxime nominati archiepiſcopi, epiſcopi, & prælati, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere poſſint, in pecunia numerata: iidem archiepiſcopi ab eiſdem ſuis & ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis, vltra octoginta. A monaſteriis uero & eccleſiis aliis ac prioratibus ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra ſexaginta. Ab habentibus vero minus collegium, & quibuſlibet aliis eccleſiis, prioratibus ſiue locis, vltra quinquaginta. Epiſcopi etiam ab eiſdem eccleſiis, monaſteriis prioratibus ſiue locis, vltra quadraginta: Abbates uero ab eorum monaſteriis, prioratibus eccleſiis ſiue locis, vltra triginta. Archidiaconi vero vltra viginti Turonen.

Prælatorum vicem gerentes varijs cēſent nominib.

in c. felici. de cenſib. in glo. ſuper ver. officio. Et adde q prælati aliquando habēt officiales de offi vic. c. 2 & 3 de appel. Romana. de offi ord. c. Romana. de offi de leg. c. 4 in fi. lib 6 & c. inſinuante. Quandoque habent vicarium in ſpiritualibus de temp. ord. c. p. 3 § 1. lib 6 Quandoque habent vicarium generalem, dicto c. 3 § epiſcopo autem, de temp ord & de offi. vic. c. a fin. de præb. c. ſtat[illegible] lib 6 Quandoque habent ſimpliciter vicarium, e ſtatutum, & cap. vt offi ciu[illegible], & c. vt eo[illegible] ſſi. de hære. lib 6. Quandoque tales vocātur locum tenētes 93. di. cap. ſi Siue ergo quis vicarius à ſede Apoſtolica deputetur, vt in c. ſi cui. de elect. li. 6. ſiue à capitulo eccleſiæ cathedralis epiſcopali ſede vacante, vt in c. penul. de ſupplen. negli. prælat. lib. 6. ubi poteſt ex conſuetudine viſitare ſaluis notatis ī clem. 1. de hære ſiue ab electa in abbatiſſam à maiori parte capituli, indemnitatibus, de elec. lib 6. ſiue ab alio prælato electo cōcorditer in caſu capituli, nihil de elect. cum viſitat, poterit recipere procurationē iuxta iſtam taxam argu. notatorum in dicto cap. felicis de cenſi. facit cap ſi epiſcopus de offic. ord. eod. lib. Et ſi ſunt plures, tūc ſolum principalis ſed non foraneus poterit hoc generaliter facere, vt probat clem. & ſi principalis. de tele. Quid ſi plures eſſent omnino æquales officiales vel vica[illegible] Dic vt ibi not. Quid de locum tenentibus in locis [illegible] Dic attēdenda illorum mandata adde les in l. 1 C de offic eius p[illegible] vic. alterꝰ gerit l. Fra

Vicarius pōt uiſitare, & procurationem recipere.

Abbas Cluniacēſis ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt.

a Abbates] de pa[illegible] re abbate Cluniacē ſiū, quomodo teneatur viſitare ſubditos ſuos mediatos & immediatos, vide Oldr. in conſi. 55. quod incipit: Prima quæſtio. & adde quantum ad abbates idē uidetur eſſe effectua inquiſitionis generalis & ſpecialis, vt dicit idē Oldradus in conſi. 227. quod incipit, licet quārum. Ion. Franc.

b Abbates.] honeſte facerent abbates. & alij religioſi nō exigere pecuniā, ſed conformare ſe laudabilibus conſuetudinibus & cōſtitutionib. monaſteriorum, & cōſtan[illegible] comedere cū alijs in refectorio, & dormire in dormitorio cōmunibus vt melius valerent oculo intelligere quo ſe habeāt omnia, tā in eccleſia quam in menſa, & tam de die quam de nocte, & ꝓpter bonū exemplum. arg. eius quod not in clem. ad noſtrū de cenſi. in ver ſi voluerint, & in c. magnę, de voto quia quod agitur à p̄latis, cito à ſubditis trahitur in exemplū, vt ibi & in c. præcipue. 11. q. 3. alias tot mortib. digni ſunt quot ꝑnicioſa exēpla, &c. vt ibi & hoc ſatis dicit §. noſtræ in intentionis. ī ver. nec ultra, & verſi. cæterū. Teneni n. viſitatores nō minus exēplo quàm verbo ędificare & placere c. qm̄ & c. inter cætera. de offic ord facit c. Romana in ſi. de cenſi. lib 6 vbi uide not. p Ioā. And. in nouel. & in c. ſingulis. de ſta. mon. In huiuſmodi nāque actibus regula[illegible] ſunt ſebulta[illegible] neq; gloſſa exquirēdę nec appellationes admittendæ, ſed ſimpliciter oia ſunt expedienda e ad noſtrā, reprehenſibilis, & cu ſpecialis. de appel. Nō eſt ōmittendū q[illegible] p̄latus religioſus in mortali cōſtitutus notorius vel infamatus ſit incorrigibilis & propterea à ſubditis, ap[illegible] eſſet, dē appellatiōi deſe[illegible] alias ꝓ tanto

Prælatorum geſta ſūt ſubditorū exēpla.

argenti valorem recipere non attentent.

Ab Apuliæ vero, Calabriæ, terræ laboris, Siciliæ [a], Lombardiæ, Tuſciæ, Sardiniç, Corſicç, & cæterii aliis Italiæ partibus: necnon Sclauoniæ, Achaiæ, Cypri, & cæteris regnis, inſuliſque, & allis prouinciis, & partibus omnibus vltramarinis, & etiam tranſmarinis, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, ac prælati alii & perſonæ eccleſiaſticæ conſiſtentes, cum (vt præmittitur) perſonaliter viſitabunt: Iidem patriarchæ & archiepiſcopi a ſuis, vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralib. pro procuratione vnius diei, ſiue in victualibus, ſiue a volentibus in pecunia, vltra ſexaginta.

A monaſteriis vero & eccleſiis aliis, ac prioratibus ſecularibus vel regularib. habentibus collegium xij. vel plurium perſonarum, vltra quinquaginta.

Ab habentibus vero minus collegium & quibuſlibet alius eccleſijs, prioratibus atque locis, vltra xl. Epiſcopi, etiam a cathedralibus eccleſiis, vltra quinquaginta.

A monaſteriis vero aliiſque eccleſiis, & prioratib. ſæcularibus vel regularibus habentib. collegium duodecim vel pluriū perſonarum, vltra quadraginta: Ab habentibus vero minus collegium, & eccleſiis aliis ſeu prioratibus, vel locis quibuslibet, vltra triginta.

Abbates [b] vero a ſuis monaſteriis vel prioratib. ſimile collegium vel maius habentibus, vltra viginti: Ab habentibus vero minus collegium & quibuſlibet aliis eccleſiis, prioratibus atque locis, vltra ſexdecim: Archidiaconi vltra decem Turon. argenti valorem non audeant recipere quoquo modo. Si vero prælati, patriarchę [c], archiepiſcopi, & perſonæ eccleſiaſticæ proxime nominati ex priuilegio Apoſtolico per alios viſitare, & procurationes recipere valeant in pecunia numerata: dicti patriarchæ ſeu archiepiſcopi ab eiſdem ſuis vel ſuffraganeorum ſuorum eccleſiis cathedralib. vltra quadraginta.

A monaſteriis quoque & eccleſiis aliis ac prioratib. ſæcularibus vel regularibus habentibus collegium duodecim, vel plurium perſonarum, vltra triginta.

Ab habentibus vero minus collegium, & eccleſiis aliis, prioratibus ſiue locis & ſubditis quibuſcunque, vltra vigintiocto.

Epiſcopi quoque a ſuis cathedralibus, & quibuslibet aliis eccleſiis, monaſteriis, prioratibus atque locis, vltra viginti.

Abbates etiam vltra decem, necnon archidiaconi vltra quinque Turon, argenti valorem recipere non præſumant.

Ita ꝙ expenſæ ſeu ſumptus vniuerſi ſeu taxatio pecuniaria huiuſmodi ꝓcurationis totius diei [d], videlicet in pecunia, vel victualibus & neceſſariis aliis prædictam ſummam vel valorem aliquatenus non excedat: nec vltra dictas ſummas vel taxationes ſeu valorem earum prætextu cuiuſuis conſuetudinis vel alias, vel ipſis prælatis vel familiaribus

Monachi nō ſunt miſericorditer corrigendi.

tanto ex ceſſu ſatisfacere compelletur. de appellatio. de priore. quia ad talem non pertinet iudicialis correctio, 3. quæſt. 7 iudices. Miſericorditer etiam, & non paſſim ſunt corrigendi monachi, & non more latronum in grauem carcerem detrudendi de ſtatu monach. cap ea quæ & non debent eſſe prælati nimis graues in corrigendo, alias de conſilio conuentus idest, capituli, eſt correctio temperanda dicto capit. & reprehenſibilis. in ſu de his quæ fiunt à prela. nouit. & cap. ea noſcitur, & ideo dicit textus in dicto cap. Romana in ſu conſuetudines rationabiles & approbatas, ſecundum Hoſt. & Ioann. And. ibidem in nouella. Ioann. Franc.

a Siciliæ.] nota quod huiuſmodi inſulæ ſunt pars, prouinciæ, cui adhærent. l. inſulæ. ff. de iudic. cum ibi not. facit ff. de verb ſign. l. notionem. §. 1, faciunt not. in cap. quoniam à nobis, de deci. ex quo ſequitur quod qui in Sicilia vel Corſica eſt, aut Sardinia, debet reſpondere in Italia, vt not. in dicta l. inſulæ, probatur ff. ad municip. l. qui ex vico. Idem dico de eo, qui eſt in inſula Maioricarum, vt teneatur reſpondere regno Nauarrç, vt patet s § ſtatuimus, vbi dicitur illi adiacere, & cet.

Abbatiſſæ monaſteriū egredi non debent.

b Abbates.] de abbatiſſa vero dicit Archid. quod etiam pro viſitandis monaſterijs ſibi ſubiectis ei non licet egredi monaſterium, per textum in cap. 1. de ſtat regu. lib. 6. ibi, quacunque ratione, ſed debet per alium viſitationem facere, circa quod vide not in Clem. 1. In princ. eod. tit. in glo. iſtorum. mouetur etiam archidiaconus: quia quod generaliter ſcriptum eſt, generaliter eſt accipiendum, cap. 1. de coniuga. lepros. Item fornicatur prohibitus in eo quod ibi duo caſus excipiuntur, in alijs ergo ſiet valida de deci. ad audientiam. 3 1. diſtinct. omnino. 31. quæſt. 1. quomodo. & cap. 8. diſtin. ſi conſuetudinem. Et licet textus ille non videatur loqui de abbatiſſa, nihilominus appellatio monachorum includit abbatiſſ. vbi de ſalute animæ agitur. capit. ſin. de ſimo. Item ibi 10 §. verum, exprimit de abbatiſſa, & hæc opinio multum ſapit honeſtatem, de quo per Ioann. And. in dicto cap. 1. de ſtatu regu. in 6. & dixi in tractatu viſitationum quæſtio. 2.

Monachorū appellōe nō cludunt abbates.

c Patriarchæ.] nota patriarchæ, & ſicut capitul. exigit extendit cap. Romana. de cenſi. ita ſortius vna clauſula debet extendere aliam argu. in l. doli clauſula. de verb. obl & cap. 2. requiris, ſupra de appella & l. 3. ff de iu bon. rapt. Ioan. Franci.

d Diei.] hoc intellign, niſi quando ex cauſa oporteret viſitantem ibi ſtare per plures dies ex cauſa neceſſitatis & culpa viſitandorum, vt habetur in c. conquerente, de offic. ordin. tunc enim ſibi debent imputare viſitandi: quia neceſſitas legem non habet, de quo plene dixit in tractatu viſitationum. quæſt 3 primæ partis Ioan. Franci.

a No-

ribus earundem quicquam exigere vel recipere liceat etiam a volentibus, quando ex conuentione vel conſuetudine minus ſoluere conſueuerint, quod propter prædicta non plus ſoluant.

¶ Illud quoque quod de archidiaconis ſuperius diximus ordinandum, locum habere volumus etiam in decanis, præpoſitis, aliisque perſonis eccleſiaſticis ſuperius non expreſſis, quibus viſitationis officium, & procurationis receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel de iure ſeu conſuetudine competere dignoſcuntur Decanis ruralibus dumtaxat exceptis, qui in aliquibus regionibus archipreſteri nominantur [a], circa quos in receptione huiuſmodi procurationis id quod ſupra ſtatutum eſt de aliis archipreſbyteris, volumus obſeruari.

¶ Noſtræ tamen intentionis exiſtit, quod ſi ex conuentione uel conſuetudine tam eccleſiæ cathedrales quam collegiatæ, & aliç quælibet ſæculares, ac etiam monaſteria, prioratus conuentuales, & loca alia quæuis eccleſiaſtica, earumque capitula, & collegia ſeu conuentus, & rectores etiam & perſonæ prçlatis quibuſuis viſitantibus (vt prçfertur) minus debeant vel conſueuerint [b] quam per nos ſuperius eſt ſtatutum, ad ſoluendum vltra conuentionem vel conſuetudinem huiuſmodi nullatenus adſtringantur, ſed ſuper iis circa eos conſuetudo & conuentio huiuſmodi etiam moderationes & taxationes ad prçlatos quoſlibet, qui prætextu cuiuſuis conſuetudinis in monaſteriis, ſiue locis aliis eccleſiaſticis gratis recipiantur ad pabulum charitatis [d] extendimus, & etiam prorogagamus [d]: prouiſo nihilominus, quod in locis quibuslibet ſecundum quòd maior vel minor rerum copia fuerit in ijſdem necnon iuxta maiorem vel minorum perſonarum & euectionum [e] numerum huiuſmodi viſitantium, expenſarum maiorum vel minorum debita moderatio teneatur: ita tamen quod maiores expenſæ non excedant ſummam ſuperius limitatam.

Inſuper prçdictis omnibus archiepiſcopis, primatibus, epiſcopis & aliis ſuperius nominatis viſitantibus, ne vltra conuentionem vel conſuetudinem huiuſmodi circa perſonas & loca vbi fuerint, nec vltra moderationes & taxationes prçdictas quicquam prçſumant recipere diſtrictius nihilominus inhibemus. Volentes etiam conſtitutionem prçſentem pœnç [f] adiectione iuuari, ſtatuimus, quòd ſi dicti uiſitantes per ſe, uel (ſi ex priuilegio ei competat) per alios uiſitationis officium exercuerint, & procurationes receperint (ut prçfertur) ipſi, uel familiares eorum ultra taxationes prçdictas aliquid ſcienter exegerint, uel receperint etiam à uolente:

a Nominantur.] vt no. in d. c. cum Apoſtolus. ſuper verbo, decani. Io. Franc.

b Conſueuerint.] h. d. p. p. ea quę habentur in c. cum ex officii, de præſcr. & not. in cle. ad noſtrum, circa prin. de cenſi. adde quod habetur per Ioã. And. in addit. Spe. in tit. de cenſi. in fin. & in mercu ſuper regula, plus ſemper, de regu. iu. lib. 6. & in c. fi. eo. titu. & lib. & per Lapum allegatione 30.

c Charitatis.] d. h. p. p. ea, quę habent in clem. ad noſtrum, circa fi. de cenſi. & in d. c. cum Apoſtolus, ad finem.

Conſtitutio etiam pœna lis quãdoq; ampliatur ex indentitate rationis.

d Prorogamus.] patet ergo hic, & in verſ. præmiſſis, quod hęc conſtitutio quamuis pęnalis, extẽditur ad caſus ſimiles ea identitate rationis: quaſi tunc non dicatur extenſio, quia quod eſt ea ratione, eſt & ea mẽte, vt no. in c. ſi poſtquam, de ele. lib. 6. & in c. ſtatutum cunctis præſentium. vbi eſt omnino eadem ratio. no. de temp. ordi. c. 1. eod. lib. & no. Archid. de pœni. diſt. 1. c. vulgaris, in § pœnæ, alias ſecus, ut no. Butriga in clem. 1 de relig. facit dec. 277. quod no. Ioan. And. in nouella de reg. iu. odia ad fin. & in clement. 1. de conſang. & affinit. & in clem. auditor. de relig. & in clem. 1. de foro competen. & per Bart. in l. furti. §. no. ff. de his qui no. infam. & Bu tri. de præb. in c. dilectus, facit l. tantum §. 1 ff. de ter. corrup. & quod habetur in l. 1 ff. de leg. 1 & in l. maximum vitium, C. de libe. & poſthu & l. ſi quis ſeruo C. de fur. & Bart. in clem. 1. de offi. vica. & in auth. quas actiones, C. de ſacroſan. eccle. & in l. 2 C. de pa. qui ni. dicta & per modernum in l. ſi vero § de viro ff. ſolu. mat. vide Io. de Ana. in repertorio, in verbo, lex tunc conſtitutio, &c. habebit enim locum in ſpũali viſitatione, de qua in c. excommunicamus in §. adijcimus, de hære. & in ea de qua in c. Eleutherius, 17. q. 2. & in ea de qua in c. ſeruitium. ead. cauſa & quæſtione, de qua no. in c. accedentes, de præſcrip. & in cap. præterea. de iure patro. & in c. procurationes. de cenſi. & in omnibus aliis ſimilibus procurationibus.

e Euectionum.] & an numerus perſonarum & euectionum debeat alias eſſe æqualis, vide plene per doctores in c. cum ad quorundam de excel. prla. & dixi in. q. prox. circa prin.

f Pœnæ.] vt quos Dei timor, &c de vit. & hon. cler. vt clericorum, & a d. plurimos. & c. felicis. §. præmiſſis, de pœnis. lib. 6. quia non ſemper omnia deducuntur in iudicium, & ideo ſola prohibitio quandocunq; parum proficit, & inter leges illa dr imperfecta, in qua nulla pœna deuiantibus figitur, ut refert dicere Macrobium Io. An. in dicto c. exigit. de cenſi. Et nota hic imponi pœnam pecuniariam pro delicto: quia nõ applicatur uiſitanti neq; parti, ſed eccleſię: & quãdo eſſet applicanda pauperib. vt in c. ad liberandam, de Iudæ. & in c. quia plerique de immunit. eccl. etiam vſq; ad quadruplum 18 diſt. quoniam quidam, 1. q. 7. ſanctimus. 23. q. 1. militare. Si autem applicaretur uiſitanti, procederent de radice auaritiæ & cupiditate & ſic imponi non poſſet niſi in caſib. a iure expreſſis c. licet de pœn. 16. q. 2. cum deuotiſſimam & de rap. in archiepa tu quia nec conuentionalis in foro eccleſiaſtico exigi debet: al as moderat. a ponti ficalis obliuiſceretur, qui inhoneſtis quæſti bus

Lex quæ deuiantes non punit eſt imperfecta.

Pœna pecuniaria quãque imponitur pro delicto.

duplum[a] eius quod ipſi iidem prælati, vel eis ſcientibus aut ratum habentibus eorum familia taliter exegerint vel receperint, intra duos menſes poſt receptionem ſeu ſcientiam huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis, & aliis locis a quibus illa receperint, reſtituere teneantur.

Si vero dictis prælatis per alias viſitantibus, hi qui pro eis viſitationis officium exercebunt, per ſe vel alios vltra moderationes ſeu taxationes prædictas quicquam exegerint ſeu receperint etiam volentib. duplum eius quod vltra receperint, eccleſiis & monaſteriis uel locis aliis a quibus id receptum fuerit, intra præfatum terminum reſtituere teneantur. Alioquin extunc dicti prælati, qui ultra moderationes & taxationes prædictas, ſeu conuentionem uel conſuetudinem huiuſmodi receperint in pecunia numerata duplū ipſum eiſdem eccleſiis, monaſteriis ſiue locis ultra dictum tempus reſtituere differentes, ingreſſum eccleſię ſibi nouerint interdictum.

Hi vero pro dictis prælatis uiſitationem hmôi (ut pręmittitur) exercentes, ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpēſos. quouſque grauatis eccleſiis, monaſteriis, ſiue locis de huiuſmodi duplo plenariam ſatisfactionem impendant. Adijcientes conſtitutioni pręſenti, quod ſi quis de familia prælati perſonaliter uiſitantis, aliquid ultra moderationes & taxationes pręfatas: per ſe uel alios, pręlato ignorante, nec ratum habente, receperit ab eccleſiis, monaſterijs, & locis aliis uiſitatis, duplū eius quod ultra receperit, de ſuo proprio intra duos menſes poſt receptionem huiuſmodi eccleſiis, monaſteriis & locis aliis, a quibus illa receperit, reddere teneatur: Alioquin extunc[b] recipiens, ſi clericus fuerit, tamdiu ab officio & beneficio ſit eo ipſo ſuſpenſus.

¶ Si uero laicus[c], tamdiu ingreſſum eccleſię ſibi nouerit interdictum, & a communione Euchariſtię ipſo facto nouerit ſe ſuſpenſum, donec de duplo hmôi grauatis eccleſiis monaſteriis ſiue locis ſatis facerit cum effectu: Nulla eiſdem ultra moderationes & taxationes pręditas recipientibus, in his donantium remiſſionem[d] liberalitate, uel gratia ualitura.

Cęterum moderationes & taxationes huiuſmodi in illis locis uolumus obſeruari, in quibus id fieri poterit ſecundum eccleſię, monaſterii, uel loci alterius facultates. In aliis autem tantam præcepimus modeſtiam abhiberi, quod per hęc quę ad executionem locorum eccleſiarum ſtatuendam prouidimus, doleant ſe grauari, nec per hoc dicti pręlati exigendi amplius quam ipſi ſubditi pati poſſint, indultam ſibi exiſtiment poteſtatem.

¶ Pręmiſſis quoque adijciendo ſtatuimus, quod ſi dicti pręlati uel aliquis eorundem ex Apoſtolica indulgentia uel conſuetudine ſeu de iure, petant ſibi ab eccleſiis, monaſteriis, & locis aliis eorūque capitulis, collegiis, uel conuentibus, rectoribus, ſeu perſonis moderatiuum ſeu charitatiuum[f] ſubſidium exhiberi, non poſſint a ſingulis eccle-

ſiis.

bus anhelādo deſideraret cum aliena iactura ditari.e. ſuam. & cap. conſtitutus de pœn. niſi pro mēſura intereſſe. dilecti. de arb. Eſt enim naturæ cōgruum pęnas exigi, quæ cum competēti conferuntur moderatione vel a legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. l. 1. C. de ſententiis. quæ pro eo quod inter. prof. hoc teneat. Card. & Butrig poſt Hoſt. in dicto cap. dilecti. ſed Abbas contra, & male, ſaltem in ſpirituali & eccleſiaſtico. Io. Fran.

a Duplum. hoc ſumptum eſt ex cap. procurationis. io ſ. de cenſi. & cap. quia plerique. de immu. eccl. & credo quod in iſto duplo computetur exactum, & receptum, fac. 23. q. 1. militare, 18 diſt. quoniam 1. q. 1. concuſſionis. & cap. exigit. de cenſi. lib. 6. vbi nota illud, quod ibi dicitur de familia. Et quod prælatus tenetur de facto ipſorum facit. 86. diſt. an putatis. & de elect. c. generali § ſi Ioan. Fran.

b Extunc.] ſcilicet elapſo ſecundo menſe, ut not. in dicto c. exigit ſuper ver. extunc & facta reſtitutione, ſtatim ſunt ibi ſoluti ſine alia ſnia. 81. diſt ſi qui cū ſuis. & de ſpon. in c. non eſt. Ioan.

c Laicus.] puta cocus elem. ad noſtrū. de cenſibus vel nutarius, uel alii, de quibus i. cap Romana. §. procurationis. de cenſibus & ibi no de ſigillatoribus, quod tamen debet intelligi ſecundum quod ibi declarat Ioā. An. in nouella Ioan. Frā.

d Remiſſionem.] hoc ſumptum eſt ex cap. exigit de cenſi. lib. 6. vbi not quod quis rem ſuam vel ſibi debitam remittere non poteſt, licet in re ſua quis ſit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mā

Rēm ſuam ue ſib[i] de[bi]tam quis quandoque remittere nequit.

dati. & nihil iam naturale, &c. vt in § per traditionē. Inſt de re. diui. Et ſi poſt reſtitutionem factam ille iterum donaret, credo idem propter verba hic geminata ſcilicet remiſſionem ex liberalitate vel gratia, quia præſumeretur in fraudem facta, arg. ff. de don. inter vir. & uxo. l. ſi ſponſus. § recte & ff. ad velleian. l. quamuis. § ſi eum eiſdem. & quod habetur in ca. commiſſa de elect. cum ſimilibus, & quod not. 14 quæſ 3. plerique. & in cap. quanto de priui. Licet Ioan. And. videatur innuere contrarium in ſimili. in ca. ſtatutum eirca fi. de reſcrip. lib 6. ſuper uerbi, remiſſionem gratis ſed ſi egit ff. ad Velleian. & ea quæ habentur in cap. Gemma de ſpon. quia aliās facile nere fraus legi, &c. Ioan Frant.

e Statuimus.] concor. cum dicto c. cum Apoſtolus § fi. de cēſib.

f Charitatiuum ſubſidium.] quod ex manifeſta & rationabili cauſa tātum peti poteſt cum charitate ut in dicto c. cum Apoſtolus §. non. bene ſed hæc enim duo ſimul.

Charitatiuū ſu[illegible] quare & a quibus peti poſſit

ſijs, monaſteriis, ſiue locis pro ſubſidio huiuſmodi vltra petere vel recipere (etiam a volentibus) niſi quantum aſcenderent ſingulæ procurationes in pactum per nos ſuperius moderatum, quas ijdem prælati poſſent recipere, quando ex priuilegio per alium viſitarent.

¶ Porro Turonenſes prædictos tales fore intelligemus, quod duodecim ipſorum valeant vnum florenum [a] auri boni, puri, & legalis ponderis, ac cunij Florentini.

¶ Per conſtitutionem autem huiuſmodi nolumus, quod prædicti prælati, vel alij, quibus viſitationis officium & procurationum receptio ex priuilegio ſedis Apoſtolicæ, vel alias de conſuetudine vel de iure competere dignoſcuntur, ius viſitandi ſeu procurationes recipiendi ſibi valeant vendicare [b].

Nec per conſtitutionem eandem aliis conſtitutionibus ſuper præmiſſis per prædeceſſores noſtros dudum editis, quo ad alia contenta in eis aliquatenus derogetur.

Inſuper abbates Ciſterctenſis [c] ordinis ſua monaſteria viſitantes, ſub præfata conſtitutione noſtra nolumus comprehendi, cum ſuper his per aliam conſtitutionem noſtram duxerimus ſpecialiter prouidendũ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum conſtitutionis, intentionis, inhibitionis, adiectionis, & præcepti ac voluntatis [d] infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem [e] omnipotentis Dei, ac beatorum Petri &

requiruntur, & quia hæc eſt charitas, non currit contra eam præſcriptio ſecundum Hoſt. alias multum longe à paterna pietate videretur, ſi præpoſiti ſubditis ſuis graues exiſtent, quos in cunctis neceſſitatibus paſtoris debent more fouere, & poteſt epiſcopus metr. compellere eos ad hoc ſoluendum, ſecũdum Inn. & Hoſtien. allegant 45. diſt. qui emendã. dumtamen non excedant, ut c. ſane. & c. cum ad quorundã. de exceſ. prælat. alias poſſet appellari ſecũdum communem ſniam doctorum ibi, per quam appellatio nẽ eſſent tuti ab excommunicatione, & vbi eſſet dubium, ſuperioris arbitrio eẽt determinandum. 11. q. 3. quia cognouimus. & 11. q. 1. ſi clericus & not. in dicto c. cum Apoſtolus. Ad de quæ plene habentur per Inno. in c. ex parte. de verb. ſigni. & ...in c. venerabilis. de cenſi. Quæ autem ſint iuſtæ cauſæ petendi charitatiuum ſubſidium, vide Oldradum in conſil. 205 quod incipit, circa propoſitam quæſtionem, & poſſint prælati conuocari ad concilium gñale imponere clero charitatiuum ſubſidium, tenet Inn. in c. 1. de ſtatu mona. & no. 10. q. 3. vnio. & quid de priore Generali ordinis Camaldulenſiũ, an pro expẽſis factis in ſua promotione & cõi ſeruitio cameræ Apoſtolicæ, poſſit a ſubditis petere charitatiuum ſubſidium, & quando ꝑ epũs poſſit exigi, vide per Caldennum in conſil. 30. in titu. de cenſib. Et adde ꝙ ad ſubſidium impoſitum per Papam tenentur, Cardinales, etiam pro beneficiis, quæ tenent vt adminiſtratores. Et quædam alia circa ſubſidium Papæ, vide per Ludouicum in conſil. 498. Adde etiam ꝙ ſi c ſede vacãte ſtatuit & iurat de minuendo charitatiuo ſubſidio, ꝑ poſtea ſoluere debitam ſummam conſtitutione hmõi non obſtante, ſecundum Lapum allegatione 20 Contra lo ꝙ clerici impetrent à ſede Apoſtolica priuilegium ad inſtar priuilegii cleri Paduani, dudum a ſede Apoſtolica obtenti, quòd pro charitatiuo ſubſidio non poſſint grauari vltra certam & ſpecificam ſummam ſoluendam in termino annorum duorum, maxime ꝑ crebras taxationes, quæ hodie fiunt cum magna iactura cuiuſq; cleri. Adde ei quod an ſupra ſuprapoſita, & non reperta hic. 1. quando exigeretur ſubſidium charitatiuum vltra taxam prædictam valeat exigens, maxime exigat a ſponte ſoluentib. excuſari: videtur tenenda concluſio Lapi. allegatione 18.

a Florenum.] quid ſi mutentur monetæ, & facultates eccleſiarum creſcant? Vide quæ plene habentur in c. quanto. & c. olim. de cenſib. Et hæc intelligo, niſi ſuper hoc in aliquib. partib. eſſent beneficia taxata ad minorem ſummam: quia tũc illa taxa eſſet ſeruanda, quod vr̃ eſſe de mente huius conſtõnis. & probatur ex notatis in clem. ſi beneficium. de deci. in gl. in ver. taxationem. facit ad hoc extrauag. Ioan. xxij. quæ incipit. Suſcepti muneris decla rationib. quæ ſup ea emanauerunt, de quibus plene habetur in dicta clem. ſi beneficiorum, quas doctorer poſt gloſſam dicunt extendi debere ad caſus ſimiles.]

b Vendicare.] ſimile in ca. 1. de ſta. reg. lib. 6.

c Ciſtercienſis.] propter iſtud verbum patet, ꝙ clem. Ad noſtrum, de cenſi. q̃ principaliter ꝑ Ciſtercienſes facta fuit, de quibus hic ſubiicitur, in quantum præſertim loquitur de charitatiua hoſpitalitate remanet in ſuo vigore, & quo per clauſulas derogatorias conſuetas poni in literis legatorum derogeẽ derogatoriis clauſulis contentis in priuilegiis hmõi monaſteriorũ ſuper procurationibus ſoluendis, vide plene per Fueder. de Senis in cõſilio 233. & plura dubia circa mandatũ Apoſtolicũ de compellendo exẽptos ad contribuendũ cũ aliis clericis ad onera legatorũ & nũtiorũ ſedis Apoſtolicæ, vide per eundem Fed. in conſilio. 148.

d Voluntatis.] de importantia iſtorum verborũ, de gl. in c. ſtatutum. de hær. li. 6. & clem. de off. vic. & in clem. 1. de ter. permu. & in c. ſtatuimus. de off. deleg. in 6. & in c. litigantes. de off. ut eo. li. per Butri. in præterea requiſiti. de appel & Abb. in c. cum te. de re iud. De verbo autem, iniungimus, habetur in cle. quia contingit. de relig. domi. De verbo, volumus Abb. in c. ſi. qui fil. ſint legi. De verbo, decernimus no. in clem. gñalem de æta. & qual. & in clemen. per lr̃as. de præb. & in clem. ſi vna de reb. eccle. non alie. & in cle. quamuis. de appel. & in cle. literas de reſcr. in c. ſi. de verb. ſig. lib 6. De verbo, cenſemus in clem. 1. de prob. De verbis ſimul iunctis, decernimus & declaramus, in ca. 1. de cler. ægro. lib 6. Adde quòd quandoque iſta verba impropnãtur per c. in his. de ver. ſi. Adde dec. 106. in antiq. quæ incipit, vtrum ſi contra reum ſecũdum l. ſubiectam materiam. & quando in materia magis eſt erratum quã in forma, ſic, & vbi Papa loquitur vt magiſter, ut in ca. literas, de reſt. ſpol. & capit. cum Matthæ. & celeb. Miſſ.

e Indignationem.] humano more loquitur, quoniam non indignatur neque iraſcitur Deus. 32. q. 4. in commutabilis. & no. in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. nõ alien. ubi probatur, quod iſta important talem anathemate feriendum, quo Deus iratus animas percutit. Vel põt dici, ꝙ etiam alias iudicis arbitrio puniri poſſit & debeat, ex quo non eſt certa pœna ſtatuta, ꝑ ea q̃ habentur

in c.

in e. de cauſis, de offi. deleg. & c. ſuper his, de accu. & c. ſi. de dolo & contu. & l. 1. de iure deli. no. in ver. vltim. in c. ſi canonici, & in verſi. condigna. in c. quia plerique de offic. ord. lib. 6. Adde etiam quod pœna maledictionis eſt pœna æterna, vt no. Ioan. And. in c. Romana, in verſi. pen. ſuper ver. maledictionẽ de cẽſibus lib. 6 in nouella poſt Ho. iniungitur enim pro quolibet mortali peccato, Gen. 3. & ſi remittitur nõ relinquitur, &c. de viſur. c. cum tu. nec aliter poteſt abſolui 14. q. 1. ſi res, & in regula, peccatum, de reg. iu. vbi ſi index, id eſt epiſcopus non poteſt diſpẽſare. c. alias ſec. 9, vt not. in cap. licet, de pœnis. Adde quod refert Io. And. in c. 1 an ſi de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. in nouella, & c. per ſaluationem Papæ, & oſculũ talis indignatio remittatur, videtur tenet Io. And. in ſolutione 6. lib. in nouella, licet poſt excommunicationẽ, propterea non conſequeretur abſolutionem, cle. ſi ſummus, de ſent. excom.

a Incurſurum.] & ſic eſt canon ferendæ ſententiæ, & non latæ, vt probatur in ca. relatu, de iure. pat. & nimius agitur cum lege quam cum homine, ca. ſi celebrat. de cle. excom. mi. l. Celſus, ff. de arbi. c. dolentes, de celeb. Miſ. & habetur in ca. vnico, de ſagit. in c. vno. de eo qui. fut. ord. ſuſ. ſecus ſi diceretur, excõmunicamus ſic facientem, &c. & ita intelligitur c. 1. de depoſito, &c. Salonitanæ. 63. diſtin. de quo plene in ca. ſicut tuis de ſimo. & in l. in crimi nali, de iuriſd. omn. iud. Et q̃d monitio debeat præcedere, vide per gloſſ. in clem. attendentes, in ſi. de ſta. reg. etiam contra rebelles viſitare volentibus, & illos impedientes, vbi autem ipſo facto pœna incurreretur, licet requireret, q̃ deberet de exceſſu cõſtare parte citata, tamen abſque alia ſniã declaratoria poſſet pœna publicari & exigi: & hoc ſufficeret per not. in c. pro human. in fin. de homicid. lib. 6. in clem. præſenti, de cenſib. & in clem. multorum, in fin. de pœnis, & ita intelligi poteſt Lapus allegatione 135. & not. in cap. commiſſa, de elect. clem. 1 de ſeq. poſſ. & fruct. & in capit. eum qui, de præben. in 6 & decil. 33. in antiq. & adde quod not. glo. in clemen. 1. de

Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. a Datum b Auinione, xv, Calend. Ianuarii, Pontificatus vero noſtri anno ij.

De celebratione Miſſarum.

Ioannes xxij.

Narratis perturbationibus plurimis, quæ eccleſiæ præſertim per hæreticos inferũtur, ordinat Romanus Pontifex, quod dum Miſſæ celebrãtur, in quib. deuotius oratur, certæ preces hic expreſſe ad Deum effundantur. Et ut Chriſtiani ad id ſint prõptiores, viginti dies indulgentiarum cunctis hoc facientib. elargitur. Aduerte quod ſub hoc tit. apte potuiſſet locari extrauagãs Docta. quæ eſt ſupra de uita & honeſtate clericorũ, ut ibi tractatum eſt.

CAP. VNIC.

DIſcipulorum Chriſti geſta nos inſtruunt, ut in pelago huius mundi procella ſurgẽte, ad diuinum confugiũ recurrere debeamus. Illi quidem commotione maris adeo grandi facta, ut fluctus in nauiculam quã Ieſum ſequentes intrauerant, operirent, Chriſtum dormientem vocib. excitarunt ſupplicibus & aduerſus ingruentes tempeſtatis impetus ab eo ſalutis præſidiũ poſtularunt. Cũ itaque catholicam Eccleſiam, quæ congregationẽ fidelium comprehendit, videamus, quod dolentes ſentimus, pacis æmuli, zizaniorumque ſatoris malitia procurante, diſcordiarum flatibus concitatam, earumque fluctus adeo eleuatos, quod quaſi operiant ipſam totam, hæreticos inſuper Eccleſiam ipſam cernamus, & ſchiſmaticos impugnare ferociter, ac ut inconſutilem Domini tunicam ſcindant, multipliciter laborare: Cum fratribus noſtris deliberatione præhabita diligenti, expediens, immo neceſſarium potius æſtimamus, ut ad illum qui ad dexteram patris reſidet in excelſis, qui caput eſt congregationis einſdem, cuique poteſtas omnis tam in cęlo, quam

immuni. eccle. ſuper verſi. pro infectis.

b Datum.] de concernentibus datas, vide plene per Ioan. And. ſuper data lib. 6. in glo. Et quare non ponatur indictio, ſed ſolum anni pontificatus ibi vide plene in nouella, & an error in talibus vitiet. Et adde quod vſque ad tempora Eugenij nõ ponebantur in literis Apoſtolicis anni Dñi, prout factum eſt ab eius tẽpore citra, & hodie fit ad faciliorem habẽdam notitiam temporum tunc currentium, vnde error in illis haberet vitiare reſcriptum per ea quæ plene allegat Io. And. ibidem, maxime propter ſtylum cancellariæ, quæ etiam habet, quod vltimum verbum temporis debet cõplere vltimam lineam, qui ſtylus eſt attendendus, vt in c. quam graue, in fi. de crimi. fal. cum ſimilib. Et adde q̃ a natiuitate Domini, id eſt, ab ipſo die natiuitatis Ieſu Chriſti, & non a die circumciſionis eſt computandum & incip. ẽ dum principium anni in Romana curia, vt vult Deci. in nou. 40. item quod ſecundum curſum Franciæ & Angliæ, annus incarnationis nõ incipit poſt annum natiuitatis, ſicut ſecundum curſum Romanæ curiæ, ſed poſt menſem Martii concurrunt ſub eodem numero tam annus a natiuitate præcedens, quam annus incarnationis ſequens, vt vult alia deciſio in nou. num. 18. Et adde quod menſis intelligitur tot dies habere, quot habet mẽſis, in quo negotium faciendum occurrit, & quod deficit i mẽſe occurrenti, ſuppleatur de menſe ſequenti no. Ioan. Andr. in c. quam ſit, de elect. li. 6. & ita communiter ſeruatur, ut no. Bar. in c. licet, de ſup. negli. prælat. & Bart. in l. cum biſſextus, ff. de verb. ſig. licet Hoſtien. dixerit pendere ex arbitrio iudicis, qui magis debet ampliare quã arctare. Adde quod dies incipit a media nocte more Romano l. more Romano, ff. de fer. & adde not. in c. conſuluit, de off. delega. Quid autem de loco loci, vide Bart. in l. cum tabernam, §. idem quaſiit, ff. de pig. per Io. An. in nouella, in c. abbate ſane, de re. iu. lib. 6. & in c. inter, de fide inſtru. Et omnium vide glo. in c. pronuntiandũ, de conſ. d. 3.

Lucæ 8.

† Vide Turrecrematam in ſũma de eccleſia li. 1. c. 1.

† Vide l. Federici Imp. & cap. inconſutilẽ tunicam hab. ſupoſt Directoriũ Inquiſitorũ inter litteras Apoſtolicas pro officio S. Inquiſitionis.

p in

in terra noſcitur tradita, eique venti & maria obſecundant, † leuemus cum manibus corda noſtra: Ipſumque deuotis pulſantes precib. apud eum ſedulis orationibus inſiſtamus, ut inſurgentes premiſſæ fremitus tempeſtatis, quæ quaſi vniuerſorum Chriſticolarum regna concutit, ſubditos contra dominos uiolato fœdere erigit, hæreticis & ſchiſmaticis ac rebellibus Eccleſiæ Dei, inſurgēdi contra ipſam eiuſq; iura vſurpandi infamia damnabili auſum pandit: flatus ceſſare, eluctuſque p dictos quieſcere ſua faciat omnipotenti virtute: Cordaque hęreticorū, ſchiſmaticorum, aliorumque rebellium ad Dei eccleſiæ vnitatem ac deuotionem inclinet, & habiliter, vel forſan, cum præmiſſis pertinaciter intendant perſiſtere, ipſorum elidat ſuperbiam, eorumque obſtinatam malitiam ſuæ uirtute dexteræ conterat & proſternat. Corda quoque ſubditorum ad eorum ſuperiores, & eorum ſuperiorum concurrat ad ſubditos, ipſoſque diſſidentes in concordię ueritate concilie t& confirmet, ſicque det ipſius ſuperiorib. præſidere, quod ſic regnent vt dirigantur, eorumque regimen cedat ſubditis ad ſalutē pperpetuam, quietem & pacem, nobiſque ipſe cuius prouidētia in ſui diſpoſitione nō fallitur, modos & vias aperiat per quos hoc qđ in votis gerimus, efficaciter promouere poſſimus.

Et quia in Miſſarum ſolemnijs ad Deum conſueuerunt preces effundi deuotius, de eorundem fratrum conſilio ordinamus, quod in ſingulis Miſſarū celebrationibus poſt dictum a celebrante Pater noſter, Reſponſione que ſecuta, antequam in Miſſa vlterius procedatur, illud canticum, Lætatus † ſum in ijs quæ dicta ſunt mihi; totum cum Gloria patri a religioſis clericis, & aliis litteratis præſentibus cum deuotione dicantur. † Et primo dicātur Kirie eleiſon. Chriſte eleiſon Kirie eleiſon. Pater noſter. Et poſt iſti verſiculi ſubſequantur: Domine ſaluos fac reges. Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. Et reges eos, & extolle illos uſque in ęternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam, Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Collecta.

Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine preces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatib. & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate: Per dominum noſtrum.

Hoſtium noſtrorum quæſumus Domine elide ſuperbiam, eorum contumaciam dexteræ tuę uirtute proſterne: Per Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Benedicat celebrās conſequenter.

¶ Nos autem Chriſti fideles ad exequēdū ſupradicta promptius donis volentes ſpiritualibus animare, omnibus uere pœnitentib. & cōfeſſis, tam his celebrantibus, quam ipſis aſſiſtentibus obſeruantibus ſupradicta, quā aliis preces tunc deuotas, eo fundentib. pro præmiſſis diebus, & Miſſis ſingulis, quib. hęc fecerint, xx. dies omnipotentis Dei miſericordia, & B. Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate cōfiſi, de iniunctis ſibi pœnitentiis relaxamus. Nulli ergo &c. Datum 12. Calē. Iulii, anno 12.

De reliquijs, & veneratione ſanctorum.

Sixtus quartus.

Qui Conceptionem immaculatæ Virginis deuote celebrarunt, in eodem feſto & eius octauis officio interfuerunt, tales tribuuntur indulgentiæ, quales conſequuntur Chriſti fideles in corporis Chriſti ſolemnitate.

CAP. I.

CVM præexcelſa meritorum inſignia, quibus regina cęlorum Virgo Dei genitrix glorioſa ſedib. pręlata æthereis, ſyderibus quaſi ſtella matutina prærutilās deuotæ cōſiderationis indagine pſcrutamur, & intra pectoris arcana reuoluimus, quòd ipſa utpote via miſericordiæ & mater gratiæ & pietatis, amica humani gñris, cōſolatrix pro ſalute fidelium, qui delictorum onere grauātur ſedula oratrix, & peruigil ad regem, quē genuit, intercedit: Dignum, quin potius debitum reputamus, vniuerſos Chriſti fideles, ut omnipotenti Deo (cuius prouidentia eiuſdem Virginis humilitatem ab ęterno reſpiciens, pro reconcilianda ſuo auctori humana natura, lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui unigeniti habitaculum

ſancti

Digitized by Google

ſancti Spiritus præparatione conſtituit, ex qua carnem noſtræ mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominus poſt partum remaneret) de ipſius immaculatæ virginis mira Conceptione gratias & laudes referant, & inſtituta propterea in Dei eccleſia Miſſas, & alia diuina officia dicant, & illis interſint, indulgẽtiis peccatorum remiſſionib. inuitare, vt exinde fiant Virginis meritis & interceſſione, diuinæ gratiæ aptiores. Hac igitur conſideratione inducti eiuſdem omnipotẽtis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, auctoritate Apoſtolica, hac in perpetuum valitura conſtitutione ſtatuimus & ordinamus, quod omnes & ſinguli Chriſti fideles vtriuſque ſexus qui Miſſam, & officium Conceptionis eiuſdem Virginis glorioſæ, iuxta piam, deuotam, & laudabilem ordinationem dilecti filii magiſtri Leonardi de Nogarolis clerici Veronenſis notarii noſtri, & quæ deſuper a nobis emanauit, Miſſæ & officij huiuſmodi inſtitutionẽ in die feſtiuitatis Conceptionis eiuſdem Virginis Mariæ, & per octauas eius deuote celebrauerint & dixerint, aut illis horis canonicis interſuerint, quotiens id fecerint, eãdem prorſus indulgentiam & peccatorum remiſſionem conſequantur, quam iuxta fælicis recordationis Vrbani† iiij. in concilio Vienn. approbatas† ac Martini v. & aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutiones conſequuntur, illi, qui Miſſam & horas canonicas in feſto Corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti a primis veſperis, & per illius octauas iuxta Romanæ eccleſiæ conſtitutionem celebrant dicunt, aut miſſæ officio & horis huiuſmodi interſunt præſentib. perpetuis tẽporib. valituris, Datum Romæ apud S. Pet. anno incarnationis Dominicæ M.cccclxvj. iij. Calend. Martii Pontificatus noſtri anno ſexto.

Conceptionis beatæ Virginis officiũ à quo fuit ordinatum.

Hanc conſtitutionẽ Vrbani habes inſertam in Clement. 1. de reliq. & vnera.

† Forte approbatam.

Idem in eadem materia.

Excommunicationem ipſo facto incurrunt prædicatores aſſerentes diuinam Virginem in peccato mortali fuiſſe conceptam: qui etiã dicant quod feſtum Conceptionis eius celebrantes grauiter peccant. Et vult preſentem conſtitutionem in locis populoſis publicari.

C A P. II.

Graue† nimis gerimus moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſdam eccleſiaſticis perſonis referuntur. Sed in eorum, qui ad Euangelizandũ verbum Dei ſunt deputati exceſſibus prædicando commiſſis eo grauius prouocamur, quo illi periculoſius remanent incorrecti: Cum facile deleri nequeant, qui multorum cordibus ſic publice prædicando diffuſiùs & damnabilius imprimuntur errores,

† Vide cõcil. Tri. ſeſſione 5. i decreto de peccato original. §. vlt & extrauagantẽ Pij v. Pontificis maximi incip. Super ſpecula. Domini vbi hoc ſtatutũ confirmatur & approbatur.

Sane cum ſancta Romana Eccleſia de intemeratæ ſemperq; Virginis Mariæ Conceptione publice feſtum ſolẽniter celebret, & ſpeciale ac proprium ſuper hoc officium ordinauerit: nonnulli (vt accepimus) diuerſorum ordinum prædicatores in ſuis ſermonibus ad populum publice per diuerſas ciuitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos, qui tenent aut aſſerunt eandem glorioſam & immaculatã Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos, eiuſdem immaculatę Cõceptionis officium celebrantes, audienteſq; ſermones illorum, qui eã ſine huiuſmodi macula cõceptam eſſe affirmant peccare grauiter. Sed & pręfatis prædicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionib. libros in publicum ediderunt, ex quorum aſſertionib. & prædicationib. non leuia ſcandala in mentibus fideliũ exorta ſunt, maiora merito exoriri formidantur in dies.

Nos igitur huiuſmodi temerariis auſibus, ac peruerſis aſſertionibus ac ſcandaloſis, & quæ exinde in Dei eccleſia exoriri poſſunt (quãtum nobis ex alto conceditur) obuiare volentes, motu proprio non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & certa ſcientia huiuſmodi aſſertiones, prædicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent aut tenerent eandem Dei genitricem ab originalis peccati macula ſua Conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore vel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officium conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſer-

Scandalis eccleſiaſticis obuiandum eſt à prælatis.

mones audientes, alicuius peccati reatũ incurrere, vtpote falſas & erroneas, a veritate penitus alienas, editoſq; deſuper libros prędictos id continentes, quo ad hoc auctoritate Apoſtolica tenore præſentiũ reprobamus & damnamus: Ac motu, ſcia, & auctoritate prædictis ſtatuimus & ordinamus, q̃ prædicatores verbi Dei, & quicunque alii cuiuſcũque ſtatus, gradus, aut ordinis ac conditionis fuerint, qui de cætero auſu temerario pręſumpſerint in eorum ſermonib. ad populum ſeu alias quomodolibet affirmarę huiuſmodi ſic per nos improbatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere poſtquam de præſentib. ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, a qua ab alio quam a Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, nequeant abſolutionis beneficium obtinere.

Item motu, ſcia, & auctoritate ſimilib. ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubiicientes eos, qui auſi fuerint aſſerere contrariam opinionem tenentes, videlicet, glorioſam Virginẽ Mariã cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatũ incurrere mortale, cum nõdum ſit a Romana Eccleſia & Apoſtolica ſede deciſum. Non obſtantib. conſtitutionib. & ordinationib. Apoſtolicis contrariis quibuſcunque, quib. communiter vel diuiſim a ſede Apoſtolica indultũ exiſtat, quod interdici, ſuſpendi, vel excõicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam ac expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem.

Et ne de præmiſſis aliquando valeãt ignorantiã allegare, volumus quod locorum ordinarii requiſiti præſẽtes litteras in eccleſiis conſiſtẽtib. in eorum ciuitatib. & ſuarum diœceſum, & locis inſignib. dum maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit, ſermonib. ad populum mandent, & faciant publicari. Præterea quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula loca, in quibus expediens fuerit, deferre, etiam volumus & dicta auctoritate decernimus, quod earundem litterarũ tranſumpto † manu publici notarii, cõſecto & authentico alicuius prælati eccleſiaſtici ſigillo munito, vbique ſtetur, prout ſtaretur ſiquidem originalib. litteris, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę reprobationis damnationis, ſtatuti, ordinationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationẽ omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. cccclxxxiij. pridie nonas Septembris, Pontificatus noſtri anno xiij.

† Infirmex originali tranſumptũ qñ quẽ facit plenã fidẽ.

De immunit. eccleſ.

Benedictus xi.

Decretalis, clericis laicos. eo. tit. li. 6. habet locũ tantum quo ad laicos tallias a clericis exigentes, & dantes illis auxilium & non quo ad ſoluentes: præcipit deinde Lateranenſe & generale concilia diligenter obſeruari.

C A P. I.

Vod † olim per felicis recordationis Bonifacium Papam octauum prædeceſſorem noſtrum contra laicos exigentes ſiue recipientes a clericis & eccleſiaſticis perſonis tallias, decimam, vel aliam quotam ſeu quantitatem aliquam de prouentibus bonorum ſuorum, aut eccleſiarum: nec non aduerſus ſoluentes, aut promittentes, vel conſentientes, ſe ſoluturos, pœnis adiectis ſtatutum eſt a, quantum ad pœnas ipſas ex cauſa de conſilio fratrum noſtrorum reſtringimus ad exigentes b tantummodo, & ad exigendum dantes auxilium, conſilium vel fauorem c non autem quo ad eaſdem pœnas in ſoluentibus aut recipientibus a ſponte dantibus deinceps vendicet ſibi locum. ¶ Cæterum attendant ſollicite eccleſiarum prælati, & alii cleri-

† vide c. e. tit. in Cle. cũ notatis ibi de prædecẽſ. tes.

Diuiſio textualis.

Vod. olim Bonifacii conſtitutionẽ diuidit in tres partes. Nam primo reſtringit conſtitutionẽ Bonifacii illam reſtringit. Secũdo, § Cæterũ, ſententiam duorũ conciliorũ ſubiungit. Tertio § Attẽte. trãſgreſſoribus dictorum cõciliorum pœnas comminatur.

a Statutum eſt.] extra 6 libro, de immunita. eccleſ. clericis.

ADDITIO. In ca. clericis laicos. eo. tit. in 6. quod hodie reuocatum eſt, & etiã hæc declaratio ſaltem quo ad primam partem, ut c. 1. eo tit. in Clemen.

b Ad exigentes.] hoc eſt ab inuitis extorquentes, ff. de le 3. l. ndeicommiſſa, § ſi rem, ſecũdo reſpon. & alias ſignificationes habet hoc uerbũ ut notaui extra 6. li. de iud. c. iuris. Ioan. Mona.

Exigere eſt ab inuitis extorquere.

c Dantes auxilium.] omnes iſti pari pœna puniuntur. argum.

ci Lateranenſe, concilii, quod in huiuſmodi ſubuentionib. ſolum caſum neceſſitatis[b], aut communis vtilitatis, vbi laicorũ ad id non ſuppetant facultates, deliberatione prouida noſcitur excepiſſe. & deinde generale[c] ſtatuiſſe concilium[d] propter quorundam imprudentiam, etiã in hoc caſu Romanum Pontificem (cuius intereſt communibus prouidere vtilitatib.) primitus conſulendum. Attente igitur caueant, ne prædictorum conciliorũ traſgreſſores exiſtant aliquid in caſu prædicto, & multo magis ſi caſus ipſe non ſubſit, quoquomodo vel titulo inconſulto Romano Pontifice occaſione ſubuentionũ dictarum concedendo laicis, vel ẽt promittendo: Alioquin tãquam canonum & tam ſolemnium conciliorum temerariis tranſgreſſores, quas proculdubio Deo propitio idem infliget Põtifex, grauiſſimas pœnas poterunt merito formidare. Nulli ergo omino hominum, & cætera.

PAſtoralis[e] cura ſollicitudinis ſuper cũctas populi Chriſtiani nationes inuigilare remediis ſubiectorum, eorundem periculis obuiare, ac ſcandala remouere compellit. Sane quoniam ex conſtitutione felicis recordationis Bonifacij, &c. vt in cle. 1. eo. tit.

[illegible] extra de offi. deleg. c. [illegible] de obl. quæ ex del. c. nal § pen.

a Lateranenſe] ex tra eo. tit c. non minus.

b Neceſſitatis, &c.] Nota neceſſitatem & vtilitatem æquiparari.

c Generale.] extra de minu. excl ſi ad verſus.

C Concilium. No. illud concilium dĩcere ſcribi [illegible] con & cilium, quadam ſimilitudine ciliorum: q a ſicut cilia iunguntur cum oculi quieſcere cupiunt: ita quoq; concorditer iunguntur homines in concilio. Et aũt cilium ſolſicilius quo oculos tegitur: quia oculos celat. sed conſilium per ſ. eſt quod ex animi prouidentia alicui tribuit, inde conſiliolum & conſiliarius.

e PAſtoralis.] Tale vel ſimile puto fuiſſe exordium decr. ſum de decr. paſtoralis, in cõpilatione Gregoriana ſub diuerſis collocata titu. qui ſequunt: de reſcr. de ſacra nõite, de oſt iud. deleg. de o[illegible] de iu. de cau. poſ & prope. de ſide inſtr de exce. de app. de iis quæ ſi. e pla. de do. de deci. de iure pat de priuil. Item habetur in 6. de ele. agro. & in cle. de ſen & re iu.

FINIS LIBRI TERTII.

Quartus liber vacat.

QVINTVS LIBER.

De ſimonia.

¶ Vrbanus iiij. alias v.

¶ Paſtus vel iocalia exgentes, & etiam dantes pro religionis ingreſſu, ſi ſint ſingulares perſonæ, excommunicationis: ſi conuentus vel capitulum, ſuſpenſionis ſententias ipſo facto incurrunt, cuius vtriuſque vinculi abſolutio ſoli Papæ reſeruatur: aliis pœnis in ſuo robore duraturis, niſi ingredientes aliquid ſponte & ſine pactione obtulerint. Quid de perſonis iam tali labe fœcatis, & bonis ſic receptis faciendum ſit, tandem patefacit.

SAne † ne in vinea Domini, noſtri (licet in ſufficientibus meritis) commiſſa cuſtodiæ, naſcentes vepres & ſpinæ adeo coualeſcant, quod ſperatam fructificationem ipſius impediret: a diligentiæ noſtræ incumbit officio, ut illas extirpare radicitus ſolerti ſtudio procuremus. ¶ Sane multorum fide dignorũ relatione didicimus, quod in nonnullis eccleſiis monaſteriis, prioratib. & aliis locis religioſis, tam virorum quam mulierum, ordinum, regionũ, & partium diuerſarum deteſtabilis & a canonibus reprobata ſeruatur abuſio, quod cum perſonæ aliquæ recipiuntur ab eis ad obſeruantiã regularem ipſæ temeritate præſumptuoſa paſtus ſeu prandia[f], capitulis & conuentibus ipſarum eccleſiarum, monaſteriorũ, prioratuum & locorum, aut pecunia, aut iocalia, ſeu res alias ipſis eccleſiis, monaſteriis, prioratib. & locis ſeu præſidentib. ex ſtatuto ſeu conſuetudine, quę corruptela eſt potius dicẽda, tribuere compelluntur: Ex quibus de-

SAne. Aelias inſ pa: Sane vel vinea alias. Ne in vinea. Hõc extrauã. allegat [illegible] de ſimoniace, extr. de ſimoniacũ [illegible] iuris vtriuſ que interpres do. Felinus Sãdæus Ferrarienſis, ſacri Palatii Apoſtol. auditor. Et ibi dicit ſe audiuiſſe a fide dignis, q Vrbanus v. nõ intendebat cõprehẽdere Moniales pauperes, quæ conſueuerunt aliquid recipere vigore cõſuetudinis. Allegat ẽt ibidem Felinus extrauagantem Martini v. quæ incipit, Multæ, & extrauagãtẽ eiuſdem, quæ incipit, Damnabile. Itẽ extrauagantem Eugenii 4. quæ incipit, cum detãſtabilem, quas aſſerit fuiſſe reuocatas: ideo nec dignas occupare membranas, diſt. 19. § Romanorum. § ini ſi ideo.

f Prandia] Videa Iacobus, co. ut in antiquis.

cori eccleſiaſticæ, & immaculatæ religionis detrahitur: Quamplures etiam tam execratione huiuſmodi criminis, quam expenſarum onere a ſacræ religionis propoſito retrahuntur: Ipſæque eccleſiæ, monaſteria & loca famulantium Deo conſuetis numeris remanent deſtituta, & in multorum mentibus fidelium ſcandalum generatur.

¶ Nos igitur huic morbo peſtifero cupientes congruam adhibere medelam, & aliis pœnis in talia præſumentes inflictis a iure in ſuo robore duraturis, pœnam adiicere grauiorem: Vniuerſis abbatibus, prioribus, decanis, prępoſitis & magiſtris necnon abbatiſſis & prioriſſis, aliiſque prælatis quouis nomine nuncupatis, & eorum officialibus quarumcunque etiam eccleſiarum, monaſteriorum, prioratuum, domorum & locorum quorumlibet, religionum, ordinum etiam militarium, tam exemptorum, quam non exemptorum, quocunque nomine cenſeantur, ac capitulis & conuentibus & ſingularibus perſonis eorum tenore præſentium auctoritate Apoſtolica, (quamuis ſit eis a iure inhibitum) diſtrictius inhibemus, ne tam a maribus quam a mulieribus volentibus ingredi eorum religionem, eccleſias, monaſteria, prioratus, domus ſeu loca in eorundem perſonarũ receptione, aut ante vel poſt illam, quoſcunque paſtus, prandia ſeu cęnas, pecunias, iocalia, aut res alias, etiam ad uſum eccleſiaſticum, ſeu quemuis pium vſum aliũ deputata vel deputanda, directe vel indirecte petere, vel exigere quoquomodo præſumant. Sed eas potius cum omnimoda pietate recipiant ac in victu & veſtitu ſicut alias perſonas ſuarũ eccleſiarũ monaſteriorũ, prioratuum, domorum & locorum ſyncera charitate pertractent. Illa dumtaxat, quæ perſonæ ipſæ ingredientes pure & ſponte, & plena liberalitate, omnique pactione ceſſante dare offerre eccleſiis & monaſteriis, prioratibus, domibus, & locis huiuſmodi voluerint, cum gratiarum actione licite recuperari: Nos enim qui ſecus egerint, ſi ſint ſingulares perſonæ, tam dantes quam accipientes, huiuſmodi excommunicationis: ſi capitum vel conuentus fuerit, ſuſpenſionis ſententiis eo ipſo decernimus ſubiacere: A quibus (præterquam in mortis articulo) abſolui nequeãt abſque ſedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali. Cæterum perſonis illis vtriuſque ſexus, quæ iã labe huiõi ſunt fœdatæ, earum prouidentes ſaluti, de benignitatis gratia eas liberantes, concedimus, quod per ſuos locorum diœceſanos hac vice dumtaxat a crimine huiuſmodi & nota infamiæ inde contracta, auctoritate Apoſtolica abſoluantur: canonica proinde ipſis pœnitentia ſalutari impoſita, de qua ipſorum diſcretioni videbitur expedire: & demũ cum ipſis vt in earũ eccleſiis, monaſteriis, prioratib. dignitatib. & locis licite valeant remanere, miſericorditer diſpenſetur. Inſuper erga perſonas illas, quæ in præmiſſis recipiẽdo aliqua contra canonicas ſanctiones peccaſſe noſcuntur, volentes nos reddere gratioſos, oĩa recepta hmõi, ſi ad communem vſum monaſteriorum ſeu locorum eorum, ſunt ſupplicata, ea ad dictum vſum licite concedimus retineri. Si vero ad ſpecialẽ vſum abbatis ſeu abbatiſſę, prioris aut prioriſſę aut alterius ſingularis perſonę retineantur: illa vnire præcipimus in cõi. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, conſtitutionis, conceſſionis, & pręcepti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum 2. Nonas menſis Aprilis, Pontificatus nr̃i anno primo.

Paulus Venetus Papa ſecundus.

¶ *Omnis ſimoniaci cuiuſcunque dignitatis aut ſtatus, ſunt ipſo facto excõmunicati: nec habent ſimoniace ordinati, ordinis executionem. Et electiones, aut aliæ prouiſiones per ſimoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt. Mediatores etiam ſimoniæ eadem cenſura ligantur, qui a ſolo Papa abſoluentur. Et omnes prædicti ſunt Romano Pontifici reuelandi.*

CAP. II.

CVm † deteſtabile ſcelus ſimoniæ prauitatis, tam diuinorum quàm ſacrorum canonum auctoritas abhorreat atque damnet: Non conſiderantes, quòd plures pœnarum grauitas, quàm Dei timor arcere ſolet a voluntate peccandi, ac ſummis deſideriis affectantes, vt horum peſtiferum vitium non ex vſu ſolum, ſed etiam

† Vide extrauag. Pij v in ci. Cũ primũ § Et ut ſimoniacæ prauitatis, p quã, hac conſtĩ inuiolabiliter obſeruari mãdatur. Et de intellectu decif. Caſſadori 5 ii. de cõſti.

ex mentibus hominum ſaltem propter pœnarum metum penitus euellatur: prædeceſſorũ noſtrorum Romanorum Pontificũ veſtigiis inhærentes, ac etiam omnes & ſingulas excõmunicationis, ſuſpenſionis, priuationis, & interdicti, ſententias, cenſuras & pœnas dudum a Romanis Pontificib. prædictis, & pro talib, reputatis. contra ſimoniacos quomodolibet latas, & illos qui cuiuſcunq; ſtatus gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiã ſi Cardinalatus, patriarchali, epiſcopali, regali, reginali, vel alia quauis eccleſiaſtica ſeu mundana dignitatib præfulgeãt, & eorum quemlibet tam manifeſtum quam occultũ, quas ipſo facto eos incurrere volumus, confirmantes & innouantes Apoſtolica auctoritate declaramus, quod oẽs illi qui ſimoniace † ordinati fuerint, a ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi.

† Vide c. de ſimoniace, & ibi plene per canoniſtas, ext. de ſimo. adde oĩno B. Th 2. 2. q. 100. art. 3. ad quartũ argumentũ.

Per electiones vero poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones quas ſimoniaca contigerit labe fieri & quæ virib. omnino careãt, in eccleſiis, monaſteriis, dignitatib perſonatib. officiis eccleſiaſticis & qbuſuis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium quæ percepit reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo ſit adſtrictus.

Statuentes † præterea, quod vniuerſi & ſinguli etiam præmiſſis dignitatib prædict, qui quomodolibet dando vel recipiendo ſimoniam commiſerint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiã excommunicationis incurrant, a qua niſi a Romano Pontifice pro tẽpore exiſtente non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo conſtituti.

† Vide oĩno Caſſadorum deciſione 5, ſub tit. de cõſti.

Et vt huiuſmodi labis contagio frequentius reprimatur, omnib. & ſingulis eccleſiaſticis, ſæcularibuſq; perſonis cuiuſunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute ſanctæ obediẽtię diſtrictius iniungimus, vt eos omnes, quos ſimoniam huiuſmodi commiſiſſe vel procuraſſe, aut in ea mediatores eſſe ſciuerint, Pontifici prædicto, vel cui idem Pontifex dixerit cõmittendum, per ſe vel alios reuelare quanto citius non omittãt. Pro reuelatione huiuſmodi etiam ſi complices † fuerint, non ſolũ veniam a nobis, ſed etiam gratiam conſecuturi, ſi eorum iudicio participes tanti criminis valeant coerceri. Quod ſi non fecerint, abſolui non valeant, donec prædicta reuelent, & cõplices huiuſmodi detecti arctius punientur. Nulli ergo, & cætera, noſtræ confirmationis, innouationis, declarationis, & voluntatis infringere, &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M.cccclxiij. ix. Calen. Decembris, Pontificatus noſtri anno primo. publicata die xxiiij. Nouembris, Anno prædicto.

† Cõplices quique præuenient, C. ad le. Iu. maie l quiſquis, in fine

De Iudæis.

Clemens quintus.

Chriſtiani arma portantes ad infideles Chriſtianos impugnantes ipſo facto ſunt excommunicati, captentium ſerui, infames & inteſtabiles tam actiue quam paſſiue, & eorum bona confiſcata, vide c. ita quorundam. & c. ad liberandum. extra eo. tit.

CAP. I.

Multa mentis † amaritudine concitamur, grauiſque doloris aculeus perfodit mentem noſtram intelligentes q renati fonte baptiſmatis, in deuium oberrantes, qui deberent opprobrium illatum Domino in terram hæreditatis ſuæ totis virib. vindicare potius iniuriatorib. ſuis fauent Sarracenorum videlicet horribili & perfidiæ nationi: & degenerantes miſerabiliter a ſtatu fidelium, famæ propriæ immemores, & ſalutis obliti, inimicis crucis Chriſti contra ipſius negotium, ferrũ equos, arma, & alia vetita, necnon victualia & mercimonia in Alexandriam, & ad alia loca Sarracenorum terræ Aegypti deferre præſumunt.

† Præter ea. ita quorũdã & ca. ad liberãdã. extr. de Iudæis. vide Cle i. eo. ti. & proceſſũ Bullæ in cœna Dñi § 7.

Ex quo manifeſte apparet quod Chriſtianos, qui ad defenſionem hæreditatis Domini ibidem pro fide remanſerunt talibus adiuti ſubſidiis irreuerenter impugnant propter quod fidei negotium ibidem quodammodo noſcitur deperire.

Hæreditatẽ Dñi defendẽt qui infideles impugnant.

Nos igitur, qui ad liberandam terram ipſam operam dare intendimus (cum Dei adiutorio) efficacem, tam graues tranſgreſſus vlterius ſuſtinere nolentes, felicis recordationis Nicolai Papæ iij. prædeceſſoris noſtri veſtigijs

inhærentes præſentium tenore ſtatuimus, vt nullus arma, equos, ferrum, lignamina, victualia, & alia quæcunque mercimonia in Alexãdriam, vel alia loca Sarracenorũ terræ Ægypti deferre, mittere, vel portare, ſeu de portubus eorum, vt eiſdem deferantur, extrahere, vel extrahi permittere, aut eis alias auxilium vel fauorem præſtare quoquo modo præſumat. Nos vero illos, qui contra huiuſmodi cõſtitutionem noſtram auſu temerario venire præſumpſerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, a qua abſolui nequeant, niſi tantum de bonis propriis in dictæ terræ ſubſidium conuertendum exoluerint, quantum ad partes prędictas detulerint, vel miſerint, aut deferre, vel de ipſorum portubus extrahi permiſerint deferendum, nec tunc etiam ab eadem (pręterquam in mortis articulo) abſoluantur ſententia, abſque mandato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Et nihilominus ſi perſonas eorum capi contingat, in ſeruitutem & capturam illorum eſſe volumus, in quorum ceciderint captionem. Auctoritate inſuper Apoſtolica ſtatuẽtes, vt illi qui cõtra huiuſmodi ſtatutum noſtrum quomodolibet venire pręſumpſerint, præter pœnas prædictas, quas ipſo facto incurrãt, perpetuo ſint infames, & inteſtabiles habeantur, ita quod nec teſtari, nec legata eis ſeu relicta percipere valeant, & inſuper ad ſucceſſiones tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ſint prorſus, &c. reddantur inhabiles, nec ad publica quælibet admittantur officia, ſintque illis omnes actus legitimi penitus interdicti; tanquam excommunicati, hoſteſque catholicæ fidei (poſtquam de ipſorum huiuſmodi temeritate conſtiterit) diebus Dominicis & feſtiuis publice nuncientur, & in fiſcum bona eorum omnia deuoluantur.

Ioannes xxij.

Iudæi ad fidem conuerſi non ſunt in bonis moleſtandi, ne ſint deterioris conditionis poſt baptiſmum, quam eſſent ante.

C A P. II.

Dignum † arbitrantes & iuri conſonum, fonte renatos baptiſmatis Iudaica cęcitate dimiſſa ampliorib. fauorib. aut gratiis, quam antea abundare: indecens, & abſurdum, vt qui in perfidia abundarent, cogãtur mẽdicare fideles: vniuerſis & ſingulis rectorib. & aliis officialib. comitatus. Veneſini, aliorumq; comitatuum, & terrarum pertinentium ad Apoſtolicam ſedẽ diſtricte præcipimus & mandamus, quatenus conuerſis huiuſmodi, & qui in poſterũ conuertentur, in poſſeſſionib. & bonis aliis quocunque nomine cenſeantur, quæ in comitatibus & terris prædictis conuerſionis tempore obtinebant, ſeu etiam obtinebunt, occaſione prædicta nullam moleſtiam inferant, nec ab aliis inferri permittant, ſed ipſis in his & aliis ſe fauorabiles exhibentes, ipſos ab iniuriis & moleſtiis protegant & defendãt, vt ſic de ſeruitute ad libertatẽ ſe tranſiſſe percipiant, nec redire prætextu mendicitatis odibilis, ad dimiſſam perfidiam compellantur. Nulli ergo, & cætera: noſtrorum pręceptionis & mandati infringere. Datum Auin. x. Calendas, Auguſti, anno quarto.

† Vide omnino extrauagãtẽ Pauli Papæ 3. incip. Cupientes Iudæos. vbi de hac materia pleniuſ agitur.

De hęreticis.

Benedictus vndecimus Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis.

Decretalem, Per hoc eo. tit. lib. 6. declarat, bona hęreticorum per diœceſanos vſurpari vetans.

C A P. I.

Ex eo † quod quædam nouella conſtitutio ſuper negotio hæreticæ, prauitatis a bonę memoriæ Bonifacio Papa octauo prædeceſſore noſtro edita continet, quod in ipſo negotio per diœceſanos epiſcopos & Inquiſitores ſuper eodem facto inquiri valeat communiter vel diuiſim, & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſus a: Nos conſulere voluiſtis, quando & quotiens ſit iſta proceſſuum communicatio facienda.

Ex eo.] Hæc decret. interpretatur conſtitutionem, extra 6 lib. de hære. c. per hoc. Et in quatuor partes diuiditur. Primo, dictam conſtitutionem eius 2. reſpon. recitat. Secundo ver [Nos conſulere.] iuxta ipſum reſponſum quæſtionem formans dicti reſponſi interpretationem dat. Tertio, § [Verum.] Et quarto § [Rationem] circa præmiſſa duos caſus, qui emerſerunt determinat.

a Proceſſus.] Vſque

† Pręternotata in c. per hoc de hæret. li. 6. vide Nicolau Eymericũ in Directorio, inquiſitorum, 3. p. q. 50. 51. & 52. Rep. nouã inquiſitorũ, verbo cõmunicare, § ſed quo & Zanchinũ tract. de hæreſi. c. 15.

Nos

hue mens dictæ conſtitutionis recitatur: ſed poſtmodum quæſtio formatur & ſolutio eiuſdem & iuris noui editio ſubijcitur:

a Nos autem.] ad iux ſita per ordinem reſpondet.

b Procedunt, &c.] non eſt diuiſio, nec in facto, nec in iure, ſed poteſtatis datæ perſecuti, argument. ff de offic. proconſul. l. vna, extra, libro 6. de offic. delega. cum plures.

c Per legem.] Vide auth. ad hæc. C. de iudic.

Vas electionis.

d Generali.] Extra de pœnit. & remiſ. c. omnis.

Nos a autem de fratrũ noſtrorum conſilio intelligendo diœceſanos & Inquiſitores tunc demum diuiſim procedere, cum hi, & illi ſeparatim, non quando epiſcopi tantum, vel inquiſitores tantum procedunt, conſultationi veſtræ breuiter reſpondemus, quod quando vtriq; procedũt b ſeiunctim, ſibi debent in fine tantum, dum nil reſtat agendum, niſi quod ſolum ſententia promulgetur, communicare proceſſus. Licet enim quibuſdam potuiſſet videri per legem c ciuilem, quod ſicut quando aliquis ex actitatis coram alio debet ferre ſententiam, vt puta quando adminiſtrator delegat cauſam ſibi ſententia reſeruata, ſaltem in principio, ideſt, conteſtatione rurſus in medio, & ſemel in fine, quæ ſunt examinata audire debent, ita & in caſu præſenti, vbi ex actis coram alio habitis alter profert ſententiam, ſic ter huiuſmodi acta recenſeat, quod fieri non poteſt, ſi eorum denegetur editio; tamen id æquitas canonum non admiſit: Vnum ſane caſum excipimus, ſi alter commode non poſſit procedere, niſi alterius actis viſis; Ex hac enim cauſa ſemel tantum (vt fraudi locus non fiat) in toto negotio copia tribuatur.

† Vide Eymericũ in Directorio inquiſitorum p. 3. q. 104. & q. 105. & ſeq.

Ordinarii inquiſitionis officium proprijs expenſis explere debent.

Verum quia † nonnulli diœceſani partem partis prouentuum de hæreticorum bonis inquiſitionis officio deputatæ propter expenſas, quas dum inquirunt in ſæpedicto negotio faciunt, a vobis exigere moliuntur: hoc tamquam iuri abſonum (cum ordinarii ſint, ideoque officium tale quod eis incumbit, proprijs eos oportet explere ſtipendiis,) fieri penitus prohibemus. Rationem autem ijdem diœceſani prouentuum, obuentionum ex inquiſitionis officio a vobis, non obſtãte aliqua conſtitutione, conſuetudine, vel mandato cõtrariis, non expoſcant: ſed eam cameræ noſtræ vel alij, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pontifices mandaremus reddendã, reddatis, quæ generaliter obſeruari iubemus.

Ioann. xxij.

Tres errores magiſtri Ioannis de Poliaco doctoris Pariſienſis hic damnantur.

C A P. II.

† De materia vide D. Th. & alios, in 4 ſen. diſt. 17 & canoniſtas in c. oĩs, de pœ. & remiſ.

Rom. 12.

† Prou. c. 23.

Vas electionis† doctor eximius & egregius prædicator, cuius prædicatio mundũ docuit vniuerſum, præſumptuoſam illorum audaciã refrænare ſollicitus, qui prudentiæ propriæ innitẽtes, in errores proprios prolabuntur, nõ plus ſapere, quam oportet ſapere, ſed ad ſobrietatem ſapere, ſalubri doctrina ſuggeſſit: & iuxta Sapientis † eloquium: Quiſque ſuæ prudentiæ modum ponat. Sane dudum cum dilectum filium magiſtrũ Ioannem de Poliaco ſacræ theologiæ doctorẽ certis ex cauſis de fratrum noſtrorũ conſilio ad noſtram præſentiam vocauiſſemus: fide digna relatio ad noſtrũ perduxit auditum, quod ipſe in quibuſdam articulis tangentib. pœnitentiæ ſacramentum nõ ſobrie, ſed perperam ſapiebat, infraſcriptos articulos periculoſos cõtinentes errores docens publice in ſuis prædicationib. & in ſcholis. Primo ſiquidem aſtruens, quod confeſſi fratrib. habentibus, licentiam generalem audiendi confeſſiones, tenẽtur eadem peccata, quæ confeſſi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti. Secundo, quod ſtante omnis vtriuſque ſexus, edicto in concilio generali † d, Romanus Pontifex nõ poteſt facere, quod parochiani nõ teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti confiteri, quẽ dicit eſſe parochialem curatum. immo nec Deus poſſet hoc facere: quia (vt dicebat) implicat contradictionem. Tertio, quod Papa non poteſt dare poteſtatẽ generalem audiendi confeſſionẽ, immo, nec Deus, quin confeſſus habenti licentiam teneatur eadem confiteri proprio ſacerdoti, quem dicit eſſe (vt præmittitur) proprium curatum.

† Scilicet Lateran. ſub Innoc. iij. c. 21.

Nos igitur ſcire volentes ſi ſuggeſta nobis veritatem haberent, articulorum, præmiſſorum copiam, eidem magiſtro Ioanni fecimus aſſignari, & ad ſui defenſionem plenam audientiam ſibi præbuimus, tam in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia in conſiſtorio, quam alias coram aliquibus ex ipſis fratribus per nos ad huiuſmodi officium deputatis. Verum licet præfatus magiſter

giſter

giſter dictos articulos & contenta in ipſis defendere niteretur, aſſerebat tamen ſe paratũ credere & tenere in pręmiſſis & aliis, quæ tenenda, & credenda eſſe ſedes Apoſtolica definiret. Nos igitur attendẽtes, quod prędictorum articulorum aſſertio pręiudicatio, & doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum ipſos per prælatos magiſtros in theologia examinari fecimus diligẽter. Noſipſi etiã cum dictis fratribus noſtris collationem ſolertem & examinationem habuimus ſuper his. Per quas quidẽ collationẽ & examinationẽ ſuper his habitas comperimus, præmiſſos articulos doctrinam nõ ſanã ſed periculoſam multum & veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes & ſingulos, idem magiſter Ioannes, veris ſibi rationibus opinioni dudum ſuæ habitæ contrariis demonſtratis, in cõſiſtorio reuocauit, aſſerẽs ſe credere eos non veros, ſed ipſorum contrariũ verum eſſe & dicens ſe neſcire rationibus ſibi factis in cõtrarium reſpondere. Ideoq; ne per aſſertionem, prædicationem, & doctrinam huiuſmodi in errorem (quod abſit) animæ ſimpliciũ prolabantur, omnes articulos & quẽlibet eorum tanquam falſos & erroneos, & a doctrina ſacra deuios auctoritate Apoſtolica condemnamus & reprobamus de fratrum noſtrorũ conſilio prædictorum, doctrinã contrariam, veram, & contrarium eſſe catholicum aſſerentes, ſ. quod illi, qui prædictis fratrib. confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri iterum, quam ſi ea alias confeſſi fuiſſent eorum proprio ſacerdoti iuxta cõcilium generale.† Optantesq; veritatis vias notas eſſe fidelib. cunctis, & prædictis errorib præcludere aditum ne ſubintrent errores, felicis recordationis Alexandri iiij. & Clementis iiij. Romanorũ Pontificum prędeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærẽdo, vniuerſis & ſingulis diſtrictius inhibemus, ne quiſquam pręmiſſos articulos per nos (vt præmittitur) damnatos & reprobatos, & contenta in eis vel aliquo ipſorum, vtpote a catholicis mentib. reſpuenda tenere audeat ſeu defenſare quomodolibet, vel docere. Quocirca vniuerſitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus vniuerſis & ſingulis veſtrum in ciuitatib. & diœceſibus veſtris conuocato clero & populo communiter omnia præmiſſa & ſingula per vos ſeu alios ſolemniter publicetis. Nos etiam eidem magiſtro Ioanni mandamus, quod in ſcholis & ſermone Pariſiis prędictos articulos & contenta in eis tanquam veritati contraria propriæ vocis oraculo, aſſeueratione conſtanti publice debeat reuocare: Quod ſe facturum dictus magiſter Ioannes efficaciter repromiſit Datũ Auinio. viij. Calend. Auguſti, Pontificatus noſtri anno quinto.

† Ideſt cõcilium generale Lateran. ſub Innocẽtio 3 cap 11. & cõſetur in e. ois de pœ. & remiſ.

Idem.

Inquiſitores hæreticę prauitatis cenſuras eccleſiaſticas fulminare nõ poſſunt inofficiales & nuntios ſedis Apoſtolicæ ſine ipſius licentia ſpeciali, ſed de eorum exceſſibus informationem facere poſſunt, & deinde Romano Pontifici ſignificare.

C A P. III.

CVm Matthæus† de Pantinian. ordinis Prędicatorum, inquiſitor hæreticę prauitatis in regno Siciliæ auctoritate Apoſtolica deputatus, friuola occaſione quæſita, noſtra & Apoſtolicę ſedi reuerẽtia & honore poſtpoſitis, in dilectum filium C. de Baleto, archidiaconum Foroliuien. capellanum, noſtrum Campaniæ maritimæq; rectorem excommunicationis ſententiam in conſultis motibus non ſine multa temeritate duxerit proferendã. Nos volentes de cætero talium pręſumptorib. obuiare, vniuerſis, & ſingulis tam ordinariis, quã delegatis iudicib. & inquiſitorib. prauitatis eiuſdẽ, & aliis vniuerſis & ſingulis, quacunque auctoritate fungãtur, auctoritate Apoſtolica diſtrictius inhibemus, & mandamus expreſſe, ne cõtra noſtros & Apoſtolicæ ſedis officiales, vel nuntios, aut ipſorum aliquẽ quauis occaſione vel cauſa, abſq; noſtra & Apoſtolicę ſedis licẽtia ſpeciali eis per ſedis ipſius litteras concedenda, plenam faciente de tenore pręſentium mentionem, procedere quoquo modo pręſumant; aut in eos vel ipſorum aliquẽ excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſentẽtias promulgare. Nos. n. exnunc decernimus irritum & inane quicquid contra inhibitionem & mandatũ huiuſmodi contigerit attentari ¶ Volumus tamen quod diœceſani & inquiſitores prædicti ſuper iis, quæ negotium tangũt fidei: alii vero

† Supra hac conſtõne vide uino conſilium Lapi in e. p. Facti ſuper quo id conſiliũ nũc circumfertur poſt conſilia Oldradi adde Eymericum in Directorio inquiſit. par. 3. q 26.

ſuper

ſuper iis, quę rem tangūt vel publicam vel priuatā, ſiue ordinarii, ſiue delegati quacunq. auctoritate fuerint proutpoſſet ad eorum officium pertinere, ſi quid per officiales & nuntios ipſos indebite forſan attentatum extiterit, ſe plenius informare, idque nobis ſignificare ſtudeāt vt ꝓuidere ſuper hoc de remedio opportuno ualeamus. Nulli ergo, &c. Datum Auiñ. xij. Calend. Ianuarii Pontificatus noſtri anno vndecimo.

De ſchiſmaticis.

¶ Benedictus xi.

Proceſſus & ſententias latas per Bonifacium octauum contra Iacobum & Petrum de Columna tā quam ſchiſmaticos, & eorum poſteros, reuocat hic Benedictus undecimus, exceptis confiſcationibus in quibus nihil immutat, & ſic (ut clare patet) hęc extrauagans corrigit, & prorſus reuocat capitulum unicum, eodem tit. lib. 6.

CAP. VNIC.

Dudum bonæ memoriæ [a] Bonifacius Papa octauus prędeceſſor noſter contra Iacobum, Petrum & Ioannem de ſancto Vito Ottonem quondam Agapitum, Stephanum & Iacobum Scyarrā nepotes memorati Iacobi & filios olim Ioannis de Columna, & poſteritatem eorū, nec non contra Richardum Petrum & Ioannem de Monte nigro, a cadiutores, fautores, & receptatores eorum, cuiuſcumq; ſtatus, etiam ſi imperiali vel regali dignitate fulgerent, contra ipſam inſuper Præneſtem dum uixit varios fecit proceſſus, ſententias graues pęnas habentes & multas [b], prout in eiſdem proceſſibus continetur, ex quibus ſic paucas ex multis [c] & prolixis breues exprimimus, quod intelligi uolumus ſpecialiter ſingulas numeratas, & nominatim expreſſas. [d] Inter cętera ſi quidem depoſuit dictos Iacobum atque Petrum a Cardinalatibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, reddens eos & filios dicti Iacobi, & poſteritatem eorum inhabiles ad Apoſtolicæ dignitatis apicem & Cardinalatus honorem, & ipſos, eoſdemque Iacobum & Ottonem, & Richardum beneficiis eccleſiaſticis & eccleſiis cunctis priuauit, eoſque & Agapitum, Stephanum, & Scyarram prædictos banniuit ab urbe, & ita Eccleſiæ ſupradictę ipſorum confiſcauit bona

Dudum. Hęc epiſtola plures proceſſus narratos extra 6 lib. de ſchiſm. ca. 1. retractat. Et diuiditur in tres partes, nam proceſſus contra Colūnenſes, & adhærentes eiſdem primo in gñe, & poſtmodum ſpecialius recitaret. Secundo § Nos itaq; paucos dictis proceſſibus excipiens, cęteros alios viribus euacuat, quādam inhibitionē annectēs. Tertio uerſ. Non obſtantibus, euacuationem huiuſmodi per non obſtātiā corroborat.

a Bonę memorię] Papa poſt obitum dr̄ bonę memorię: extr. de ęta. & qual. bonę. Idem in epis & ſuperioribus, ext. de elec. bonæ memoriæ 1. & 2. Sed nunquid Cardinales, presbyteri & diaconi ſic nominabuntur? Dic q̄ ſic: q̄a pars corporis Papę ſunt, & de eius latere & partibus merito appellantur, C. ad leg. Iul. maieſt. quiſquis, extra, 6. lib. de offic. lega. c. 1 inſti quibus mod. ius par pot. ſol. §. filiusfamilias, ex quo enim viciniores ſunt ſummi Pontificis, maiori pręrogatiua gaudere debēt, ar. ff. ſi tabu. teſta nullę extabūt, l. s. 1. reſpon Cardinales enim ſūt liberi primi gradus & ſunt membra capitis, cæteri p̄lati ſunt mēbra corporis, alii autem ſunt liberi ſ. primi grad⁹. Si aūt ſint præmiſſis inferiores, impropriè bonę memorię dicūtur, extra de appel. bonę, extra de coñſt. vti. bonę vtrum reges dicunt claræ uel inclytę memorię, & olim imperatores dicebātur diuę memoriæ, C. mā. l. fi. 16. q. 3. placuit. Sed quæro, quidam Papa exactionibus im̄pbis, ſimoniis & turpiloquiis eccleſiam fœdauit, ut hic, nūq d ꝓꝑ dicto actꝰ poſſet dici malę memorię? Dic q̄ non, quia reſpici debet non ad id qđ fecit, ſed ad id qđ ipſum facere decuit ff. de off. pręſi. ſed licet, ff. de iuſt & iure, l. pen § pigtor, extra de elect. cum cauſam, vnde malus prelatus, & ſi non habeat diadema ſanctitatis, habet tamē diadema dignitatis quę a ſe, nec de ſe peccauit, licet ſuppoſitū cui dignitas inerat male egerit, propter quod dignitas ſibi coniuncta infecta fuit, 7. q. 1. ſcire, & not. ſimile C. de ſumit. inter claras 2. rñ. Iſtē prelatus etſi non ſit bonus, pro bono tñ ponitur, unde Prouerb. 26. Sicut q̄ mittit lapidē in aceruum Mercurii, ita qui tribuit inſipienti honorem, certum eſt, q̄ in cōputando denarios paruulus pro mille ponitur, ſic prælatus quia p̄ſidens eſt toti cōetati uirtute ſecundum Philoſophū, & ob hoc debet honorari, quia partes ſunt p̄lati aut. de in ceſtis nup §. ſancimus, col. 2. ff. de obſeq. l. liberto, & dij vocātur ꝑꝑ ordinis excellentiā, & officii dignitatem extra de hęret. cū ex iniuncto. Item p̄latus nō dicitur bonæ memoriæ rōne ſuppoſiti ſed dignitatis, quę de ſe, nec a ſe deliquit, & delictū ꝑſonę nō redundat in damnū eccleſię, ext. 6. lib. de re. iur. delictū, & hoc caſu, vbi de his ponetem, ſicut vilē ponerem, ext. de in integ. reſtitutum ea litteris in princip. & extra de verb. ſig. venerabili, & extra 6. lib de hęr. cum ſecundum, in fi. extra, 6. li. de ſen. excō. ſtatutum, ext eo. lib. de uerb ſigni. ueniens, extra eod. lib. de cōceſ. pręb. auctoritate, ext. de reſcrip. cōſtitutus, extra, de frigid. & malefi. c. fi.

b Multas. quę ſit differentia inter multam & pœnam, habetur, ff. de verb. ſign. ſi quis, & notat. C. de modo mult.

c Ex multis. in proœm. ff. § 3.

d Expreſſas. ſimilis modus loquendi habetur, C. de pręſcrip. xxx. uel xl. an. oēs, & no de hoc extra, 6. li. de procur. qui ad agē dū. Et ratio huius di ci eſt, quia hic agitur de liberādo, quod eſt promptius quā ligare ff. de act. on. & oblig. Arrianus.

Bonę memorię poſt mortem dicuntur aliq

Cardinales reſpectu Papę ſunt liberi primi gradus.

Iura facilius ſoluūt, quā ligent.

& iura, plurium excommunicationum ſententiis inodauit, addixit infamię capiendos expoſuit, iudicauit ſchiſmaticos, & tamquam hæreticos puniendos, ab adminiſtrationibus & officiis, iuriſdictionibus exercitio & dignitatibus in urbe & circa, in Romana Eccleſia & curia, ac ipſorum poſteros perpetuo, & in terris Romanæ Eccleſię uſque in quartam generationem per maſculinum & fœmininum ſexum coercuit, eis incolatum, ciuilitatem & habitationem vrbis, circumpoſitę regionis & terrararum ſubiectarum Eccleſiæ interdixit, & inteſtabiles fecit.

¶ Nos itaque qui eius vices in terris gerimus, cuius eſt proprium miſereri & parcere, eorum miſeriis & ærumnis compatimur, ad clementiam pro eis commouemur, ipſis pietatis noſtræ aperimus viſcera, & manſuetudinē non negamus, miſericordes ab eis non auertimus oculos, illiſque pium animum exhibemus. Ideoque omnes prędictas depoſitionis a Cardinalatibus, priuationis a beneficiis & eccleſiis, inhabilitatis ad Papatum Romanum, & bonorum & iurium, quæ certis nobilibus Romanis ciuibus, & aliis conceſſa ſunt (confiſcationibus exceptis, in quibus nihil immutamus ad pręſens) ſententias, pœnas, & multas, & alias [a] quæ in proceſſibus memoratis ſiue alibi continentur, uerbo etiam in vita ipſius vel in morte in eos latas & [illegible] ſeu confirmatas & innouatas per prædeceſſorem eundem, ſicut ſi (ut prædicitur) eſſent per nos ſpecialiter numeratæ & nominatim expreſſæ tam ad prædictos Iacob. & fil. dicti Ioannis de Col. maſculinam & fœmininam prolem eorundem Ioannis & filiorum per utrumque ſexum poſteritatem deſcendentium ab eis Pet. & Richardo, & Ioan. de Monte nigro præfatos, & quam ad coadiutores, fautores, receptatores, ſuſceptores & ſequaces eorum quoslibet alios, penitus tollimus & uiribus vacuamus, Ita quod nec etiam pro præterito tempore poſſint ſuper eis aliquæ Perſonæ impeti, quæ incurriſſent eas, aut contra ipſas aliquem effectum habere. Eiſque [b] quod quiuis alia quam præfatarum depoſitionis a Cardinalatibus, priuationis beneficiorum & eccleſiarum, confiſcationis bonorum & iurium, quæ (ut præmittitur) dictis ciuibus ſeu aliis ſunt conceſſa, & inhabilitatis ad Papatum ſententia ſiue pœna abſtulit reddimus [c]. Et irregularitatem [d], quam quoquomodo contraxerint, remouemus: & notam abolemus [e] ipſius: Inhibentes ne iam dicta Præneſte cum monte ſuo reędificetur vel muniatur, aut ciuitatis nomen ſiue epiſcopatum recuperet abſque noſtra licentia ſpeciali. Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, proceſſibus, inhibitionibus, decretis, priuilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis, per quæ prætentibus non expreſſa

Arianus, extra de proba. ex litteris, præſertim ob iis, quæ ſurgunt ex delicto, ff. de pactis, l. ſi tibi decem §. quædam

a Et alias] hæc dictio, alias, aliquando eſt aduerbium temporis, vt cum dicitur, alias hoc faciam, & aliquando loci, vt cum dicitur, alias venias ad me. ſed hic accipitur pro aduerbio qualitatis, vt ſit ſenſus, quod nedum pœnas & multas prædictas, ſed etiam alias id eſt aliter omnia illa quæ in proceſſibus, &c. Alii dicunt quod debet eſſe dictio, alia: ſed hoc nihil eſt propter adiectiua, quæ ſequuntur, ſ. latas, & inflictas, &c quia tunc ſecundum ſtylum curiæ diceretur in neutro genere, non in fœminino, nec hic ſeruatur grammatica Priſciani dicentis quod maſculinum & fœmininum genera concipiunt neutrū, & Priſcianus melius dicit inſpiciendo dignitatem generū. Sed ſtylus curiæ omnia ſuperiora per neutrum ſententioſius comprahēdit, nam neutrum adiectiuum de omni genere ſecundum philoſophum prædicatur ut uir eſt album, mulier eſt album, & mancipium eſt album.

Adiectiuum neutrū de omni genere prædicatur.

Beneficium in irregularitate acquiſitū an illa purgata retineri poſſit.

b Eiſque.) Scilicet reddimus illud, quod ſententia ſiue pœna abſtulit, quod eſt infra.

c Reddimus.] quæro, vnus de prædictis eſt excommunicatus occaſione dictorum proceſſuum, & ſe immiſcens poſtmodum diuinis, factus eſt irregularis, poſtmodum recipit beneficium, nunquid poſt hanc relaxationem poteſt illud retinere? Videtur quod ſic, quia verbum reddendi, ſignificat retro dare, ff. de verb. ſig. verbum reddendi. hoc idem innuit textus præcedens ibi, nec & pro præterito, &c. Dic ubi non eſſet alii acquiſitum in re vel ad rem crederem iſtum non habere in beneficio, nullo expreſſe purgato per dominum qui poteſt, arg. ff. de vſuf. ſi fur. & notatur ſimile, extra de renuntia. poſt tranſlationem, §. ſi. Sed uitio non expreſſe purgato, opus eſt noua electione, vel collatione, argu. extra de æta. & quali. cum bonæ, extra de exce. præla. tanta, nota ſimile de exce. præla. tanta, nota ſimile de ele. dudum, ſecus ſi alter haberet ius in re, uel ad rem, C. de emanc. libe. non auus & extra, 6. lib. de reſcrip. quamuis. Sed dices dicta decret. excipit hunc caſum. Sed dic quod hic non eſt expreſſe dictum, ſed in genere, non loquendo de iure alterius, non de præiudicio alterius faciendo, unde exceptionem, quæ competebat ex factis Papæ Papa non tollit, niſi ext. de conſuetu. cum olim in fi. & d. c. quę. uis & ideo quod hic dicitur, intelligo, quod pro tunc non poſſit impeti in iure non alteri acquiſitum

d Irregularitatem.] occaſione proceſſuum incurſam, nam ad præcedentia fac. ē da eſt relatio, ff. de po. l. ula, p. §. deinde cū adiecit, ſecus de irregularitate aliud de ca uſata.

Relatio ſit ad à præcedentia.

e Abolemus.] id eſt delemus vnde abolere eſt, quod olet uel maculat, tollere ſeu auferre Et quid ſit abolitio, & eiuſdem diuiſio, no. Azo. C. de abolit.

Abolere quid eſt.

preſſa vel totaliter non inſerta, earũ effectus poſſit quomodolibet impediri & de quibus quocumque totis tenoribus de verbo ad verbum debeat in noſtris litteris fieri mentio ſpecialis.

De furtis.

Ioannes xxij.

Publicatio excommunicationis latæ in eos qui furati ſunt theſaurum eccleſiæ, quem iubente Clemẽte Papa de Peruſio in Lucanam ciuitatem tres viri hic nominati deportauerant, & hic habetur optima practica monendi malefactores, vt intra certum terminum ſatisfaciant, alias excommunicationem incurrant, & modum ipſius excommunicationis publicandæ hæc extrauagans clare manifeſtat.

CAP. VNICVM.

INfideles & ſtolidæ prædicationis alumni ſe per culpæ vitiũ indignos efficiunt, vt matris Eccleſiæ filii nuncupentur, dũ ad ipſius matris iniuriam ſe cõuertunt (quod graui nos commotione perturbat) matris eiuſdem pietatem offendunt: & his in perniciem miſerabili cæcitate delapſis, reſpergunt infamiæ maculis loca propriæ nationis.

Dudum ſi quidem nonnulli degeneres filii; q ad quęq; nefaria currere ſunt auſi peruerſis auſibus in matris eiuſdem proſilientes iniuriam & offenſam, illam, theſauri ſui maximam partem, quæ de Peruſio ad ciuitatem Lucanam de mandato felicis recordationis domini Clemẽtis Papę quinti prædeceſſoris noſtri, dum adhuc viueret, per dilectos filios Vitalẽ de Chabenate, clericum Burdegalen. diœceſis, & Guliel. de Luna ſeruientem prædeceſſoris eiuſdem, vna cũ dilecto filio Iacobo de Caſalibus decano eccleſiæ ſancti Seuerini Burdegalẽſis diœceſis capellano noſtro extiterat deportata: & quia in ſacriſtia monaſterij ſancti Fedriani Lucanẽ. tunc temporis ſeruabatur, deinde ad cameram prædeceſſoris eiuſdem fideliter deferẽdam tẽpore inuaſionis ciuitatis Luca. direpſerunt in prędã & de præfata ſacriſtia per violẽtiã aſportarunt

Nos igitur ad recuperationem theſauri prædicti ſollicitis ſtudijs pręcẽdẽtes omnes & ſingulos aſportãtes theſaurum prædictũ & alios penes quos aliqua de theſauro fuerũt vel adhuc exiſtũt, auctoritate Apoſtolica coram hac fidelium multitudine copioſa monemus, vt ea nobis, aut ei quem ad id duximus deputandum intra quatuor menſiũ ſpatium a die datæ publicationis præſentiũ numerandum, cum integritate reſtituant & aſſignent ac omnes & ſingulos ſcientes vbi vel penes quos aliqua de dicto theſauro extiterint vel exiſtant, vt intra terminum ſupradictum nobis aut ipſi deputato noſtro indicare ſtudeant: alioquin in oẽs & ſingulos monitionis huiuſmodi contemptores cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, vel conditionis extiterint, ẽt ſi patriarchali vel ſuperiori, aut alia quacunque præemineant dignitate, exnunc auctoritate prædicta excõmunicationis ſententiam promulgamus: Mandantes illos per diœceſanos locorum & rectores parochialium eccleſiarum, ciuitatum & diœceſum earumdem, ſingulis diebus Dominicis, & feſtiuis pulſatis campanis & candelis extinctis excommunicatos publice nunciari, proceſſuri ad grauiora nihilominus contra eos, necnon & contra ciuitates, communitates, vniuerſitates, & ſingulares perſonas quaſcũque, quæ fuiſſent in præmiſſis culpabiles, ſicut proteruia ipſorum exigerit, & viderimus expedire.

Non obſtante ſi eis aut eorum aliquibus, vel alicui ſub quacunque forma vel conceptione verborum, a ſede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari non poſſint, per litteras ſedis eiuſdem non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia generali vel ſpeciali cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſſit, vel quo modolibet retardari.

Vt autem huiuſmodi noſtra monitio verius ad communem omnium notitiam deducatur, chartas ſiue membranas monitionem continentes eandem, in eccleſia Auinionen. appendi vel affigi oſtiis, ſeu ſuperliminaribus eiuſdem eccleſiæ faciemus, quæ monitionem ipſam ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt: ita quod omnes & ſinguli, quos monitio ipſa contingit, vel contingere poteſt, nullam poſtea poſſint excuſationem præ-

prætendere, quod ad eos talis monitio non peruenerit, vel quo ignorauerint eaudē: Cum non ſit veriſimile remanere quoad ipſos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnib. publicatur. Datum Auinione ij. Cal. Aprilis, Pontificatus noſtri anno primo.

De crimine falſi.

Ioann. xxij.

Alchimiæ hic prohibentur, & puniuntur facientes, & fieri procurantes, quoniam tantum de vero auro & argento debent inferre in publicum, vt pauperib. erogetur, quãtum de falſo et adulterino poſuerunt. Et ſi eorum facultates non ſufficiant, pęna per iudicis diſcretionem in aliam commutabitur, & infames fiunt. Et ſi ſint clerici beneficiis habitis priuantur, & ad habenda inhabiles efficiuntur. Vide extrauagantem Io. quæ incipit: Prodiens, & eſt ſub eo. tit. collocata.

C A P. VNICVM.

† Vide B. T. 2.2.q.77.ar. 2 ad 1. arg & ibidē Caiet. Old. cōſ 74. inci. An Alchimiſta peccet, & late Caſſaneū in catalogo gloriæ mūdi pe. 11. cōſidera. tione, 40.

SPondent, † quas non exhibent diuitias pauperes Alchimiſtæ, pariter qui ſe ſapientes exiſtimant, in foueã incidunt, quam fecerunt. Nã haud dubie huius artis Alchimiæ alterutrū ſe profeſſores ludificant, cum ſuæ ignorantię conſcii, eos qui ſup. ipſos aliquid huiuſmodi dixerint, admirantur quib cum veritas quæſita nō ſuppetat, diem cernunt, facultates exhauriunt, iidemq; verbis diſſimulant falſitatem, vt tandem quod non eſt in rerum natura; eſſe verū aurum vel argentum ſophiſtica tranſmutatione confingãt, eoque interdum eorum temeritas damnata & damnãda progreditur, vt fidis metallis cudãt publicæ monetę characteres fidis oculis, & non alias alchimitum fornacis ignem vulgum ignorãtem eludant. Hæc itaque perpetuis volentes exulare temporib. hac edictali cōſtitutione ſancimus, vt quicunq; huiuſmodi aurum vel argentum fecerint vel fieri ſecnto facto mandauerint, vel ad hoc ſciēter dum id fieret faciētib. miniſtrauerint, aut ſcienter vel auro vel argento vſi fuerint vendendo vel dando in ſolutū, verum tanti ponderis aurum vel argentum pœnæ nomine inferre cogantur in publicum paupérib. erogandum, quanti alchimitum exiſtat, circa qđ eos aliquo prędictorum modorum legitime conſtiterit reliquiſſe, facientib. nihilominus aurum vel argentum alchimitum, aut ipſo (vt præmittitur) ſcienter vtentib. perpetuæ infamiæ nota reſperſis:

Moneta falſa ab oculis fidis facile diſcernitur.

INter cetera. Hæc cōſtitutio habet ſex partes. In qua-

Alchimiſtæ ſunt ifames

Quod ſi ad prę́fatam pœnam pecuniariã exoluendam delinquentiū ipſorum facultates non ſufficiãt, poterit diſcreti moderatio iudicis pęnã hanc in aliam (puta carceris, vel alteram iuxta qualitatem negotii, perſonarum differentiam, illaſq; attendendo circunſtantias) commutare. Illos vero qui in tantæ ignorantiam inſęlicitatis proruperint, vt nedum nūmos vendant, ſed naturalia iuris præcepta contēnant artis excedant metas, legūque violēt interdicta, ſcienter videlicet adulterinam ex auro & argēto alchimito cudendo ſed fundendo, cudi ſeu fundi faciēdo monetam hac animaduerſione perceſſi iubemus vt ipſorum bona deferantur carceri, ipſique perpetuo ſint infames: Et ſi clerici fuerint delinquentes, ipſi vltra prædictas pænas priuētur beneficiis habitis, & prorſus reddantur inhabiles ad habenda.

Qui nō hēt in ære, luat ĩ corpore, ff. de in ius vo. l. fi. C. de ſer. f. .l. ſi cunq; & inſtitu. de pœn. te. liti. § fi.

De priuilegijs.

Benedictus xj.

Hæc extrauagans dat Prædicatoribus & Minorib. priuilegia plurima circa tria, videlicet circa prædicationes, confeſſionum auditiones, & ſepulturas. De ſecundo in §. Sed quia multotiens. De tertio in §. Porro. Et licet ſit reuocata per Clem. 2. de ſepult. multa tamen notatu digna in ea reperiuntur, quæ non ſunt retractata. Et potuiſſet non inepte poni ſub tit. de ſepult. Sed non inconueniens idem c. diuerſis reſpectibus ſub variis collocari titulis, vt patet in c. ſignificantib. extra de libel. obla & de appel.

C A P. I.

INTER cunctas † ſollicitudines noſtras, quibus nos paſtorale premit officium, & debitum Apoſtolicæ ſeruitutis adſtringit, illa debet eſſe præcipua, vt gregi

† Vide extrauagãtē Sixti iiij. incip. Vices illius. ti. de treu. & pace, iter cō-

Digitized by Google

ram prima proœmiũ ad dicenda, generale, & poſtmodum ſpeciale p̃mittitur. Secũdo § ideoque, articulus de prædicationibus faciendis. Tertio §. Sed quia. articulus de confeſſionibus audiendis. Quarto, §. Porro. articulus de funeris ſepulturarum deciditur. Quinto §. ad hoc. Papa clerum alloquitur. Sexto §. Hac autem, hic ſtatuta per multa non obſtantia firmantur.

a Gregi Dominico.] in quo dẽt eſſe aliquid ſpeciale, C. de grege Dominico. [illegible] & cuius præcipuus eſt director extra 6. li. de electio. vbi, § cæterorũ.

b Commiſſo.] in perſona Petri, per hac verba, Paſce oues meas, extra de elect. ſignificaſti.

c Non deſit.] ne Papa faciat vt paſtores mali, quorum defectus ponuntur Ezechiel 33. c.

d Lupus rapax.] hæc verba dicta ſunt primo de Beniamen, Gen. 49.

Sanguis impii de manu plati requiretur.

e Propheta.] ex Ezechie. 3. ſanguinem eius ſcilicet impii, de manu tua requiram, extra de offi. or. irrefragabili, reſpon. & dic ſanguinem id eſt, peccatum, quod eſt ſanguine piandum vt Leuit. 4. & Hebræ. 9.

f Pacem inſerere) cum ſit vicarius regis pacifici, id eſt Chriſti, in proœ. decre. hic econtra inimicus homo, id eſt, demon. zizaniam ſeminat, ext. de elect. licet de vitanda.

g Remouere ſcandala.] extra 6 lib. de offi. lega offici.

h Iurgiorum amputare materiam.] quæ ex cupiditate procedit, extra in proœ decre.

i Egenum.] in Pſal. 40.

k Sane.] hic proſequitur proœmium ſpeciale, recitans conſtitutionem, ſuper ca-

gregi a Dominico nobis ſuperna diſpoſitione com miſſo b, animarum cura non deſit c, ne illum lupus d rapax antiquus ſerpens humani generis inimicus inuadat, eiuſq; ſanguis de noſtris (quod abſit) clamante propheta e manibus requiratur. Debemus inſuper quantum ex alto permittitur, pacem f inſerere, remouere g ſcandala, iurgiorum h amputare materiam, & intelligere ſuper egenum i & pauperem: quia non in finem obliuio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.

¶ Sane k dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa octauus, prædeceſſor noſter, quendam ſpecialem inter prælatos, rectores, ſeu ſacerdotes & clericos parochialium eccleſiarum ex parte vna, & Prædicatorum ac Minorum ordinum fratres ex altera ſuper faciendarum prædicationum, audiendarum confeſſionum per eoſdem fratres ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis conſtitutionem l edidit, certum his modum imponens, prout in eadem conſtitutione plenius continetur. Sed pro ea quam intendebat quiete turbatio nata eſt, pro concordia ſunt ſuborta diſſidia, & pullulatæ inquietitudinis pro tranquillitate noſcuntur: ſicque dum auſam ſoluiſſe ſe credidit, nodum m ligaſſe videtur, & ſeptem, vno hydræ n amputato capite, ſuſcitaſſe. Nec mirum, quia plerunque pariunt nouitates o diſcordiam, præſertim dum ab eo quod diu æquum viſum eſt, per nouam conſtitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euidens vel alia cauſa ſubeſt.

¶ Ideoque cupientes, vt ipſi gregi cura noſtra eo plenior impendatur, quo amplior in agro Domini operariorum numerus operetur, ſuper egenum intendentes & pauperem, ac nouitatem per eandem conſtitutionem inductã: Statuimus de fratrum noſtrorum conſilio, vt priorum ordinum fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in eccleſiis ac locis ipſorum, quæ impræſentiarum habent & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus ſeu publicis, libere abſque diœceſanorum & aliorum prælatorum petita licentia valeant clero & populo prædicare, eique proponere verbum Dei. Caueant tamen omnino, ne hora in qua diœceſani prædicti prædicarent, vel coram ſe facerent prædicari, prædicent ijdem fratres: putamus etenim dignum, vt maiori p minor, & ſuperiori q inferior deferat in hac parte: niſi forſan aliud circa hoc facerent de voluntate diœceſanorum ipſorum, aut in ſtudiis generalibus prædicarent diebus illis dumtaxat, quibus ſermones ad clerum fieri ſolent & ſolemniter prædicari, ſeu mortuorum funeribus, vel eorundem fratrum feſtis ſpecialibus ſeu peculiaribus: quia in his caſibus

thedram quæ nominatur inf. § ſi.

l Conſtitutionem.] quæ incipiebat: ſuper cathedram: & illa per iſtam reuocata, vt ĩ eadem, in fin. eſt hodie approbata p Clementem quintum, patet in cap. 2. de ſepul. in cle. iſta autem quæ eſt Benedicti xi. ibidem reuocatur.

m Nodum ligaſſe uidetur.] extra de uerborum ſigni. ic. cum olim.

Hydra quid ſit.

n Hydræ.] Hydra eſt ſerpens aquaticus dictus ab hydro quod eſt aqua, cui ſecundum fabulas vno capite abſciſſo plura naſcebantur eidem, ſecundum ſenſum autem moralem vnum male geſtum plura mala generat: quia uno principio illicito dato multa mala ſequuntur, authent. vt iudi. ſine quoquo ſuf fr. § 1. coll. 2. aqua cuius cursus obturatur, multos meatus facit.

Pſal. 40.

Vitium vnũ plura gñat.

o Pariunt nouitates diſcordiam.] extra de conſue. cum conſuetudinis.

p Maiori.] nota eſt tum prælatorum maiorum ſtatu religioſorum, at religioſi ad prælaturam aſcendere non debent, arg. 93. diſ. legimus, in fi. extra 6. lib. de electio. nullus in fi.

q Superiori. not. quod exempti vt prædicatores & minores iure communi ſuperiores r epiſcoporum eſſe cenſetur & ſi iidem exempti in pluribus caſibus prælatis ſubſunt. ex tra de excet. ad abolendam, extra 6. lib. de præb. cap. 2. in fi. & aliquando ſunt ſedis Apoſtolicæ delegati legatione generali extra 6. libr. de ſta. regu. c. vnico, § & quoniam, ff. de conſtitu. princip. l. 2.

r Intellige ſano modo quoniam in his, in qbus ſunt exẽpti ẽpis non obtẽperant, & ita p̃ñ dicũ ſuperiores.

a Inui-

Inuitus eſt qui non probat conſenſiſſe.

a Inuitis.] dic inuitum qui non probatur conſenſiſſe, ff. de far qui vas § vetare, ff. de procdr. fideiuſ fam. lias, §. inuitus & ff de ſeru. vrba præd. Inuitum, argu contra ff. de mand. qui patitur.

b Superioribus.] ſuperiorem voco diœceſanum ſeu illum, qui habet ius diœceſeos, & cõcurrere poteſt cum rectore, ext. 6. lib. de tempo ord. oes, & c. cum nullus, vt ẽ metropolitanus, cui non eſt ſuperior in prouincia ſua, niſi in certis caſibus not. extra de offic. ord. c. paſtoralis.

c Ad ſalutem. Roma 10.

d Concilii.] extra de pœnit. & remiſſio. omnis.

e In morte.] extra de offi. ordi. paſtoralis, § 1. extra 6. libr de pœnit. c final. §. præſenti.

cum diœceſanis in prædicatione concurrere poterunt. Vbi vero iidem diœceſani vocarent generaliter ad ſe clerum aliqua ratione, vel vrgente cauſa illum ducerent congregandum; ea hora in ſtudijs memoratis diebus ſępedicti fratres ab huiuſmodi prædicatione ceſſabunt. In eccleſiis autem parochialibus fratres ipſi inuitis [a] eorum rectoribus ſeu ſacerdotibus (niſi iuſſi a ſuperioribus [b] eorundem) non audeant prædicare.

¶ Sed † quia multotiẽs propoſitum verbum Dei audientem a peccato non retrahit, idcirco poſt prædicationem neceſſarium eſt pœnitentiæ ſacramentum, circa quod (niſi articulus neceſſitatis occurrat) ſacerdoti facienda oris confeſſio (prout ſcriptum eſt: Corde ad iuſtitiam creditur, ore autem fit confeſſio ad ſalutem [c]) exigitur: alias fruſtra eſſet in ſacramento eodem ſacerdotis (qui inter lepram & lepram debet diſcernere) miniſterium inſtitutum. Electi igitur ab eiſdem fratribus ad audiendas confeſſiones & pęnitentias iniungendas, libere auctoritate Apoſtolica abſque licentia diœceſanorum & aliorum prælatorum inferiorum exemptorum, & non exemptorum, quibus ſubſunt, qui ad confitendum accedunt, audiant eis peccata ſua cõfiteri volentes. Non religioſos, qui ſecundum ſtatuta ſuorum ordinum propriis prælatis confiteri debent, aut ab eis, nec confiteantur aliis prohibentur, abſoluant; ipſiſque pęnitentias ſalutares iniungant, intra ſibi deſignatos terminos ad huiuſmodi exercendum officium conſtitutos. Excommunicationis vero vel alias ſententias per prælatos latas contra hoc vel in eius fraudem, denũciamuss irritas & inanes, nec confeſſi ipſi fratribus peccata illa, de quibus confeſſi ſunt eis & abſoluti pœnitentes de illis ſacerdotibus propriis teneantur (ſicut etiam non tenentur) iterum

† Prædicatio non ſemper retrahit audientem a peccato. Rom. 8.

confiteri non obſtante conſtitutione generalis, concilii [d] †, quæ ſano intellectu (ne ſequatur abſurdum, quòd per pęnitentiam dimiſſa peccata quis confiteri debeat, & quod liberatus debitor adhuc ad ſoluendum remaneat obligatus) intelligenda eſt (vt ex ea patet) de illis, qui peccata ſua confiteri aliis neglexerunt. Sed ſacerdotes ipſis taliter confeſſis & abſolutis adſtricti ſint miniſtrare Euchariſtiæ, & extreme vnctionis etiam ſacramentum.

† Scilicet Lateranẽ ſub Inno. iij. c. 21.

¶ Super confeſſione autem facta fratribus memoratis, cum de confitentis ſolius præiudicio (ſi falſum dicat) agatur in iudicio animæ ſeu pęnitentiæ foro, ſtabitur ſimplici verbo illius qui ſacramenta petit prædicta & dicit fratribus ſe conceſſum. Duos † tamen caſus excipimus, ſcilicet ſi ſacerdos aſſerat eum excommunicatum aut notorie peccatorum. Sed videat, ne id dicat mendaciter, aut in dolum vel in fraudem: quia ſi hoc egerit a delicto tali niſi plene ſatisfecerit (pręterquã in [e] morte) abſolui nequeat. nec de illo ad pęnitentiam aliter admittatur.

† Vide doctrinã cõcilii Tri. ſeſ. 14. c. 7. de caſuũ reſeruatione

¶ Vt autem diœceſanis honor debitus reſeruetur, proprium, vt Prouinciales Priores Prædicatorum, & Miniſtri Minorum ordinum pręfatorum, per ſe vel alios verbo vel ſcripto eis ſignificent, ſe fratres ad huiuſmodi confeſſionum audiendarum & pœnitentiarum iniungendarum officium elegiſſe, & non nominando, aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec illorum numerum exprimendo, petant humiliter à diœceſanis eiſdem, quòd ijdem electi fratres de ipſorum beneplacito & licentia, dictum poſſint in eorum ciuitatibus & diœceſibus intra eis determinatos fines officium exercere. Quod ſi denegent, vel intra triduum non concedant, extunc ijdem fratres nihilominus auctoritate eadẽ huiuſmodi officium exequantur. Datam vero licentiam per diœceſanorum mortem nolumus terminari. Per hoc autem non intendimus, quod ſępedicti fratres, qui ad hoc eligentur officium exercendum, plus habeant in audiendis confeſſionibus & pœnitentiis iniungendis quàm parochiales ſacerdotes noſcuntur habere. Sicque de caſibus epiſcopis & ſuperioribus quos, inferius adnotamus, ac ſedi Apoſtolicę reſeruatis, ſe nullatenus intromittunt.

¶ Obſeruent ergo ſolicite dicti fratres, ne ad confeſſiones recipiant criminoſos criminibus

nibus

Digitized by Google

nibns pro quibus ſolemnis eſt pœnitentia [a] indicenda: Modo eodem excommunicatos reſpuant, & clericos, qui propter delictum irregularitatem aliquam incurrerunt [b]. Inconueniens [c] enim exiſtimamus, vt a peccato abſoluat, qui pęnitentiam ei debitam imponere [d] aut irregularitatis pœnam peccati ſequelam [e], vel excommunicationem, quę infligitur maxime a iure [f] quandoque pro crimine, quæve quem [g] ab eccleſia & per conſequens a participatione eccleſiaſticorum ſacramentorum excludit [h], remouere non poteſt.

¶ Incendiarios, eoſque qui tam enormibus ſunt irretiti peccatis, quòd ea rationabilis conſuetudo præſcripta canonice in epiſcopatibus aliquibus reſeruauit epiſcopis ſimiliter non admittant, quam conſuetudinem (ex cauſa, quæ iuſte ad animum noſtrum mouit) ſolummodo circa voluntarios homicidas, falſarios, eccleſiarum immunitatis, & libertatis eccleſiaſticæ violatores, & ſortilegos approbamus. Quod ſi forſan antequam ab eo, qui poteſtatem habet, abſolui poſſint, mors talium confiteri volentium veriſimiliter timeatur, etiam in prædictis caſibus ſæpefati fratres eos confiteri volentes audiant, ipſiſque beneficium abſolutionis impendant, ſed ſubeant iuramentũ quod liberati ſe ſuis epiſcopis & excommunicatoribus præſentabunt: excommunicantium ſuper his pro quibus ab eis excommunicati erant & epiſcoporum pro peccato huiuſmodi parituri mandatis [i].

¶ Verum quia poſt baptiſmum inter cœtera magis ad ſalutem neceſſaria † eſt propoſitio verbi Dei, quo audiẽtes illud, quod eſt victoria noſtra, inſtruuntur in fide, docẽtur fugiẽda fugere, & ſectanda ſectari, a quo per peccatum lapſi reſurgunt, pœnitentiæ ſacramẽtum perficiunt: Grandis nobis ſollicitudo incumbit, vt tales ad hæc promoueantur fratres qui oleo dulcedinis verbi eiuſdem noſtros foueant ſubditos, a peccatis prohibeant, increpationis vino peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eoſque ad illa pœnitentię acrimonia [k] purgandum & tergendum prouocent [l] & inducant. Ad id vero exequendum ſententia † diuinę legis expoſcitur, deſideratur ordo, & uitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum [m] eſt enim: Tu ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſacerdotio fungaris mihi: quia labia [n] ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore eius: alias prout ad eum pertinet inter peccatum & peccatum non poſſet diſcernere, nec peccator exiſtens, Dei deberet narrare iuſtitias, & teſtamentum illius aſſumere per os ſuum. Nam cuius uita deſpicitur, conſequens eſt vt eius prædicatio contemnatur, Quare decernimus, vt Priores & Miniſtri Generales, & Prouinciales Prædicatorum & Minorum ordinum præfatorum, uel eorum vicarii, de diſcretorum conſilio ad tam ſalubre officium fratres diuina ſcientia doctos, diſcretione vigentes, vita probatos, & expertos moribus (alioquin diſtrictam reddent in futuro examine rationem) eligant & aſſumant, ſic enim quod prædicabunt, facient: quę arguent, operari ceſſabunt: & in eis ædificabitur populus verbo pariter & exemplo. Cæterum, licet, ſicut prædicitur, de neceſſitate non ſit iterum eadem confiteri peccata, tamen quia propter erubeſcentiam, quæ magna eſt pœnitentiæ pars; vt eorundem peccatorum iteretur confeſſio, reputa-

a Pœnitentia.] indicenda, 50. diſt. in capite, 26. q. 6. c. 1.

b Incurrerũt.] quia idem factum eſt peccatum, & ipſum eſt pœna peccati, vt eſt clericidium, vel ablatio membri, 55. diſt. ſi Euangelica, ſecus ſi ex diuerſis factis emergerent, vt excommunicatio, q̃ eſt pœna peccati, & irregularitas, q̃ cõtrahetur propter immiſtionem excommunicatione ſeu ſuſpẽſione durãte: & tũc pt fieri abſolutio a primo p prælatum, non diſpẽſatio, exẽplum pone ex. 6 liq. de ſen. & re iud. cum æterni, ex. extra 6. lib de ſent. excommunicationis, cum medicinalis.

c Inconueniẽs. declarat quod præmiſerat dicens, exiſtimamus incõueniẽs, vt ſcilicet ille abſoluat a peccato, qui nõ põt imponere debitã pœnitentiam ei, ſcilicet peccatum, & qui non põt remouere irregularitatem, ſequelam peccati, &c.

d Imponere: ſcilicet non poteſt, quod eſt inf. nam cum pœnitere ſit pœnam pro peccato tenere & pœna ſit menſura culpę, no. extra 6. li. de pœ. c. ſi. § illud & §. ſeq. vbi debita pœna nõ poteſt infligi per aliquem, ergo nec pœnitentia ſalutaris.

Pęnitere eſt pęnã p peccato tenere.

e Sequelam. vt dicto c. ſi Euangelica.

f A iure.) 7. q. 4. ſi quis ſuadente

g Quem. id eſt aliquem.

h Excludit. de iſtis excõmunicationib. maiori & minori habetur extra de ſent. excõmunicationis, nuper, &c. penul.

i Mandatis. extra de ſen. excommunicationis, de cætero, & c. ea noſcimus, &c quã tis.

k Acrimonia. hoc verbũ expoſui extra 6 lib. de ſtatutaeg c. vnico, § fin.

l Prouocent. hic accipitur in bona parte, ut alias, ff de ædi. edic. quod ſi nolit. §. qui mancipia.

m Scriptum. Oſeæ 4 extra de renunt. ca. niſi cum pridem, §. pro defectu.

n Labia Malach. 2. & extra de hæret. cũ ex iniuncto, uel licet

† Verbi Dei propoſitio ẽ ad ſalutẽ ual de neceſſaria

† forte ſcientia.

Oſeæ c. 4.

Malach. 2.

Pſal. 49.

a Epiſcopalis quar ta] de qua habetur 12. q. 2 cōceſſa, & tri b 1. c. ſeq tenēb.
b Ruſtica prædia] prædium ruſticum ab urbano non loco, ſed qualitate ſecernitur, C. de præd. mino l. ſi prædium.
c Non miſereatur. arg. C ne fil. pro pat. auth. habita.
d Voluntatem. arg. extra de excel. p. ęla. mitis, 1. reſponſo
e Trituràtus, Deut. 26. extra de præb. extirpandæ, 1 reſpon. 1. Timoth 5.
f Necare.]ff. de alie. & exhib ſi. necare ...
g Inopes.]auth. de coll. § nullus aūt moleſtetur, coll 9.
h Immunes. C de ſacroſan. eccle. ſancimus 2. aut de eccle ti. § ſi quis voto res, coll 9.
i Falcidiam] C. ad leg. Fal auth. ſimiliter, quæ ſumitur ex auth de eccl. titu. § ſi aut vnhæres.
k Portionis. extra de ſeſta c ſi.
l Nob deſinit] C de ſacroſan eccl. priuilegi i, in fine.

mus ſalubre: diſtricte iniungimus, vt fratres ipſi confitentes attente moneant, & in ſuis prædicationibus exhortentur, quod ſuis ſacerdotibus ſaltem ſemel confiteantur in anno, aſſerendo id ad animarum profectum proculdubio pertinere.

¶ Porro vt circa ſepulturam apud loca eorumdem fratrum eligentium ſepeliri, & portionem canonicam de relictis eiſdem fratribus minime detrahendam, nequeat in poſterum dubitari, iubemus, vt corpora defunctorum, qui apud eorundem fratrum loca elegerint, dum viuerent, ſepulturam, proceſſionabiliter cum cruce, thuribulo, & aqua benedicta cantando ſeu legendo officium mortuorum, vel pſalmos, & alienas ingredientes parochias, poſſint aſſumere, & ad ſuas deferre eccleſias tumulanda. De quibuſcumque vero relictis præfatis fratrib. in commu ni, vel ſingulis vltimis decedētium volūtati bus, ſiue apud eos ſepeliendi ſint, ſiue alibi, nulla per parochiales ſacerdotes morientiū a qua fratres ipſos liberos eſſe volumus canonica portio, vel multominus per epiſcopos epiſcopalis [a] quarta omnino, cum eis tamquam exempti non ſubſint, nec etiam debita iure parochiæ, ſi forſan cathedralis defunctorum eſſet parochialis eccleſia, detrahatur. De funeralibus autem medietatem, ſi cōmode diuiſionem recipiant, alias eiuſdem medietatis æſtimationem ſoluant parochiali eccleſiæ, & ſacerdotibus antedictis. Funeralia vero intelliguntur hoc caſu, quæ cū funere deferūtur. De candelis vero, quas fratres portant, portio nō petatur. Moneant autem ijdem fratres & pro poſſe inducant cōfitētes ſibi vt de propriis bonis ſuis parochialibus eccleſiis, eorumque ſacerdotibus competenter relinquant, & quæ eis debent parochialia iura reddant. Ad hoc non murmuret quæſumus ſæcularis clerus, non gerant moleſte prælati, quod circa præmiſſa ſic duximus prouidendum. Attendant quanta ex iis, quæ in primis duobus articulis ſtatuta ſunt, ſalus animarum proueniat. Aduertant quanta tollantur iurgia, & patenter conſiderent, quod eorum onera cum aliis noſtro beneficio ſalubriter & quaſi neceſſario patiuntur.

Funeralium noie qd intelligatur.

Circa tertium vero articulum diligenter intelligant, quod fratres ipſi hoc per priuilegia Romanorum Pontificum eis benigne conceſſa, ante conſtitutionem eandem hactenus habuerunt. Quòdque ſunt pauperes, nil habentes ſinguli in communi ruſtica [b] prædia, immo nec vrbana, uel mobilia, eorum alteri vel etiam vniuerſi mendicant victum, quærunt veſtitum, & eatenus ſuſtinere poſſunt, quatenus uel viuorum pietas, aut morientium charitas eis neceſſaria ſubminiſtrat. Quis ergo non miſereatur [c] eorum, qui omnia, voluntatem [d] habendi etiam reliquerunt? Quis non compatiatur eiſdem operantibus tam vtiliter in agro prædicto? Certe nullus, niſi qui trituratis [e] bouis os impie alligare velit, aut eos ſubtractis alimentis necare [f]. Inopes [g] patrimonii onera ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent, & a curialibus res eccleſiis vel piis locis donatas a quartæ præſtatione, ſeu lucratiuorum inſcriptionibus lex facit immunes [h]. Relicta pauperibus non patiuntur Falcidiam [i]. Et legata ad fabricam, uel pro ornamentis eccleſiæ, aut ad diuinum cultum perpetuum, ſolutioni nō ſubiacent canonicę portionis [k]. Pauperes autem, vt dictum eſt, ſunt fratres, & qđ eis relinquitur, aut in ſua alimenta erogant, aut in fabricam, ſiue in cultum diuinum, & eccleſiæ ornamenta conuertunt. Propter quod nos, qui debemus intelligere ſuper egenum & pauperem, & non obliuiſci eorū cum humanitatis ſit etiam ſæcularis principis proſpicere egenis, & dare operam vt pauperibus alimenta non deſint, non tam pie q̄ quodammodo iuſte in eodem articulo egimus, egenos eoſdem, vt præmittitur, reddendo ab onere canonicę portionis exemptos. Hæc autem, dicta conſtitutione quæ incipit, Super cathedram, quam penitus reuocamus, aliiſque quibuſcumque cōſtitutionibus ſpecialibus, & generalib. ſtatutis, priui-

Falcidia nō datur de relictis pauperibus.

Pr 40.

Pauperibus ſubueniendum eſt.

a Nequaquam obſtantibus. idem tibus illorum non obſtantium notatur in Extrauaganti, item non nouã in ſi Ioã Mon.

priuilegijs, indulgentijs ſub quacumq; forma verborum conceſſis, etiam ſi de ipſis de verbo ad verbũ, vel aliquorum nominib. in noſtris litteris oporteret fieri mentionem, conuentionibus, pactis, iuramentis, ſententijs conſuetudinibus contrariis, nequaquam obſtantibus a) inuiolabiliter obſeruari ſãcimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorũ ſtatuti, denũtiationis, exemptioni, pręceptorum, approbationis, iuſſionis, voluntatis, reuocationis, & ſanctionis infringere. Si quis autem, & cætera.

Clemens quintus.

Rex Franciæ & regnicolæ per extrauagantem, vnam ſanctam, ſupra de maio. & obed. non amplius ſubijciuntur Eccleſiæ Romanæ, quàm prius erant.

C A P. II.

Meruit chariſſimi filij noſtri Philippi regis Francorum illuſtris ſyncęræ affectionis ad nos & Eccleſiam Romanã integritas, & progenitorum ſuorum præclara merita meruerunt: Meruit inſuper regnicolarũ puritas ac deuotionis ſynceritas, vt tam regẽ quam regnũ fauore beneuolo proſequamur. Hinc eſt quòd nos regi & regno per definitionem & declarationem bonæ memorię Bonifacii Papę octaui, prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, Vnam ſanctam, nullum volumus vel intendimus præiudicium generari. Nec quòd per illam rex, regnũ, & regnicolæ prælibati amplius Eccleſiæ ſint ſubiecti Romanæ, quam antea exiſtebant: Sed omnia intelligantur in eodem eſſe ſtatu, quo erant ante definitionẽ pręfatam: tam quantum ad Eccleſiam, quàm etiã ad regem, regnum, & regnicolas ſuperius nominatos.

Regnũ Frãciæ Papa fauore proſequitur.

Eugenius quartus.

Ordinarii non poſſint ferre cenſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotijs Romam euntes, ibi manentes, aut ab ea recedentes, nec illos priuaret beneficiis, quod ſi fecerint, irritum eſt. Et ſi beneficia illorum aliis ſint collata, tam dantes quàm recipiẽtes ipſo facto ſint excommunicati, & à ſolo Papa abſoluendi.

C A P. III.

Diuina, † in eminenti ſedis Apoſtolicæ ſpeculo diſponente clementia conſtituti, ad ea libenter intendimus; per quæ officiales ꝑ dictæ ſedis obſequiis eius (ad quam veluti fidelium omnium matrem, pro animarũ ſalute quærẽda, & iuſtitia proſequenda, de diuerſis mundi partibus cõfluit multitudo) tutius & quietius ſe prõptiores valeant exhibere: Hinc eſt quòd nos ex certis rationabilibus cauſis moti, etiam nonullorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, diſtrictius inhibemus locorum ordinariis, nec non commiſſariis, & delegatis eorum, cæteriſque vniuerſis & ſingulis quacunque poteſtate & auctoritate præfulgeant, cuiuſcunque dignitatis gradus vel pręeminentiæ fuerint, ne contra officiales præfatos quocunq; nomine nũcupentur, in noſtris & dictæ ſedis obſequiis nunc & pro tempore exiſtentes, necnõ quoſcunque alios pro ſuis & eorum cauſis vel negotiis proſequendis ad ſedem prædictam venientes, ac in ea durante negotiorum & cauſarum huiuſmodi proſecutione) moram trahentes, & recedentes ab eadem, procedere, aut in eos excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti, aut priuationis officiorum, aut beneficiorum, ſeu quamuis aliam ſententiam promulgare præſumant.

† Vide cõc. Trid. ſeſſ. 23 de reſor. c. 1. circa finem. & ſeſſio 24. de reforma. c. 11. § quæ uero priuilegia.

Nos enim omnes & ſingulos proceſſus, & ſententias contra tenorem & mentem noſtrę inhibitionis huiuſmodi latas & habitas, & in poſterum habendas, ac etiam promulgandas, & quæcunque inde ſecuta, declaramus nulla, irrita, & inania, nulliuſque extitiſſe vel exiſtere roboris vel momenti.

Necnon quicquid in contrarium a quoquam, quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, etiam decernimus irritum, & inane. Et nihilominus in omnes & ſingulos ordinarios, & officiales commiſſarios & delegatos eorum, qui ſe dignitatib. ac beneficijs eccleſiaſticis quibuſcunq; officialiũ, aut negotia hũoi apud dictã ſedẽ

Exhibitā.] a Conſtitutione.] quę incipit, ſuſcepit, & eſt una de xx. gloſſatis per Zenzelinū, & poſita ſub ut. de elect. Et in ter has reperitur cum gl. Gulielmini de Monte Lauduno in titul. ne ſede Vacante.

Dātes & recipiētes quādoque equaliter puniūt

proſequientium prædicto rum, eos illis ſocien priuando atque priuatos decernendo ſeu declarando vel cuiuſcunque priuationis prætextu illa perſonis aliis conferendo, ſeu de illis in eos quomodolibet ſe intromittendo, tam in dantes, quam recipientes, excōmunicationis ſuſpenſionis, & interdicti latas ſentētias promulgimus, quas volumus eos ipſo facto incurrere. A qua quidem excommunicationis ſententia abſolui nequeant, niſi a nobis, vel per nos deputandis, præterquam in mortis articulo conſtituti.

Præmiſſa autem a die affixionis præſentium ad valuas baſilicæ principis Apoſtolorum de Vrbe, ex certa ſcientia quoſcunq; ligare volumus & arctare. Non obſtantib. Apoſtolicis, & quibuſcunque generalib. aut prouincialib. aut ſynodalib. conciliis, edictis, cōſtitutionibus, ordinationibus, & Apoſtolicis priuilegiis, per quæ effectus præſentium impediri poſſet quomodolibet vel differri, etiā ſi de illis eorumque totis tenorib. habenda eſſet in præſentibus mentio ſpecialis: & quæ præſentib. volumus habere pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrariis quibuſcunq; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis, declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurū. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M. cccxxij. octauo idus Martii, Pontificatus noſtri anno ſecūdo.

Ioannes xxij. Magiſtro & Fratri hoſpitalis ſancti Ioannis Hieroſolymitani.

Præmiſſo tenore duarum conſtitutionum, dicit quod hoſpitalarii ſancti Ioannis ex ſtatuto, conſuetudine vel priuilegio habentes annalia beneficiorum vacantium, percipere debēt portionem, quam haberent beneficia obtinentes, ſi in illis eſſent reſidentes.

C A P. IIII.

Exhibita nobis ex parte veſtra petitio cōtinebat, quod dudum poſt conſtitutionem, per nos editā, qua ſpecialiter & expreſſe cauetur, quod habentes annalia in eccleſiis de cōſuetudine, priuilegio vel ſtatuto, qui ratione dictorum annalium fructus primi vel ſecundi, vel alterius cuiuſcumque ſequentis anni beneficiorum vacantium ſibi hactenus in totum vendicauerant, nihil ex inde vltra ſummam, pro qua vnumquodque beneficiorum ipſorum conſueuit in decimæ ſolutione taxari prætextu cuiuſuis priuilegii conſuetudinis, vel ſtatuti, quouis modo perciperent: ſed ipſius ſummæ perceptione dumtaxat deberent eſſe contenti, totali reſiduo prædicta obtinentibus beneficia remanſuro: niſi forſan illi, qui fructus illos ſoliti eſſent cum integritate percipere, mallent, ipſum habere reſiduum, & obtinentibus beneficia dimittere ſummam memoratam, quo caſu percipiendi quod mallent, erat eis optio derelicta. Quandam aliam declaratoriam conſtitutionem fecimus, in qua ſpecialiter cauebatur, quod ſi huiuſmodi beneficium obtinentes in eccleſia, in qua ſpecialiter illud beneficium exiſteret, minime reſiderent, ad debitum ſeruitium impendendum capitulo eiuſdem eccleſiæ nihil deberet accreſcere, cum ceſſante cauſa † ceſſare debeat pariter quod vigebat.

Quodque ex verbis declarationis huius ſatis innui videbatur, quod fructus beneficiorum non reſidentium accreſcere debeant habentibus annalia memorata. Verum ex eo quod in declaratione dicta non continetur expreſſe de perceptione annalium beneficiorum vacantium vobis debitorum de prędictis conſuetudine, priuilegio, vel ſtatuto, quo ad fructus non reſidentium in eiſdem, qui vobis accreſcere debent, nullum adhuc cōmodum aſſequi potuiſti, licet (vt præmittitur) dicti fructus capitulo non accreſcant.

† l. adigere. §. quāuis. ff. de iure pat. c. cū ceſſāte de app.

Annaliū perceptio multiplici iure poteſt cōpetere.

Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, vt quod in huiuſmodi declaratione noſtra tacite innuitur, declarare expreſſius dignaremur. Nos itaque petitionem veſtram iuri conſonam æſtimantes, ac propterea in hac parte quieti & indemnitati veſtræ prouidere volentes, præſenti oraculo declaramus, quod fructus prædictæ eccleſiæ vel beneficii vacantis, cuius annalia, in quibus conſi-

Petitio iuri cōſona exaudi meret.

ſtunt

ſtunt, debentur uobis ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto, etiam pro ea parte, quæ obtinentibus præbendam vel beneficium huiuſmodi (ſi in eccleſia vbi illa conſiſtunt perſonalem reſidentiam facerent) deberetur, ſi non reſideāt ibidem vere vel interpretatiue, vtpote per ſpeciale priuilegium Apoſtolicū vel aliàs ex cauſa rationabili ab huiuſmodi reſidentia legitime excuſentur, cum dicta pars (vt præmittitur) capitulo non accreſcat, vobis accreſcere debet ſecundum intentionem, & mentem declaratoriæ memoratæ. Nulli ergo, & cætera. vt ſupra. Datum Auinione Calen. Martij, Pontifi. noſtri anno quinto.

Bñficiatus a reſidentia facienda qñque excuſatus.

De pœnis.

Ioannes xxij.

Epiſcopus Caturcen. propter varios exceſſus per ipſū perpetratos, præſertim quia ſedi Apoſtolicæ, ſuis ſubditis et ſibiipſi iniurioſus fuerat, varias pœnas incurit, quoniam perpetuæ depoſitionis ſententiam meruit, priuatusque fuit pontificali, ſacerdotali, & alio quolibet officio, & ad perpetuum carcerem cōdemnatus. Doctrina vtilis hic nobis tribuitur, vt ſcilicet cognoſcamus crimina & exceſſus, quibus prelatus deponi poſſit. Facit hoc cap. veritatis, extra de dolo & contu. & cap. ex litteris & cap. tanta eſt clauis Petri. de exceſ. præl. Et niſi antiqui libri hoc capitulum ſub titulo, De pœnis, annotauiſſent ſub titulo, De exceſſibus prelatorum, poſitum fuiſſet.

C A P. VNICVM.

Diuinis exemplis, quæ noſtrorum debent eſſe actuum regula, patenter inſtruimur, aures noſtras ſubditorū à ſuis præpoſitis oppreſſorum indebite, & aggrauatorum iniuſte, non obturare clamoribus, ſed ipſis ipſas potius compaſſiuis affectibus inclinare, vt ſi per ſolertis inquiſitionis indaginē clamores huiuſmodi opere † completos eſſe videremus, liberationis opportunæ remedium ſolicitis ſtudiis apponamus, pœna nihilominus debita puniri in hanc patratorum qualitatem exceſſuum illicitos oppreſſores.

† Gene. 18.

Omnipotens etenim Dominus audito † clamore populi ſui propter duritiam eorum, qui operibus præerant, dolentis, ad liberandum eum deſcendit: Et ſummi templi præpoſito, qui iuxta nominis interpretationem in vias prauas inique diuerterat, comminando, ſic ait. † Expellam de ſtatione tua, & de tuo miniſterio te deponam.

† Exodi. c. 3. † Eſa. 22.

Dudum ſiquidem fama graui, clamore frequenti, & querela flebili ſubditorum deferentibus nobis, Hugonem Geraldi olim Caturcenſem epiſcopum, de multiplicatis exceſſibus, oppreſſionibus grauibus, enormibuſque criminibus eſſe reum: nos mala huiuſmodi nolentes ante credere, quā probare ſuper illis inquiſitionem per nos & alios fieri fecimus diligentem. Et demum inquiſitionis ipſius, & examinato proceſſu, luculenter inuenimus, quod eius fuerat vitioſus ingreſſus, cum per ambitionem nimiam, & per abruptam ſimoniacæ prauitatis ad pontificalem aſcendiſſet honorem. Progreſſus eius (vt exe crando conueniret initio) iniurioſus extiterat quo ad tria: Primo videlicet quo ad Apoſtolicam ſedem, cui (licet ipſum honoraſſet in multis, & tandem ad epiſcopalis dignitatis apicem promouiſſet) terga vertens, non faciem, contemptum pro gratia, maleficium pro beneficio, & vituperium retulit pro honore: Appellationibus interdum ad ſedem ipſam ab eo vel officialibus eius per ſubditos oppreſſos emiſſis, nedum deferre contemptibiliter renuens, ſed eas verbo vilipendens, & facto ſuis præcipiendo miniſtris quod de appellationibus huiuſmodi non curarent, ac nihilominus appellantes, (quibus contra oppreſſiones debuerat eſſe appellatio ipſa remedium) nunc per captionis iniuriam, nunc per ſpoliationem beneficiorum, & alias indebite affligendo multipliciter, non abſque vitio ingratudinis violans iuramentum fidelitatis ab ipſo præſtitum dictæ ſedi: nec vetitus matris Eccleſiæ tranſgreſſionem apertam, nonnullis quandoque per ſuas patentes litteras de vacaturis mandauit beneficiis prouideri, vias ad vacationem eorum aperiens nimis illicitas, & ſuſpectas: pernicioſus etiam fuit & frequens litterarum Apoſtolicarum abuſus. Secundo vero quantum ad ſubditos, erga quos non pii præ lati vel paſtoris peregit officium, quinimmo tanquam fur improbus, crudeliſque tyrānus ſub pallio charitatiui ſubſidii incuſſis

Prælati nō debent eſſe creduli.

Appellatio eſt remediū contra oppreſſionem.

Prælatus erga ſubditos paſtoris officium peragere debet.

terroribus, violentijs, & iniurijs illatis doloſis inductionibus & fraudibus exquiſitis veluti recurſor iniquus, extorſionib. eos intolerabilibus prægrauando, nunc binas in anno, nunc plures in die, nunc aliàs nimium exceſſiuas & eccleſijs importabiles, vtpote multiplicato euictionum numero canonibus † diffinito, interdũ per ſe, interdum per alios procurationes exigendo, pro libito viſitationis officio quandoque nullatenus, & regulariter non ad fructum correctionis, ſed ad ſaturandæ cupiditatis affectum, impenſo, ad alios quæſtus illicitos & damnatos ſuum exacuit frequenter ingenium, nec de modo, nec de cauſa curauit. Et cum inuenit ſubditos ſuis in hoc reprobandis affectibus non parentes, nec alias ab eis exigere potuit concupita, calumnioſas delationes fieri, contra eos lites moueri, & diuerſa eis grauamina ſubdole procurauit pluries inferri. Præterea non citatos legitime, nec conuictos etiam aut confeſſos ſuis priuauit beneficijs, occaſionẽ pro cauſa confingens, non rationem his, ſed tyrannidem potius proſequens perſonalem. Multa falſa ſcienter inſtrumẽta dictauit, per ſuos illa faciens notarios publicari: & ut illis qualem ipſe habuerat ad eccleſias præberet ingreſſum, inſtituere ei præſentatos, ſeu inſtitutionis ſuæ eis concedere litteras ſępius renuit, niſi primitus certa ſibi & magna pecunia propter hoc exoluta. Multa eccleſiaſtica beneficia, nunc permutationis prætextu, nunc vero ſimpliciter in ſuis manib. reſignata modo iure, (ut prætendebat) ordinario modo ſuper hoc (ut dicebat) Apoſtolico munimine indulto, de facto ſcienter contulit interuenientibus fraude, pacto & ſimoniaca prauitate: ſubiectas ſibi eccleſias occupans earum redditus uſurpauit: & ſic in ſuis fuit corruptus iudicijs proceſſum eorum & finem in pecuniarium commodum ordinando quandoque iuſtificans impium, innoxium iniuſte condemnans, ſic & alios corrumpere iudices pro obtinenda ſuper oppreſſionibus inchoatis iniuſta uictoria niſus fuit.

† Vide concilium Later. ſub Alexã. iij c. 4. Conciliũ Later. ſub Inn. iij c. 33. Concilũ Oceni cenſe c. vi ſingula. & Concilium Triden. ſeſs. 24. de reformat. ca. 3.

Tertio, quantum ad ſe, ut qui ſibi nequam exiſteret, nulli alij bonus eſſet: ſuæ namque famæ prodigus ſe periurijs patenter inuoluit, irregularitatiſque laqueis irretuit, & (quod referre pudet) in corpus ſuum fornicando peccans per continuatum incontinentię uitium, quo ſe dudum fœdauerat, pontificatu poſtea decoratus honore, in ſua ponere gloria maculam, & fœmora ſua non erubuit mulieribus inclinare. In his quidem eius ſic reprehendendi ingreſſus, ſic ſcandaloſus, pernicioſus exemplo progreſſus, ut uitio huiuſmodi ſine culpis neſcius finem imponere & periculoſus egreſſus, cum adeo foret in ipſo habituata malitia quod, (remanente ſibi ad ſolita facultate) in iniquitatis opere uolũtas ſibi deficere minimè ſperaretur.

Propter quod ne prioribus peius committeret, illud ſolum ęſtimamus ſalubre remedium, ut quod uelle non poteramus auferre, eriperemus uel poſſe. Nos itaque ſuper prę- miſſis & pluribus alijs eius nefandis exceſſibus cum fratribus noſtris ex ſano conſilio deliberatione cohabita diligenti, in præfatum Hugonem Geraldi, qui ſe omni honore ac dignitate reddidit tam indignum, quippe ob ſuas iniquitates ne prælit, eſt abiectus, a Deo ſuis ligatum peccatis, omnique honore ac dignitate pontificali, iam priuatum à Domino de conſilio omnium, & ſingulorum fratrum ipſorum perpetuæ depoſitionis ſententiam duximus promulgandam: pontificali eum & ſacerdotali, & alio quolibet officio priuantes, & ad perpetuum carcerem condemnantes; ut ibi committendis ceſſantibus, agat pęnitentiam de commiſſis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ promulgationis & condemnationis infringere, uel ei auſu temeraratio contraire. Si quis aũt hoc attentare pręſumpſerit, indignetionem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Auinione xv. Calen. Iunij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

De pœnitentijs, & remiſſionibus.

Bonifacius Octauus.

Centeſimo quoque bono viſitantibus baſilicas Petri & Pauli Apoſtolorum pleniſſima peccatorum venia conceditur.

CAP.

ANtiquorum] ¶ Hæc epiſtola ſatis groſſe fuit compoſita. Et habet ſex partes. Primo, ſuper remiſſionibus & indulgentiis conceſſis accedentibus ad Eccleſiam principis Apoſtolorũ de Vrbe fidam antiquorum relationem commemorat. Secundo, § Nos igit. remiſſiones & indulgentias hmôi confirmat, approbat & innouat. Tertio, §. Vt au tem, accedentibus ad eccleſias beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli de Vrbe, vere pœnitentibus & cõfeſſis pleniſſimam indulgentiam peccatorũ dat. Quarto. § Statuentes. quid pro indulgentia prædicta dictis vere pœnitentibus & confeſſis fieri oporteat ſtatuendo taxat. Quinto, §. vnuſquiſque tamen, antipophorizat. Sexto §. Nulli. inhibens præmiſſa non infringi, vult, vt ſecus facientes maledictionem incurrant.

† Vide doctores ſcholaſticos lib. 4. ſent. diſt. 19 20 & 21. inde n fiet aperta quæ traduntur in textu & gloſſis add. Roffenſem contra Lutherũ, ar. 17 & aliquot ſequẽtibus.

CAP. I.

ANtiquorum † habet fida relatio a, quòd accedentib. ad honorabilem baſilicam b principis Apoſtolorum c de Vrbe d, conceſſæ ſunt magnæ remiſſiones & indulgentiæ peccatorum. e

¶ Nos igitur, qui iuxta officii noſtri debitum ſalutem appetimus & procuramus libentius ſingulorũ huiuſmodi remiſſiones & indulgentias omnes & ſingulas ratas, & gratas habentes f, ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, & etiam innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

¶ Vt autem beatiſſimi Petrus & Paulus Apoſtoli ea amplius honorentur quo ipſorum baſilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelibus frequentatæ, & fideles ipſi ſpiritualium largitione munerum ex huiuſmodi frequentatione magis ſenſerint ſe refertos g: Nos de omnipotentis Dei miſericordia, & eorundem Apoſtolorum eius meritis & auctoritate confiſi, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, omnibus in præſenti anno milleſimo trecenteſimo à feſto Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti præterito proxime inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo, ad baſilicas ipſas accedentibus reuerenter vere pœnitentibus & confeſſis h: vel qui vere pęnitebunt & confitebuntur i in huiuſmodi præſenti & quoli-

a Relatio] ad quã recurrendũ eſt in antiquis ff. de lega. 3. ſi eo ius. §. 1. extra de prob. c. cum cauſam.

Baſilica quid ſit.

b Baſilicam.] ideſt eccleſiã ext. de relig. dom. c. 1. 16. d. 7. omnes baſilicæ. Et proprie eſt domus regia, uel palatium regis, ſed modo per tranſlationem dicitur eccleſia, quia eſt palatium ſummi regis.

c Apoſtolorum.] ideſt beati Petri, qui primatum habuit, & ſucceſſores ſui in Eccleſia Dei. 21. diſt. nouo.

d De Vrbe.] loquitur vulgariter: nam loquendum eſt vt plures. arg. extra de tranſla. epi. inter corporalia. § ſed neque. nam re vera eccleſia ſancti Petri non eſt in Vrbe, ſed in ciuitate Leonina, & minus eccleſia ſancti Pauli, de qua etiam dicitur, quòd non eſt in continentibus ędificus. Quid autem importet hoc nomen, Vrbs, villa, ciuitas. not. extra. lib. 6. de ſenten. excom. u. ſi ciuitas.

e Peccatorum.] ideſt pęnarum pro peccatis debitarũ, ſic ponitur 2. Machab. 2. in fin. ibi, ſancta & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur.

f Habentes.] per hanc ratificationem & confirmationẽ non ratificantur niſi legitime conceſſa. extra lib. 6. de reſcrip. c. gratioſe. § ſi. extra de elect. dudum 2. § pen.

g Refertos.] non refectos, quia refectio proprie eſt corporis, ſed refertio eſt proprie mentis; vnde dic, refertos, ideſt plenos, bene ſartos, obeſos ſeu craſſos. Et deſcendit refertus de refercio, cis, quod componitur de re & farcio. cis. Ioan. Monachus.

h Et cõfeſſis,] qui eſt vere pęnitens & confeſſus, habet veniam culpæ, quam ſolus Deus in contritione remittit quæ non datur niſi confeſſo, extra li. 6. de reg. iur. peccati venia & pœna æterna debito pro culpa mortali commutatur a Deo in pœnam temporalem; Nam ſicut culpa reſpectu illius in quem commiſſa eſt, fuit infinita, ſic & pęna debet eſſe infinita, cuius infinitas tollitur per remiſſionem culpæ. Sed quanta remaneat, ignorat miniſter Dei, qui in pœnitentiæ ſacramento aliquam portionẽ illius pœnæ remiſerit. vnde miniſter Dei poſt præmiſſa arbitratur de pęna, quam credit ſupereſſe ad arbitrium ſuum, & ſic intelligitur, quòd omnes pęnitentiæ ſunt arbitrariæ. 26 q. 7 tempora. extra de pęnit. & remiſ. quæſiuim. & c. ſeq. Tanta tamen poſſet eſſe contritio cõfitentis, quòd nedum culpa, ſed pena penitus tolleretur; uerum quia hoc eſt dubium apud homines, miniſter Dei præſertim vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri iſtam pęnam certis de cauſis vel hic, & in voto vltramarino, & quibuſdem aliis commutat in certos actus ſatiſfactorios. Sed pone iſte miniſter minus diſcrete, ſeu ſine cã legitima taxat: numquid confeſſus ad plus tenebitur? Dic quòd ſic vt ſuppleatur quod de iure deficit. ff. de re iud. l. 4. §. ſic quis condemnatur, & hoc requirit virtus diuinæ iuſtitiæ. manet ergo Petri iudiciũ, ubicumq; ex ipſius æquitate fertur iudicium. 24. q. 1. manet. 11. q. 3 tunc uera eſt enim ſibi commiſſum diſpenſare i, id eſt diſcrete penſare, non diſſipare. ff. de offi. procu. Cæſa l. 1. nego, quin ſit abſolutus, ita quod pęna eterna commutata eſt in temporalem: quia hoc videō in eo qui non eſt miniſter. extra de ele. dudum 2. ſic ibi eſt abſolutus non propter ſacrm fidei, ſed pp fidem ſacramenti: ſed indiſcretio miniſtri in hoc ſe onerantis vel mei confiteotis a debita pęna tẽpal me non releuat confitentem. Et dic, confeſſis propoſito & facto.

Peccati pęna dẽt eſſe infinita.

Qualiter intelligatur, quòd pęnitentiæ ſunt arbitrariæ.

i Diſpenſare vnde dicitur.

Confitebuntur] facto, ſunt tñ confeſſi propoſito alias non ſunt filii Dei, ſed inimici. Tu dic: confitebuntur & propoſito & facto. Sed cum opera uiua ad vitam æternam valeãt, & mortificata viuificari poſſint, dic qualiter opera mortua vt labor itinerationis hic expreſſus in mortali peccato factus poſſit prodeſſe ad remiſſionẽ pęnarum pro peccatis debitarum, licet poſt laborem huiuſmodi ſit vere pęnitens & confeſſus. Et notandum 2, quod adhoc quod indulgentię valeant, quatuor principaliter requiruntur, & quintum etiam huic propoſito potest addi ratione materiæ. Requiritur enim auctoritas in concedente, idoneitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, & quintum quod add. poteſt, cogitur tñ Th in qõ tas in tempore. Primo ergo requiritur auctoritas in concedente, quæ typica eſt, & principaliter reſidet in ſummo Pontifice; ſicut enim videmus quod in corpore natu-

2 Indulgentia ut ualeãt quot requiſita exigantur vide bene ib. additia ad 2 par. q. 5 ar. 2.

naturali vnicum eſt caput, in quo poſiti ſunt oẽs ſenſus, ſic in corpore myſtico quod eſt Eccleſia, eſt ponere caput vnum habens plenitudinem poteſtatis Hoc.n. ſic eſſe voluit ordinatio diuina. Et huic concordat ratio recta: voluit namq; diuina ordinatio, ꝙ eccleſia militans repræſentaret Eccleſiam triumphãtem de quib. no. ſup. 6. lib. de ele. fundamenta Vnde Ioan. Apocaly. Vidi, inquit, Hieruſalem deſcendentẽ de cœlo: quia Hieruſalem terreſtris, hoc eſt Eccleſia militãs, exemplificata eſt & formata ad inſtar cæleſtis Hieruſalem, quæ ſurſum eſt, q̃ eſt mater noſtra: videlicet Eccleſiæ triumphãtis. Ibi autem ſm beatum Dionyſium nouem ſunt ordines angelorum ſub triplici hierarchia diſpoſiti. Et eſt ordo ſub ordine, & tandem omnes ſub uno capite q̃d eſt vnus Deus & ſi ibi velimus amplius aſcendere, inueniemus ꝙ pluralitas diuinarum perſonarum reducitur ad vnitatẽ eſſẽtiæ, rationem illius ordinis diuina ſapientia in Eccleſia militante voluit exemplari Vnde Iob dr̃: Nunquid noſti ordinẽ cæli & ponis rõem eius in terra? Si autem in Eccleſia militante eſſet ponere duo capita de pari ſe habentia, quorum vnum alteri minime ſubderetur, non eſſet ratio cæleſtis ordinis congruenter in ea poſita. Sed tunc rõ cæleſtis ordinis propriè & perfectè in terra ponitur, ſi e cancti gradus prælatorum & principatuum ſub vno capite colliguntur, & ei obediant & ſubdantur: hmõi autem eſt ſolus Romanus Pontifex vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri, cui in hmõi deſignationem dictum eſt à Dño, Tu vocaberis Cephas q̃d interpretatur caput: huic ẽt veritati cõcordat rõ recta Nã ſm Proculum, ois multitudo reducitur ad vnitatem. Et ſecundũ Philoſophũ, in vno quoque genere eſt reperire vnum primum & ſupremum, quod eſt menſura & regula omnium aliorum in illo genere contentorum. Et alibi, Monadem ſequitur dyas. Oportet igitur ꝙ multitudo hoĩum reducatur ad vnum, & in genere hoium ſit reperire vnum hoiem primum, qui ſit ſupremus in illo genere, qui ſit mẽſura & regula omnium aliorum hoĩum: hmõi aũt eſt Romanus Pontifex, qui eſt inter omnes homines ſupremus, exiſtẽs menſura & regula directiua oium aliorum cui plene omnes catholici ſimpliciter ſunt ſubiecti. Ad vltimum autẽ intantum ſe extendit iſta ſubiectio, ꝙ qñ plenitudo gentium intrauerit, ut omnis Iſrael ſaluus fiat, ſicut dicit Apoſtolus ad Romanos 11. c. Tunc omnes nationes orbis terrarum huic vnico capiti ſubiicientur, & obedient Et tunc implebitur illud quod ait Saluator in Io. Erit vnũ ouile, & vnus paſtor. Sicut ergo in corpore materiali eſt ponere caput vnum, in quo ſunt omnes ſenſus, ſeu plenitudo ſentiendi; ſic in Eccleſia militante (ne ſit tamquam corpus monſtruoſum ſi duo haberet capita) eſt tantum ponere vnum caput, videlicet Romanum Pontificem, in quo eſt plenitudo poteſtatis, & auctoritatis, quam ſi quidem poteſtatẽ contulit ei Dñs quando beato Petro dixit, Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum &c. & quodcunq; ſolueris, &c. Ipſe autem Romanus Pontifex eſt qui cõceſſit iſtam indulgentiam, & in ipſo (vt iam oſtenſum eſt) plenitudo reſidet poteſtatis. Et ſic patet primum, videlicet quod eſt auctoritas in concedente. Secundum eſt idoneitas in recipiente. Nam ſedm. Philoſophum actus actiuorum ſunt in patiente diſpoſito. Nam theſaurus Eccleſiæ non applicatur niſi ei q eſt membrum Eccleſiæ. 11 q. 3. nihil ſic debet 23. q. 4. ſi quis a catholica Et certum eſt ꝙ remanẽte culpa non remittitur pœna, quia ſecundum Auguſt. non dimittit Deus dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Si autẽ manente culpa remitteretur pœna, eſſet dedecus culpę ſine decore iuſtitiæ, & ſic eſſet aliquid inordinatum in vniuerſo: quod diuina ſapientia non permittit arg. in auth. de hæred. & fal. § inordinatum. coll. 1. Oportet ergo quod capax indulgentiæ ſit purgatus a culpa, quod fit in contritione, ille ergo eſt habilis indulgentiam recipere, qui eſt vere pœnitens & confeſſus. Et hoc tangitur in forma indulgentia, cum dicitur quod vero pœnitentibus & confeſſis hæc indulgentia ſit conceſſa, non aliis arg. C. de remiſſ. cum allegatis, lib. 12. extra de appel. paſtoralis in fine. Tertio requiritur pietas in fine, hoc eſt honor Dei & exaltatio fidei: in omnium conceſſione indulgentiarum eccleſiaſticarum finaliter debet attendi, vt per hoc Deus honoretur, & fides exaltetur catholica. Quartum eſt vtilitas in opere, hoc eſt, quod opus quod pro indulgentia obtinenda imponitur, ſit vtile & ordinabile ad finem prædictum, ſ. ad honorem Dei, & exaltationem fidei. Circa quod aduertendum eſt, ꝙ in conceſſione indulgentiæ non attenditur quantitas operis, ſed genus operis: indulgentia enim principaliter reſpicit gratiam, non meritum, alias non diceretur indulgentia. Si enim qui offendiſſet regem vel principem, ita quòd ꝑ offenſam hmõi mereretur ſecundum legem patriæ manu vel pede truncari, & vt liberaretur a tali pœna, quam metuit, offerret principi duo vel tria millia florenorum, talis liberatio remiſſio dici non mereretur, ſed potius redemptio & quædam commutatio, arg. ff. de cõtrahen. empt. l. 4. Si autem rex condonaret ei pęnam huiuſmodi liberaliter, vel ei pro pœna vitanda aliquid leue imponeret; tunc talis liberatio remiſſio vocaretur: ergo indulgentiæ eccleſiaſticæ principaliter reſpiciunt gratiam, non meritum; meritum dico proprium, reſpiciunt tamen meritum alienum, ſcilicet meritum Chriſti, immo ſuper illud fundantur, & ex illo ſumuntur. Paſſio namque Chriſti exceſſiua fuit, vnde & exceſſus vocatur in Luca: ubi dicitur quod in transfiguratione Chriſti apparuerũt Moyſes & Helias cum eo, & dicebant exceſſum, quem completurus erat in Hieruſalem, unica cum gutta ſanguinis tam pretioſi ſuffeciſſet pro redemptione totius mundi. Nam propter coniunctionem humanitatis cum diuinitate, quantulacunque paſſio Chriſti, perpeſſa pro redemptione noſtra, habebat pretium infinitum. Nouit autem Chriſtus quod exceſſus iſte fruſtra fuiſſet, & quòd de nihilo nobis ſeruiret ſed voluit quòd eſſet theſaurus eccleſiæ per ſuum vicarium Romanum Pontificem pro fidelibus loco & tempore diſpenſandus, diſpenſatur autem cum eis, cum indulgentiæ conceduntur. Nam propter vnionem capitis & membrorum, meritum capitis attribuitur & applicatur membris, & quia ſic per alienum meritum, non per proprium meritum liberantur a pęna, ideo quantum ad ipſos liberatio dicitur remiſſio, ſeu indulgentia, licet quo ad Chriſtum qui hoc nobis meruit, vocetur redemptio copioſa. vnde in Pſal. Apud Dominum miſericordia, & copioſa apud eũ redemptio. Nec eſt timendum ſeu phantaſtice optandum, quòd per talem diſpenſationem theſauri, quæ fit in collatione indulgentiarum præfatus theſaurus in aliquo minuatur: Nam ſi omnes catholici vtriuſque ſexus per vniuerſum orbem diſperſi, in hoc anno centeſimo pro hac indulgentia obtinenda venirent ad urbem, & perfecte præfatam indulgentiam obtinerent, tota omnium indulgentia in minori portione ſe haberet, ad theſaurum, ex quo ſumitur, quam ſit proportio vnius guttæ aquæ ad totum oceanum, vel vnius grani milii ad montem ſancti Bernardi: quia finiti ad finitum eſt proportio aliqua: finiti vero ad infinitum nulla: propter infinitatem enim ſuam præfatus theſaurus ex diſpenſatione ſua non diminuitur, nec decreſcit. Verſus,

Mille licet ſumant, deperit inde nihil.

Quia ergo indulgentiæ reſpiciunt principaliter gratiã non meritum proprium: ideo indulgentiis conferendis non attenditur principaliter quantitas operis, vnde in præſenti indulgentia, Romanis, qui viſitando Apoſtolorum baſilicas ſatis parum laborant, pleniſſima conceditur indulgentia, ſicut eis qui de vltimis Galliæ, Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, Hiſpaniarumque finibus accedũt cum magnis laboribus & expenſis. attenditur ergo in iſtis indulgentiis conferendis principaliter non quantitas operis, ſed genus operis: hoc eſt dictum, quod opus quod pro dicta indulgentia obtinenda imponitur, ſit opus tale, quod ordinetur ad finem præfatum in collatione indulgentiarum intentum qui eſt videlicet honor Dei, & Exaltatio fidei, & primatus Eccleſiæ in urbe exiſtens. Peregrinatio vero ad præfatas b. atorum Apoſtolorum

Hieruſalem eſt & terreſtris & cæleſtis.

Cephas dicitur caput.

Indulgẽtia ſolis idoneis conceditur.

1 Al. pudore.

Indulgentia eſt concedẽda in honorem Dei & exaltationẽ fidei.

Remiſſio differt a redẽptione.

Indulgẽtia per Chriſti meritũ fundatur.

Theſaurus Eccleſiæ per diſpenſationem eius non minuitur.

Indulgẽtia tanta concedĩt Romanis, quanta venientibus a remotis.

Digitized by Google

ſtolorum baſilicas, ad honorem Dei, & exaltationem fidei, vt plurimum ordinatur per hoc enim quod eſt tali peregrinatione ſancti Apoſtoli honorantur, Deus in ipſis ſe reputat honorari, ipſi enim pro Chriſti honore cõſeruando & dilatando, ſeipſos expoſuerunt ſuppliciis in vita pariter & in morte, ipſe autem Dominus ſe honorantes honorare decreuit, vnde dicit in 1. lib Regum. 2. capit. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ex hac enim peregrinatione fides catholica non modicum exaltatur, eo quòd omnibus Chriſtianitatis finibus fideles confluunt ad ortum fidei, ad baſilicam videlicet ſancti Petri. Nunc cernit apertiſſime beatus Petrus orationẽ illam exauditam, quam Chriſtus ad patrem ſuum fudit pro eo dicens, Ecce rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, videt enim quod vndique cateruatim ruunt fideles populi ad ipſius baſilicam, fidem catholicam profitentes, vnde fit videlicet quod eius fides ſecundum Chriſti rogationem non deficit, ſed magis proficit manifeſtiſſimis incrementis. Num verum eſſe poterat quod Bernardus dicit. An non limina Apoſtolorum magis ambitio quam deuotio terit? ſed nunc econtrario poteſt dici, quod deuotio, non ambitio limina Apoſtolorum terit, & eorum baſilicas frequentat, ſeu frequentare facit. O quantum credendum eſt beatiſſimos Apoſtolos exultare, cernentes ſuas baſilicas a populo Chriſtiano cum intenſo feruore fidei populoſius & frequentius quam ſolerent, & vrgente deuotione populi accedentium ordine non ſeruato, impetuoſius frequentari, non ſicut diebus antiquis tanta deuotio, vt nec tantus fidei feruor in populo Chriſtiano, ex quo gaudent non ſoli Apoſtoli, ſed totius etiam cœleſtis exercitus, & confunditur diabolus & angeli eius. Sic igitur patet veritas & ſoliditas huiuſmodi indulgentiæ, in quam ſic excellentiſſime confluunt quatuor cauſæ prædictæ, quæ ad hoc, vt indulgentiæ valeant, principaliter requiruntur. Quintum quod poteſt adiici, eſt congruitas ex tempore conceſſa, eſt n. hæc indulgentia tempore congruo, videlicet in anno Iubileo. In Leuitico ſi quidem legitur, quod annus quinquageſimus erat Iubileus, in quo ſecundum legis præceptum clangebant tunc tubis, & remittebantur peccata: hic legalis Iubileus typicus erat, & verum Iubileum, quod in aduentu Chriſti ſumpſit initium, figurabat. Ad hoc enim Chriſtus venit, vt remiſſionem & indulgentiam prædicaret ſpiritualium debitorum, videlicet peccatorum, vnde ipſe per Eſaiam dicit, Eſa. 61. c. Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me. ad Euangelizandum pauperib. miſit me. Et ſequitur, vt prædicarem captiuis indulgentiam. Ecce tuba prædicationis, Ecce indulgentia ſiue remiſſio debitorũ. Et in exordio prædicationis ſuæ ſic orſus eſt: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnũ cœlorum, in quo verbo, forma & efficacia præſentis indulgentiæ continetur. hac enim indulgentia ſolis pœnitentibus & confeſſis conceditur, & eis regnum cœlorum propinquiſſimum eſſe facit. Et quia Chriſtus in ortu ſuo ſecundum communem curſum humanæ naturæ fari non poterat, ideo in Iubileo iſto clangentes præmiſit, vt dicitur in Luca ſecundo c. Facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum, & dicentiũ, Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, &c. Quamdiu enim eſt in peccato aliquis, non eſt ei pax cũ Deo, quia ſecundum Eſaiã c. 48. Non eſt pax impiis: dicit Dominus remiſſa culpa, remanẽ: eſ pœnę debito nondũ eſt pax perfecta, ſed vero que remiſſio pleniſſima pax hominibus habetur cum Deo, quod per iſtam indulgentiã obtinetur. A natiuitate igitur Domini poſtit ſtelu Chriſti, in qua verus Iubileus incœpit, quilibet ſequẽs annus quinquageſimus vocari poteſt rectiſſime Iubileus. Quòd autem ſummus Pontifex in anno quinquageſimo, ſed in centeſimo indulgentiam iſtam concederet, ſicut ego ex ore ipſius audiui, duplex rõ mouit eum. Primo, quia vulgatum eſt, quod talis indulgentia in annis centeſimis a natiuitate Chriſti olim concedi ſolebat. Et quia, vt dicit commentatos, Sermo qui famatur ab omnib. non

Fides Petri non deficiet

Annus Iubilei Iesus typice vetus iubileũ figurauit.

Pax non eſt impiis.

Annus Iubileus nõ fuit centeſimo quoque anno.

eſt omnino falſus. Et quia iſtud ſic publice famatum erat & vulgatum, noluit ſummus Pontifex quod hoc anno centeſimo in tpe ſui regiminis ſecundum curſum tẽporis accedẽte, populus Chriſtianus hoc munere fruſtraretur. Alia cauſa fuit, quid ob fauorem indulgentiæ tranſmarinæ quæ ſimilis huic extitit, hac indulgentiam, non in anno quinquageſimo, quia frequenter euenit, ſed in hoc centeſimo concedere voluit, & deinceps in quolibet anno centeſimo ſecuturo, eo quod periodus humanę vitæ annum centeſimum, niſi in pauciſſimis, non tranſcendit. Ad hoc etiam adduci põt aliæ congruentiæ, ex quibus ſequentes aſſumo. Prima eſt, quia per iſtam indulgẽtiam, quæ vere pœnitentibus & confeſſis conceditur, duplex indulgentia, culpæ videlicet & pœnę habetur, & ideo congrue non in quinquageſimo, quæ ſimplicem remiſſionem denotat, ſed in centeſimo conceditur, qui duplicem continet Iubileum. Secunda congruentia eſt, quia ſecundum Bedam & Hieronymum numerus centeſimus tranſit a leua ad dexteram, ſicut etiam dicit gl. ſuper illud de parabola ſeminis. Aliud cecidit in terram bonam, & attulit fructum, aliud quidem triceſimum, aliud ſexageſimum, aliud centeſimum. Quando autem aliquis migrat ab hoc ſæculo purgatus a culpa, ſed non liberatus à pœna, non tranſit a leua ad dexteram, ſed a pœna præſenti tranſit ad pœnam purgatorii, ſed quando migrat liberatus a culpa & pœna, tranſit a leua ad dexteram. Et quia præſens indulgentia ſic diſponit hominem, vt ſi pœna adempta decedat, tranſeat abſque medio à leua plenitis aduerſitatis ad dexteram æternæ fœlicitatis: & idcirco in anno centeſimo congrue conceditur qui quidem cẽteſimus eſt numerus tranſiens a leua ad dexteram, ſicut dixi. Tertia, quoniam ille Iubileus, de quo agitur Leuit. 25. redire faciebat temporalia, ſed iſte ſpiritualia, & ideo non eſt mirum ſi duplicetur tempus. Quarta, hęc ſit indulgentia pleniſſima per numerum magis perfectum vt eſt centenarius, debuit deſignari, pro tanto, quia vſque ad ipſum fit aſcenſus per continuam adiectionem vnitatis ad præcedentem numerum, & vltra ipſum tali modo non proceditur, ſed fit egreſſus ad principium numeri, ſcilicet ad vnitatem. Et vlterius tali modo vſque ad alium centenarium fit proceſſus, quod non eſt in aliquo alio numero. Quinta, quadrageſima eſt numerus abundãs reddens in ſua abundantia quinquageſimam. Et eſt duplex quadrageſima, vna deletiua mali, vt vulgaris, alia operatiua boni, vt illa quæ eſt inter Paſcha & Aſcenſionem Domini, & per has duas quadrageſimas habetur gratiam in duabus quinquageſimis abundat. Et per hãc in centeſimo abundanter in gloria creſcit. Et dic arg. quod iſte textus non dat liberationem putam, ſed ſub conditione, & quando aliquid eſt conceſſum ſub conditione, non reſpicit tempus ipſius conceſſionis, ſed conditionis exiſtentis, ff. de cond. & dem. l. cum qui, & ibi no. ff. de l. 2. l. non oportet, & ideo in hac conceſſione reſpiciam non tempus conceſſionis ipſius, ſed conditionis exiſtentis. Et quod hic ſit conditio liquet ſic, quia hac dictio, quod iuncta cum verbo futuri temporis, conditionem importat, ff. de le. 1. l. Stichum, ff. de auro & ar. le. Quintus. Et tunc ad at hic non conſequitur quis indulgentiam ex operibus mortuis, vt concludit arg. ſed ex exiſtentia conditionis, vt eſt oſtenſum, unde conſiderato opere quod eſt virtuoſum de genere, & ab agente ſit pia, & ſecta intentionis ſecundum dictamen rectæ rationis, quo ad bonum homo naturaliter inclinatur, tale opus poteſt dici aliquo modo viuum & meritorium, licet non perfecte, ſaltem merito congrui, licet non merito condigni. Et pro tali opere dari poteſt indulgentia, cum fuerit diſpoſitus per pœnitentiam ſubſequentem. Sed ponamus quod Papa alicui exiſtenti in gratia concedat indulgentiam ſine cauſa rationabili non facienti opus bonũ, ſi quo eſt indulgentia meritu cõcedenda, quantum, vtrũ valeat. Videtur quod ſic quia Papa habet plenitudinem poteſtatis, nec habet ſuperiorem, quem requirere debeat, & a quo debeat regulari, ergo ſi det ſibi indulgentiam, tenet, & valet ei cui datur, quia capax eſt, ſed Papa quo omnia & præcipue

Vitæ humanæ periodus cẽtũ annos non tranſcẽdit, niſi in pauciſſimis.

Numerus cẽtenarius eſt perfectus.

Quadrageſima e duplex.

Indulgẽtia alicui conceſſa ſine cãa n valeat.

Digitized by Google

præcipue maiora agere debet cum diſcretione & ſecundum iudicium rectæ rationis, peccat in ſic concedendo. Sed dicendum quòd licet Papa habeat plenitudinem poteſtatis quantum ad omnia bona eccleſiaſtica, temporalia & ſpiritualia, non habet tamen illam vt dominus, ſed vt miniſter & diſpenſator domini principalis vnde licet non habeat ſuperiorem in terris, eum tamen habet in cœlis. Et iō diſpenſatio talium bonorum ab eo non debet fieri, niſi illis caſibus in quibus veriſimiliter apparet, quòd dominus, cuius ſunt huiuſmodi bona, cōſenſum adhiberet vt poteſtas ſuper ratione reſtringatur 21. q. 5 illa, conſtat autem quod Deo non placet, quod tanta bona ſua ſine cauſa rationabili concedantur, & iō talis conceſſio non valet. Quãuis ergo ille, qui eſt verus dominus alicuius rei, ſi illam det alicui ſine cauſa rationabili, poteſt tenere talis donatio, quia fit de conſenſu domini: non meretur tamen donans, nec agit fructuoſe ſed potius peccat, quia cum quilibet ea quæ agit, teneatur agere ſecundum iudicium rectæ rōnis, & qui ſic agit fructuoſe agit & meretur, oportet quod quicunque agit contra iudicium rectæ rōnis, peccet. Item quæritur, ſi quis ſtans in bono ſtatu fecit partem iſtorum dierum: & ante completionem labitur in mortale peccatum: & tandem illis dieb. completis ante annum confitetur, an habeat indulgentiam? Dic quod non, quia dicta verba reſpiciũt peccata commiſſa, non committenda. Nam indulgentia iſta completa dat remiſſionem pęnę, ſi adſit vera confeſſio & pœnitentia intra hunc annum, quibus remittitur culpa affectiue per ſolum Deum, ſacramentaliter per ſacramentum pœnitentię: & miniſterialiter per miniſterium debitum eccleſiæ, & indultum non reſpicit futuras pœnas, ſed præſentes, argu. extra conſue. c. ex parte. Item hæc tota indulgentia per xv. dies facta commutat pęnas omnium peccatorum alias debitas in hunc laborem, & ſic hæc indulgentia non reſpicit culpas commiſſas poſt iter peregrinationis arreptum, ſed ante. Secus dicerem in tali caſu: Confiteor in ſpeciali quæcunq. ſcio, & in generali de aliis, dolens ſuper eis, quod alia quæ commiſi neſcio reminiſci tandē ſum memor vnius peccati grauis, iſte, vt habetur 4. ſententiarum, de iſto peccato poteſt habere purgationem poſt mortem: quod non eſſet, ſi non eſſet vere confeſſus, & ſic vera confeſſio hoc caſu tollit pœnam. Nec obſtat, quod ſciens & memorans de peccato illud tenetur confiteri: ergo non eſt plene confeſſus. Dic quod peccatum eſt remiſſum, ſed fit iterato confeſſio ſpecialis ne videatur contemptus, nam poſtquam ſcit, nec confitetur, ex ſuo contemptu nouo ligatur extra de ſent. excom. per tuas, § nos igitur, vnde ſicut vere contritus habet remiſſionem culpæ, habens propoſitum confitendi poſtea, & ſi non confiteatur cum poteſt, peccat, ſic confitens in genere de neglectis, & poſtmodum reminiſcens tenetur ad confeſſionem: primo tamen erat remiſſio culpæ, & per conſequens pœnæ per hanc indulgentiam. Item quæro. Aliquis fuit vere pœnitens & confeſſus ante iſtam indulgentiam & multa fuerunt ſibi iniuncta nec loquor de iniunctis tangentibus partem, vt in furto, quia hoc hac indulgentia non remittitur. Nam licet Deus, per veram contritionem & confeſſionem dimittat peccatum, damnum tamen vel iniuriam illatum ſeu illatam homini non dimittit. Sic enim Deus & quilibet alius gratiam dēt facere, vt ius alterius non abſorbeat, ar. C. de emanci. li. l. nec auus, ff. ne quid in lo. pu. l. v. § ſi quis a principe, nunquid illa iniuncta tollantur per iſtam indulgentiam? Et videtur ꝙ ſic: Ponamus ꝙ iſte non fuiſſet confeſſus ante iſtam indulgentiam, conſtat ꝙ per iſtam indulgentiam omnia fuiſſent ablata, & cõſtat ꝙ iſte tantum expectando fuit fatuus, ſed in alio caſu confitendo fuit ſapiens, & fatuus non dēbet eſſe melioris conditionis quã peritus, ff. quod vi aut clam. l. ſeruus, extra li. 6. de præb. eu qui. Cum igitur ſecũdo caſu pęna tollatur, multo magis & primo. Item hic remanet pęna pro peccato, ergo illa tollit per indulgentiam, quæ eſt pleniſſima, vt hic dicit, q̃ pleniſſima nō pōt dici quo ad cordis contritionem, nec quo ad confeſſionem quæ hic ſupponuntur, ergo erit pleniſſima quo ad ſatisfactionem. Item in particularibus indulgentijs fit in tanto, ergo in plena, vt eſt hic, fiet remiſſio in toto, ar. ff. de rei ven. l. quæ de tota. Sed contra, ſpecialis obligatio per generalem abſolutionem non tollitur, cum ligatio & ſolutio ſibi inuicem reſpondere debeant, extra de pœnit. & remiſ. c. 1. ergo iſte confeſſus ſpecialiter ſe ligans, non ſoluetur eius obligatio per ſolutionem generalem non facientem mentionem de ſpeciali obligatione, extra 6. lib. de conſt. c. 2. extra deci. c. ex multiplici, ff. de ver. obl. l. doli clauſula, ff. de pœnis, l. ſancio. & eſt ratio, ex quo enim iſte confitens ſpecialiter ſibi prouidet, generali prouiſio prouidetur, & prouiſo non prouidetur, C. de pac. conuen. tam ſuper dote quam dona. propter nup. l. vlt. vnde Papa hoc ſi e non exprimens pœnitentiam ſibi iniunctam & acceptam non ſuſtulit, nec dico quin Papa remittere potuerit, ſed non ſuſtulit quod non expreſſit. Item vt apparet ex hoc textu, qui ſunt, vel qui erunt intra centeſimum annum vere pęnitentes & confeſſi habent iſte indulgentiam, facientes quod inf. ſequitur, & ſic non clauduntur confeſſi ante hanc indulgentiam alias bene fuit diſpenſatum. Item dato quod non eſſent verba illa, omnibus in præſenti anno, & adhuc idem eſt quod verbum, vere pęnitentes & confeſſi, non importat qui fuerant, ſed qui ſunt dumtaxat, niſi forte ex admiſſo, vt in hoc ſophiſmate, album fuit diſputandum diſputent artiſtæ. Sed ad hoc vltimum pōt reſponderi, iſta nō habere locum vbi adiectiuum non reſpicit certum tempus, vt cum dicitur homo alb. Nam inter adiectiuum tale & ſubſtantiuum, intelligitur qui eſt, ſecũdum Priſcianũ, ſed ſecus in adiectiuo tps diſcernẽte, vt in verbo, eſt præteriti temporis, & actus in eo deſignatus eſt præteritus, ſed terminus adhuc poteſt eſſe præſens vel iam præteritus. Et ideo in ſuppletione pręteriti, deponentis, vel paſſiui, ponitur, qui eſt, vel qui fuit, vnde ſi ſui confeſſus ante hanc indulgentiam, ſi remanſi in gratia, eſt veritas quòd ſũ confeſſus, id eſt remaneo in illa vera contritione & dato ꝙ labar in peccatum, & poſtea vere confiteat, adhuc illa confeſſio prima vere remanet, & opera prima reuiuiſcunt. Item datur particularis indulgentia vere pœnitentibus & confeſſis, pone vnius anni, ſi ſi daretur niſi illis, qui ſunt actu in confitendo, ridiculum eſſet, ergo extenderetur ad illos qui confeſſi ſunt. Et Papa declarauit conſiſtorialiter, quòd pęnitentiæ ante iniunctæ etiã tolluntur per commutationem opera ſatisfactorii hic poſiti. Dixit etiam quòd vota, excepto Hieroſolymitano, & ingreſſu religionis, tolluntur per hanc indulgentiam. Et ego dixi hoc verum de votis, quæ eſſent propter commutationem pœnitentiæ, vel eſſent impoſita in ſatisfactionem peccatorum. Secus videbatur de votis hoc non reſpicientibus, v. g. Aliquis exiſtens in periculo maris, vouit ire ad ſanctum Iacobum, vel exiſtens infirmus vnde tale votum cum non ſit propter pœnam peccati, quam tollit hæc indulgentia, qualiter tollitur per hanc indulgentiam ſatisfactoriam de pœnis peccatorum? Reſpondit tamen mihi Papa, ꝙ etiam vult hoc votum tolli per hanc indulgentiam, quod poteſt Papa, licet verba indulgentiæ hoc non patiantur, & eſt ſecus quando peccatum vel votum tangit tertium, quia hoc non tollitur per hanc indulgentiam, ſed quando proponitur ſancto, hoc eſt ordinatum in Deum, vnde tale votum per hanc indulgentiam tollitur. Declarauit etiam quod ſui pœnitentiarii nihil debent iniungere vltra iniunctionem hic poſitã alias, vt dicebat, indulgentia fruſtraretur, niſi confitens volens facere opera ſupererogationis, voluntate, pęnitentiam ſatisfactoriam aliam ab hac taxata reciperet, niſi ſi ad aliud finem iniungeretur, v. g. Pœnitentia nedum eſt ad remiſſionem pœnarum pro commiſſis & omiſſis debitarum, ſed ad cautelam futurorum, & quo ad illud forſan poteſt pœnitentia iniungi. Item quæro, monachus ab abbate humiliter requirit, vt veniat licentiatus ab abbate pro dicta indulgentia acquirenda. Quæritur an abbas iuſta poſſit hãc licentiam ſibi concedere? Et vr̃ quòd ſic, nam monachus pro vtilitate monaſterii recedere

Indulgẽtia anni Iubilei pro culpa ſequentem īpoſſitur.

Pœnã pro peccatis iniunctaã indulgentiam per illam non tollatur.

Stultus non dēt eſſe melioris condō oīa quam ſapiens.

Al. adiunct.

Vota an tollantur per indulgentiam anni Iubilei.

Monachus an poſſit ab abbate licẽtiari, vt eat ad annũ Iubileum.

Digitized by Google

bet centeſimo ſecuturo annis, non ſolum plenam, & largiorem, immo pleniſſimam [a] omnium ſuorum concedemus & concedimus veniam [b] peccatorum [c].

Statuentes [d], vt qui voluerint huiuſmodi indulgentiæ a nobis conceſſę fieri participes, ſi fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, ſeu interpolatis [f], & ſaltem ſemel in die [g].

Si vero peregrini [h] fuerint, aut forenſes, [i] ſimili [k] modo diebus xv. ad baſilicas eaſdem accedant.

Vnuſquiſque tamē plus merebitur, & indulgentiam efficacius conſequentur [l], qui baſilicas ipſas amplius & deuotius fre-

cedere poteſt abbate Imperante, extra de : poſt. c. ex parte, 16. q. 1. monachi, 2. Contra vouēs votū peregrinationis celeberrimę, & tandem religionē intrās non vr̄ fractor voti: quia illud in melius commutat, extra de vot. & vo. red. ſcriptura, extra de iureiur. peruenit 2. ergo melius eſt vouere religionē & ꝓſequi, q̄ ꝓſequi dictam indulgentiam, ergo cū abbas de meliori debet proſpicere monacho ſuo, dictam licētiam propter maius bonū admittendum concedere nō debet. Reſpondeo ꝙ poteſt, vt cōcludit prima ratio & eo efficacius recipit indulgentiā, quo magis eſt diſpoſit⁹ interi⁹ p virtuoſa exercitia religionis. Ad arg. in oppoſitum dicendum eſt, ꝙ actus peregrinandi compatitur ſecum omnia illa quę ſunt eſſentialia religionis: & ideo cum vtrumque religio & peregrinatio ſit quid bonū, neceſſe eſt, ꝙ ambo ſimul ſint maius bonum quàm alterum tantum, ſ. obſeruantiam religionis tantum: quia omne totum eſt maius ſua parte: & ideo ambo ſimul tanquam maius bonum, magis diſponunt ad gratiam ſuſcipiendam & bonum indulgentiarum. Ratio autem in oppoſitum procedit, ac ſi obſeruantia religionis, & peregrinationis eſſent inuicem incompatibiles: quod non eſt verum, & facit 20 q. 4 monachum, § ſi. Sed contra, monachatus omnē maculam abſtergit. anth. de mo. in princip. colla. 1. & aduerſum facit creſcere in opera virtuoſa: ſed per indulgentiam ꝓdictam non habet niſi primū: ergo monachatus melior. Sol. cum p tramites communes proceditur, bñ arguis: ſed in hac indulgentia proceditur p ſemitam compēdij, ut eſt ꝑmiſſum. Sed quæro, aliquis uere pœnitens, & confeſſus inchoanerat huiuſmodi indulgentiam, & ſimiliter proponebat eam perficere: ſed infirmitate ſuperueniente mortuus eſt, nunquid dēt hmōi indulgentia gaudere, ac ſi eam perfeciſſent? Vr̄ ꝙ non: quia hæc conceſſio non eſt pura, ſed conditionalis, ut ſuperius eſt probatum in glo ſuper uer. confitebuntur, q̄ conditio uī defeciſſe, vt arg. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi. § ſi. Contra uī fauore indulgentiæ, quæ animam liberat à pœna: ſicut ſeruus cui legata eſt libertas, ſi per certum tempus ſeruiret, libertatem conſequitur, licet per aduerſam fortunam fuerit impeditus ſeruire ff de ſtatu li. l. cū hæres, § Stichus. C. de con. tacer. l. ſi. D c, aut infirmus uiuit uſq; ad tēpus ꝙ peregrinari debuit, & ſic uī liberatus, ut dicto § Stichus, aut non, & tūc nō eſt liberatus. Et eſt rō. quia conceſſio indulgētiarū, nedum eſt ſub conditione (ut eſt dictum) concepta, ſed in diem. vnde oportet utrumque ſubeſſe, quia p infirmitatem non dēt plus conſequi, quam ſi in ueritate dictam indulgentiam perfeciſſet, ut dicta l. cum hæres, § ſeruire, & § Stichus, & eo tit. l ſi hæreditas, reſpon ff. de uerb. obl. l in illa ſtipulatione, & l. in inſulā, extra de elect. 6 lib commiſſa. 1 rñ. Quicquid ſit de iure, Papa declarauit quod illi qui inceperunt uenire, licet non peruenerint: morte uel alio legitimo impedimēto detenti, vel ſi venerint, nec compleuerint, habeant hanc indulgētiā: ſic q̄ro, cui ſufficit hoc caſu confiteri ēt ijs quæ ſedis Apoſtolicæ uel epīs reſeruātur. Et vī ꝙ ſimplici ſacerdoti: quia lōge maiorē iniunctionē ſimplex ſacerdos pōt facere, quam ſit pœna contenta. Contra dic quia confitens eget diſcreto confeſſore nedum propter pœnitentiam ſibi iniungendam, vt arguiſti: ſed ēt p p confitent' adirectionem, q̄ melius fiet per maiorem quam p minorem. Nam ſicut in foro iudicij maiores cauſæ requirunt maiores iudices: extra de appel. vt debitus, in fine extra de bap. maiores in princip. ſic in foro animæ maiora peccata maiores iudices requirunt, nec eſt veriſimile: ꝙ Papa vno uerbo gradus cōtētū uoluerit abſorbere. extra de ele eccleſia ueſtra 2. § deniq; C. de inoff. teſta l. ſi quando, in princ. Eſt enim ordo eccleſiaſticus iſte: q̄ eſt ſummus ſacerdos vt Papa, & magnus ſacerdos, vt epiſcop⁹ & eſt ſacerdos, vt curatus, & iſti in republica clericorum fundant intētionē ſuam de iure cōmuni: ſummus ſacerdos in omnibus: magnus ſacerdos, & ſacerdos in ſuis territoriis, 21. diſ. in nouo, ext. de proba. cū cauſam, extra de paro. & alie. parochia, c. ſignificauit, & c. ſuper eo. Nec proſequor quid cuique iſtorum cōpetat, & de hoc no. c. ſup cathedram edito poſt publicationem Sexti li. Nec dico confitendum diſcretiori ex præcepto ſeu neceſſitate, ſed ex conſilio ſeu congruitate.

Indulgentia plenaria an concedatur illi qui peregrinationē inceptā morte præuentus implere non potuit. Rātio vera ad q̄onem.

Cōfeſſor diſcretus eſt valde vtilis

a Pleniſſimam.] ſed quomodo iſta compatiuntur, plenam, largiorem, & pleniſſimam? Dico Papam interpretatum fuiſſe in conſiſtorio me præſente hāc indulgentiam adeo plenam, prout clauium poteſtas ſe extendit, quod intelligo prout uerba patiuntur.

b Veniam.] quot modis dicitur venia, no. extra libro 6 de reg. iur. peccati

c Peccatorum] id eſt, pœnarum pro peccatis debitarum, vt ſup eo. c. 1. reſpon.

d Statuentes] conceſſit, ſup eod § proa. nunc ſtatuit qui, & quando erunt participes huiuſmodi indulgētiæ.

e Continuis.] vt quia ſucceſſiue triginta dies complens ſine interruptione: vnde continuum eſt vicinum ſine interpoſitione qua ſimul teneatur.

f Interpolatis.] per vnum, l ab inter, & polus: vnde interpolare eſt obſcurare & interrumpere, vt hic, vbi quia quis iuit prima feria, & interpolare iuit, i. interrupit: quia in ſecunda feria non iuit, ſed tertia.

Interpolatio quid ſit.

g Et ſaltem ſemel in die.] hæc verba Papa in conſiſtorio ſic eſt interpretatus cum præcedentib. vt continuatio, ſed interpolatio etiam proſit, ſi ſit ſemel facta in die vna dictarum baſilicarum verbi gratia. Semel in die vado ad vtrumque baſilicam, & ſic eſt continuatio quoad illam diem ſiue continuatio ſiue interpolatio quo ad dies præcedentes poſſet etiam eſſe interpolatio vt ſi ſemel in die vadam ad ſanctum Petrum duntaxat & alia die continue ſeu interpolate ad ſanctum Paulum duntaxat, & tunc iſtæ duæ itinerationes erunt pro vna die.

h Peregrini.] de quib. habetur extra de peregri. c. vno, & extra de cler. pereg. per totum.

i Forenſes.] id eſt, qui venientes de foris non veniunt cauſa peregrinationis, videntes tamen indulgentiam conſequuntur eandem. Quid de curialib. exiſtentib. in curia Papali? Reſpondet Sixtus Papa, illos facere debere, xxx. dies. Et eſt ratio, quia iſti nec vere peregrinantur nec vere ſunt forenſes, ſed vt moraturi in curia accedūt vt Cardinales, officiales curiæ, aduocati, procuratores, & in curia manentes, qui terminum ſui receſſus ignorāt, cum legem Papa imponere nequeant, vt cauſæ eorum finem accipiant ext. de app. ea inſtituat oue

Curiales cū nō ſint peregriōātes, an poſſint indulgentias mereri.

k Simili.] i. dieb. continuis ſeu interpolatis & ſaltem ſemel in die, vnde ſimilis modus eſt vtrobique licet ſermittus ex vna parte ſit receſſio.

l Conſequentur] alias aſſequetur. Sed q̄m hoc poteſt eſſe cum iſti habeant pleniſſimam indulgentiā, ſup. e. § vt aut.

in

Digitized by Google

quentabit. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam noſtræ[a] confirmationis, approbationis, innouationis, conceſſionis[b] & conſtitutionis[c] infringere[d], &c. Datum Romę apud ſanctum Petrũ viij. Calen. Martii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

¶ Clemẽs ſextus archiepiſcopo Tarraceñ. eiuſque ſuffraganeis.

¶ *Annus Iubileus, ſiue plenaria remiſſio, quæ olim dabatur quolibet cẽteſimo anno omnibus verè pænitentibus & confeſſis viſitantibus baſilicas beatorum Petri & Pauli, per iſtam extrauagantem ad annum quinquageſimum reducitur.*

C A P. II.

VNigenitus Dei filius de ſinu patris in vterum dignatus eſt deſcendere matris in qua & ex qua noſtrę mortalitatis ſubſtãtiam diuinitati ſuę, in ſuppoſiti vnitate, ineffabili vnione coniunxit, id quod fuit permanens, & quod non erat aſſumens: vt haberet vñ hominũ lapſum redimeret, & pro eo ſatisfaceret Deo patri. Vbi.n. venit plenitudo tẽporis †, miſit Deus filium ſuũ factum ſub lege, natũ ex muliere, vt eos qui ſub lege erãt, redimeret, vt adoptionem reciperent filiorũ. Ipſe namq; factus † nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, non per ſanguinem hircorum, aut vitulorũ, ſed per propriũ † ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta, ęterna redẽptione inuenta. Non.n. † corruptibilib. auro & argento, ſed ſui ipſius agni incontaminati & immaculati pretioſo ſanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus, non guttam ſanguinis modicam, quę tamen propter vnionem ad verbum pro redẽptione totius humani generis ſuffeciſſet, ſed copioſe velut quoddam profluuium noſcitur effudiſſe: ita vt à planta † pedis vſque ad verticem capitis, nulla ſanitas inueniretur in ipſo. Quantũ ergo exinde, vt nec ſuperuacua, inanis, aut ſuperflua,

† Ad Galat. 4.
† 1. Cor. 1.
† Ad Hebr. 9.
† 1. Pet. 1.
† Eſaiæ, c. 1.

Indulgẽtiã an poſſit obtineri ma ior p vnũ, q̃ per alium.

in ſi cum ſuperlatiuus dicat qualitatem intenſam in termiuo, vltra quẽ nõ contingit progredi, & cõparatiuus eandem qualitatẽ dicat extenſam, tñ circa terminum, & poſitiuus eandẽ ſignificat abſolute. Sol. ingredi aulã gloriæ recipit plus & minus. Nã ſi quis eſt in gratia p verã cõfeſſionẽ & verã pœnitẽtiã, & eſt ſine obligatione ad pęnã, p hoc indulgentiam eo ſic mortuo ſtatim euolat, & ſic habet ſtatim pleniſſimam indulgẽtiã quantũ ad ingreſſum domus cęleſtis, verũ ſi iſte idem cum prædictis ſe ornaſſet eredo deuotius & efficacius tunc ingrederet domum regni cæleſtis melius intentiue, quia vt habetur in Ioan. In domo patris mei mãſiones multæ ſunt, vnde dicit gl. illic patris, diſpoſuit p dignitate meriti. vnde dic q̧ cõſequi efficacius põt referri ad fructum, quẽ quis ex indulgẽtia cõſequit, ſic videlicet q̧ maioris pœnæ remiſſionẽ obtineat. Et ſic verba pd.cta non poſſunt hẽre veritatem, quia ſuperlatiuus gradus qui p ſuperabundantiã dr, oium graduũ cõſummationem includit. item iſta indulgentia per quam fit totalis culpę remiſſio & totius pœnæ, in quadã priuatione ſeu negatione cõſiſtit, in priuatione aũt & negatione non ioucnit magis & minus. Vnde quia ingredi in regnũ cælorũ inquãtũ includit adeptionem gloriæ eſt quid poſitiuum, & in quo inuenit magis & minus, põt dici q̧ aliquis efficacius p̄fectius põt ingredi regnum cęlorũ. Iſtẽ hoc aduerbiũ, efficacius, põt referri ad medium per quod aliquis meretur illud p p q̃ hmõi indulgentiam cõſequatur, quod ẽ opus operatum & deuotio operantis, ſic videlicet intelligendo, quod agens ad hoc quod indulgentiæ fructum determinatũ inde conſequat efficacius, agit ad hoc quod illum valeat obtinere, quia ſi ageret pauciora opera, & cum minori deuotione, nihilominus uerum fructum indulgentiæ cunſequeretur. Cum aũt plura opera, & ex maiori deuotione facta, quantum eſt de ſe, ſunt efficaciora ad aliquid promerendum, quanto aliquis deuotius & frequentius agit opus dictæ peregrinationis, tanto efficacius fructum dictæ peregrinationis conſequitur.

a Noſtræ confirmationis, approbatæ, ſ. eo. §. nos igit.
b Conceſſionis.] ſup. eo § at autem.
c Conſtitutioni.] ſup. eo §. ſtatuentes.
d Infringere.] vel ei auſu temerario cõtraire. Et hoc

anno. M.ccc. qui incipit a Natiuitate Dñi ſm vſum Eccleſiæ Romanæ, Papa fecit indulgentiam plenam ter in anno: primo die Iouis ſancta his qui principaliter venerant p p hanc indulgentiã, ẽt ſi non fuiſſent ad baſilicas dictorum Apoſtolorũ niſi ſemel. Et die dedicationis baſilicarũ dictorũ Apoſtolorũ, q̃ ẽ die octaua poſt feſtũ beati Martini hyemalis. Et die Natiuitatis ſequẽtis, Io. Mon. Cardin. ADDITIO. Adde q̃dã notanda in ſimili indulgentia plenaria cõceſſa crucem aſſumentibus contra infideles: examinata p Io. And. in nouella, in c. ad liberandã, de Iudæis. Adde etiam q̃dam pulchra decisa ad propoſitum per Hoſtien. in ſum. de remiſſionibus, poſt titulũ, de pęnitentiis, in §. quibus proſint, & in §. ad quid valẽt, & in quantum, & aliis §. ſeq. Adde ẽt nõnulla pulchra in ſimili per Card. Flor. in clem. ſi dñm, de reli. & vene. ſan. in fi. Et an uerba tertia vel quarta pars pęnitentiæ, quæ ponunt in cle. 2. de pœnit. & remi. ponantur exẽplificatiue im, vide Old. in conſi. 10. q̧ incipit: Factũ tale eſt dñs Clemẽs, &c. ĩ vlt. ti. dicti cõſilii. Et ad de q̧ dñs Clemẽs vij. de anno. M.cccl. reduxit Iubileũ ad annũ quinquageſimum in ppetuũ, per bullam ſuã & decretalẽ, q̃ incipit: Vnigenitus Dei filius, &c. Et addidit tertiam eccleſiã viſitãdam, videlicet ſancti Ioannis Lateranẽſis, vbi etiam inter alia declarauit, q̧ accedẽtes ad indulgentiam huiuſmodi, poſt iter arreptum impediti legitime quo minus ad urbem illo anno ualeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in vrbe deceſſerint, eandem indulgentiam conſequãtur: & inſuper nihilominus omnes & ſingulas indulgentias, tam per eum q̃ per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, tam p̄tatis ſub. eccleſiis, quod aliis de dicta vrbe conceſſas confirmauit & innouauit Põtificatus ſui anno 1. in Auinioñ. Quomodo deinde Martinus v. magis abbreuiauerit. Et Paulus ij ẽt reduxit ad viceſimumquintum. Et deinde Sixtus iiij. confirmauit cum reuocatione omnium aliarum plenariarum indulgentiarum, & plura alia examinaui ſuper gloſſis, quas feci ad dictam decr. vnigenitus, ſ. Clem. entis 6. Et ibi poteris videre, vide etiam aliqua per Iac. de Zochis, in repetitione cap. 1. omnis vtriuſque ſexus, de pœnitent. & remiſſ. in vlt. parte. 1. Ioan. Fran.

Tanta

tantæ effuſionis miſeratio redderetur, theſaurum militanti Eccleſię acquiſiuit, volens ſuis theſaurizare filiis, pius pater, vt ſic ſit infinitus theſaurus hominib. quo qui vſi ſunt, Dei amicitię participes ſunt effecti. Quem quidẽ theſaurum non in ſudario † repoſitum, non in agro † abſconditum, ſed per beatum Petrum cęli clauigerum, eiuſq; ſucceſſores ſuos in terris vicarios commiſit fidelibus ſalubriter diſpenſandum, & propriis, & rationabili bus cauſis, nunc pro totali, nunc pro partiali remiſſione pęnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quam ſpecialiter (prout cum Deo expedire cognoſcerent) vere pœnitentibus & confeſſis miſericorditer applicandum.

† Lucæ 10. † Matth. 13.

Ad cuius quidem theſauri cumulum, beatæ Dei genetricis, omnium electorum a primo iuſto vſque ad vltimum merita, adminiculum pręſtare noſcuntur, de cuius conſumptione ſeu minutione nõ eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti, (vt prædictum eſt) merita, quam pro eo q; quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiam, tanto magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum. Quod felicis recordationis Bonifacius Papa viij. prædeceſſor noſter pie (ſicut indubie credimus) conſiderãs, & attenta meditatione reuoluens, quantum apud homines glorioſi principes terræ Petrus & Paulus (per quos Euangelium Chriſti Romæ reſplenduit, & per quos Eccleſia religionis ſumpſit exordiũ, qui facti Chriſtiani populi per Euangelium genitores, gregis Dominici paſtores, fidei lucernæ, Eccleſiarũ columnæ, præ ceteris Apoſtolis peculiari quadam prærogatiua in ipſo Saluatore fidei virtute præcellunt: Quorum vni, ſ. Apoſtolorũ principi, ſicut bono diſpenſatori, claues regni cælorum commiſit: Alteri tanquam idoneo doctori, magiſterium Eccleſiaſticæ eruditionis iniunxit) in ſpeciali veneratione haberi debeant, & debita honorificentia venerari pro ipſorũ memoria recolenda crebrius, & reuerentia a cunctis Chriſti fidelibus eis deuotius adhibenda, ipſorumque patrocinio fauorabilius aſſequendo, inconſumptibilem theſaurum huiuſmodi pro excitanda & remunerãda deuotione fidelium voluit aperire: decernens de fratrum ſuorum conſilio, vt omnes qui in anno a Natiuitate Domini M. ccc. & quolibet anno centeſimo extunc ſecuturo, ad dictorum Apoſtolorum baſilicas de vrbe accederent reuerenter, ipſaſque ſi

Theſaurus eccleſiæ ex ſanctorũ meritis adiuuatur: nec eõ ſumi poteſt.

Petri & Pauli laudes.

Romani, ad minus triginta, ſi vero peregrini aut forenſes fuerint, vigintiquinq; diebus continuis, vel interpolatis, ſaltem ſemel in die, dumtamen vere pœnitentes & confeſſi exiſterent, perſonaliter viſitarent, ſuorũ omnium obtinerent pleniſſimam veniam peccatorum.

Nos autem attendentes, quod annus quinquageſimus in lege Moſaica † (quam non venit Dominus ſoluere, ſed ſpiritualiter adimplere) Iubileus remiſſionis & gaudij, ſacerque dierum numerus, quo lege fit remiſſio, cenſebatur: quodque ipſe quinquagenarius numerus in teſtamentis, veteri quidem ex legis datione, nouo ex viſibili Spiritus ſancti in diſcipulos miſſione, per quem datur peccatorum remiſſio, ſingulariter honoratur: Quodque huic plura & grandia diuinarum adaptatur myſteria ſcripturarum, & clamorem peculiaris populi noſtri Romani, videcet hoc humiliter ſupplicantis, ac nos ad inſtar Moyſis & Aaron per proprios & ſolemnes nũtios ad hoc deſtinatos ſpecialiter orantis pro toto Chriſtiano populo, & dicentis: Domine aperi eis theſaurum tuum, fontem aquæ viuæ, deſiderantes benignius exaudire, non quidem vt ſicut illius Iſraelitici populi indurati ceſſet murmuratio, ſed vt iſtius prædilecti populi & cunctorum fidelium augeatur deuotio, fides ſplẽdeat, ſpes vigeat, charitas vehementius incaleſcat: Volenteſque quamplurimos huiuſmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum reſpectu propter vitæ hominum breuitatẽ valeant ad annum centeſimum peruenire, de fratrum noſtrorum conſilio prædictam cõceſſionem indulgentiæ ex ſupraſcriptis & aliis iuſtis cauſis, ad annum quinquageſimum duximus reducendam: Statuentes de fratrum conſilio prædictorum, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, vt vniuerſi fideles, qui vere pœnitentes & confeſſi in anno a Natiuitate eiuſdem M. ccc. quinquageſimo, proxime futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictis eorumdem Petri & Pauli Apoſtolorum baſilicas & Lateranen. eccleſiam (quam inclytæ recordationis Conſtantinus, poſtquam per beatum Siluestrum, ſicut per eoſdem Apoſtolos Deo reuelante cognouit, renatus fonte baptiſmatis fuerat, & a contagio lepræ mundatus, in honorem Saluatoris conſtruxiſſe, quamque idem beatus Silueſter nouo ſanctificationis, chriſ-

† Leuit. 25. c. vbi pleniſſime de anno quinquageſimo, ſiue Iubileo.

Vita hominum eſt breuis.

† Cõſtãtinus per B. Siluestrum baptizatus eccleſiã Lateranẽſem conſtruxit, vide Nicephorũ Calliſtum, lib. 7. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, c. 49.

Digitized by Google

& chriſmationis genere dedicaſſe legitur, & in cuius Eccleſiæ parietibus præfati Saluatoris imago depicta primum toti populo Romano viſibiliter apparuit deuotius venerandã, quam ex his & aliis certis & rationabilibus cauſis, vt ipſa Eccleſia pariter indulgentiæ prædictæ priuilegio decoretur, & deuotius ab eodem Saluatore, qui in præfatis Apoſtolis mirabilis prædicatur, eorum meritis & precibus indulgentiæ mereatur percipere largitatem, in hoc cenſuimus venerandam,) cauſa deuotionis modo prædicto viſitauerint, pleniſſima omnium peccatorũ ſuorum veniam conſequantur: ita videlicet vt quicunq; voluerint indulgentiam huiuſmodi aſſequi, ſi Romani, ad minus triginta, ſi vero peregrini aut forenſes, modo ſimili quindecim diebus ad prædictas baſilicas, & eccleſias accedere teneantur: Adiicientes, vt ij etiam, qui pro ea conſequenda ad eaſdem baſilicas & eccleſias accedent, poſt iter arreptum impediti legitime quo minus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo in dicta vrbe deceſſerint, vere pœnitentes (vt præmittitur) & confeſſi, eandem indulgentiam conſequantur. Omnes nihilo minus & ſingulas indulgentias per nos vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices tam prænominatis, quam aliis baſilicis & eccleſijs de dicta vrbe conceſſas, ratas & gratas habentes: ipſas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ reductionis, conſtitutionis, & cętera. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & dictorum Petri & Pauli Apoſtolorũ ſe nouerit incurſurum. Datum Auinio. vj. Calend. Fabruarii, Pontificatus noſtri anno primo.

Quocirca fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſinguli veſtrum in ſingulis veſtris ciuitatibus & diœceſibus, prædictas noſtras litteras ſubditis vobis clero & populo publicetis, & intelligibiliter exponatis, vt annuente domino ad promerendam huiuſmodi indulgentiam ſe diſponant. Cæterum quia præſentes literæ nequirent forſan propter viarum diſcrimina vel alia legitima impedimẽta ſingulis veſtrum commode præſentari: volumus quod per te frater Archiepiſcope dictarum litterarum tranſumptum manu publica ſcriptum, tuoque munitum ſigillo, vobis fratres ſuffraganei tranſmittatur: Cui velut originalibus litteris adhiberi volumus plenam fidem. Datum, & cætera.

Paulus Venetus Papa ſecundus.

Conſtitutio caſus Papæ reſeruatos comprehendens, certis ex cauſis hic ponitur, a quibus nullus poteſt abſoluere ſine ſpeciali licentia ſedis Apoſtolicę.

CAP. III.

Et ſi Dominici † gregis ſaluti ſemper intenti, ſingulis cum humilitate poſcentibus ea benigne concedere ſtudeamus, per quæ (peccatorum mole depoſita) ſalus ipſa ſuccedat, & ab hoſtis humani generis ſeruitute ereptas animas lucrifaciamus Altiſſimo, qui nobis eas ſua bonitate commiſit: id tamen propenſiori ſtudio præcauẽdum eſſe cenſemus, ne cuiuſuis indulgentiæ remiſſionis, vel facultatis obuentu Chriſti fideles procliuiores ad illicita in poſterum committenda reddãtur, aut veniæ facilitas † eis peccãdi tribuat incẽtiuum. Hac itaq; conſideratione habita olim emanauit à nobis conſtitutio tenoris ſub ſequẽtis, videlicet: Sanctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter dominus Paulus diuina prouidentia Papa ſecundus, qui pridem ſuper plenariis remiſſionibus, quæ ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo cõceduntur, formam inſtituit, ne paſſim ſine exceptione quorumcunque criminum procliuiores redderentur homines ad peccandum, per regulam in cancellaria Apoſtolica publicatam ſtatuit & ordinauit quod in quibuſcunque conceſſionib. & facultatibus abſoluendi, caſus infraſcripti tamquam ſpeciales ſedi Apoſtolicæ reſeruati ſemper intelligerentur excepti. Videlicet offenſę eccleſiaſticæ libertatis, Violationis interdicti ab eadẽ ſede impoſiti, Criminum hæreſis, Conſpirationis in perſonam aut ſtatum Romani Pontificis, ſeu cuiuſuis offenſę, inobediẽtiæ ſeu rebellionis eiuſdem Pontificis vel ſedis

† Præter caſus hic Papę reſeruatos plures alios ſibi reſeruat Papa ſingulis annis in proceſſu bullæ in cœna Dñi. Et vide cõc. Tri. ſeſ. 14 c 7. de caſuum reſeruatione.

† Veniæ facilitas incentiuũ tribuit delinquẽdi, c. vt clericorũ, extra de vi. & ho. cle.

Caſus Papales.

Apo-

Digitized by Google

In glo. l. Gaius de pign. act. & hoc intellige, puta, quando aliquis vellet conſtituere aliquod ius in re mea. tunc non contradico, habeor pro conſentiente, ſecus autem ſi quis vellet inducere obligationem perſonalem, nam tunc non dicor conſentire, ita Bar. in l. quæ dotis, ſol. matr. fac. tex. in l. filiusfam. §. inuitus, de procur. & vide Abb. in c. ex parte, tertio, in tertia col. de reſcript.

Et limita iſtam regulam, vt per Fely. in c. cum omnes, col. 6. de conſtit.

In glo verſ. concupiſcibili, circa finem, limita, vt in caſu capituli ſecundi, de his quæ fiunt à prælatis.

Ibidem, in quibus taciturnitas habetur pro conſenſu, pro dicto glo. hic vide gl. in cap. ſicut, de elect. iſto libro, & aliqua per Dec. in cap. ſuper eo, in quinta, vel tertia columna, de off. deleg. Abb. c. ex parte decani, in 3. col. de reſcript. Alexand. conſilio 131. columna ſecunda, in ſecundo volumine.

Cap. Is qui in ius.

In gl. verſ. item fallit in conuentionibus, amplia, vt per Abb. in c quia vult, in fine, de iud. etiã, quòd inſtantia eſſet cępta.

Cap. Præſumitur.

In tex. pro regula, vide Felyn. in capitulo ſecundo, de except in princip. Abb. cap. paſtoralis, columna tertia, in fine, eo. tit. Rot. 165. in nouiſſ. & probari poterit per iuramentum. Alexan. conſilio 71. columna 2. in princ. & vide Rot. 444. & & 415.

Ibidem, verſic. item nota, quòd ignorantia tribus modis probatur, & quòd probetur iuramẽto, vide Felyn. cap. quoſdam ſecunda columna, de præſum. & latius, cap. 1. col. 6. verſ. circa quartum, de conſtit.

Cap. Locupletari.

In tex. limita iſtam regulam, vt per Fely. in c. cauſam, in pen. col. de re iud.

Cap. In pœnis.

In tex. verſ. benignior. Felyn. in cap. inter, columna penult. de reſcript. vide pulchrũ exemplũ per Alexand. conſil. 115. numero 9 libro tertio, vbi etiam, ſub numero 15. dicit, quod quęlibet iuſta cauſa excuſat à pœna, etiam ſi illa cauſa iuſta plenè non probetur.

Ibidem, verſ. faciente, in fine, vide Felyn. in c. ſicut, de Iudæ.

In glo. verſ. item quia, verſ. temporalem, contrarium tenet glo. in c. 2. de pœnis, in ſexto.

Ibidem, verſic. idem, ubi eſt tale, vide Dec. in cap. cum non ab homine, in 7. not. de iud. & vide Rom. in ſing. 1. in prima char. & Abb. in cap. nonnulli, §. ſunt & alij, in tertia columna, de reſcript. & ibi Felyn. columna 12. & Iaſ. in l. cum poſtea in 3. not. C. de pac. Dec. conſ. 166. col. 2. & 327. colum. 1.

In glo. benignior, id tamen attenditur, quod eſt veriſimilius, vt not. Abb. in c. cum tu, in fine, de teſtibus, & in arbitrarijs, & de arbitrarijs, de minore intelligendum eſt. Alexan. conſ. 5. in fine, in primo volumine.

Ibidem, in fine, in contrarium facit, c. pen. de ſent. excom. ſolue ut ibi, & vide Rom. & cætera, dic vt dixi, ſup. in gl. benignior.

Cap. Actus legittimi.

Vide Card. conſ. 103. col. 3. & Alex. 75. col. 1. libro primo. Bart. in l. etſi conditionalis, de auct. tutor.

Cap. Non præſtat.

In tex. in fine, verſ. effectum, uide Felyn cap. ex tenore, col. 1. & ſeq. de reſcript, uide etiam Præpoſ. in capitulo ad audientiam, columna tertia, de ſponſ.

In glo. in princ. uide Fely. in c. tua nos, col. 3. de iureiur.

Cap. Cui licet.

In tex. in princip. vide limit. & declarat. per Rom. conſ. 436. in fine.

Cap. Qui prior.

In glo. verſ. ex duobus, & præfertur, qui prius poſſeſſionem apprehendit. Alex. conſ. 91. col. 1. in 3. uol.

Cap. Qui ſentit.

In tex. limita iſtam regulam, vt per Alex. conſil. 32. in quinto volumine.

Cap. In re communi.

In glo. in princ. vide Dec. conſil. 45. in ſecundo uolumine.

Ibidem, in fine, de quo uide Bar. in l. ſerui electione, de leg. 1. §. 1.

Cap. Non eſt.

In tex. qualiter autem accipiantur boni mores uide Iaſ. in l. pacta quæ contra, C. de pact. Alexand. conſilio 11. columna quarta, in tertio uolumine, ſed tamen ualet pactum, de quo, in glo. licet ſit contra bonos mores ciuiles, tantum, uide Alexan. conſilio 157. colum penult. in ſecun-

Digitized by Google

in ſecundo, & quot modis quid dicatur fieri contra bonos mores, vide per Bald. in l. pactū quod dotali. C. de collat. Felyn. cap. ſi diligenti, col. 12. de foro compet.

Cap. Dolo facit.

In tex. regula iſta habet locum etiam in petitorio, ſecundum Rot. 397. in fine, in nouiſſ. & vide Alexan. conſilio 82. in fine, in tertio volumine, vide etiam ad hanc regulam Bald. conſ. 29. libro primo, columna ſecunda, & Alex. conſ. 156. columna tertia, in fine, & ſequenti, libro ſecundo.

In glo. in princ. vide Abb. & alios, in d. c. debitores, de iureiur.

Ibidem, verſic. primo, vide Abb. in cap. paſtoralis, col. 10. verſ. conclude ſic, de cau. poſſ. & propriet.

Cap. Quæ contra ius.

In glo. verſ. quæ prohibitio alia perpetua, alia temporalis eſt, & de hac glo. vide Abb. in c. 2. in vlt. not. de teſtibus.

Cap. In pari.

In tex. not quòd iſta regula non habet locum, vbi contractus fuit nullus, vt eſt tex. in l. finali, ff. de condict. ſine cauſa.

In tex. vide Panor. in cap. ſuffragantes, col. 2. de elect.

Cap. Quod alicui.

In glo. circa finem, verſ. tractat aliena, & hoc not. Abb. quòd poterit etiam procurator, ad eligendo, quando ſuo iudicio non eligit, vt in c. 2. 4. col. de iud.

Cap. Poteſt quis.

In glo. & not. quòd iſta regula non habet locum in priuilegijs, vt not. Panorm. in ca. licet, de Dec.

Ibidem, verſ. item Abb. & vide Abb. in cap. vt famæ, de ſentent. excom. vbi tenet, quod etiam de mandato prælati laicus non poſſit totquere clericum.

Cap. In alternatiuis.

In tex. vide latè Felyn. in capitulo inter cæteras, columna prima, de reſcript. & in cap. ſicut, de iud.

In gl. verſ. ſunt tamen, uide Fely. Alternatiua ordine, & vide glo. in c. cum plures, ſup. de off. de leg. in iſto libro.

Cap. Qui ad agendū.

In tex. limita iſtam regulam, per Abb. in cap. paſtoralis, col. 10. verſ. cōcludo ego, de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, & per Hypp. ſing. 187. & per Abb. ca. de actore, in tertia columna, de iureiur. & per Innocent. in cap. inter dilectos, de except prælat. & Felyn. cap. accedens, in ſecundo not. de accuſat. & not. quòd etiam poſt pactum de non agendo, quis poteſt opponere exceptionem, de nouo ottam. Felyn. c. paſtoralis, col. 7. in princ. de except.

Cap. Qui facit.

In tex. & quod quis poteſt facere per ſe ipſum an ſi faciat per alium, dicatur adimplere mandatum, vide Rot. 192. in nouiſſ. & clauſula, ſi non poteſt, intelligitur, per ſe, vel per alium, uide Felyn. in cap. ſcilcitantes, de reſcript. in columna finali.

Cap. Factum legitimè.

In tex. in fine, uide Dec. conſ. 24. col. finali.

In glo in imperio verbo, exempli, uide Abb. in c. 1. col. 6. de iureiur.

Cap. Quod alicui.

In tex in fine, uide Fely. in c. cum acceſſiſſent, col. pen. uerſ. fallit, de conſtit.

In glo. verſ. ſolutio delictum, uide Abb. in ca. uerum, in penult. columna, de foro competen. & capitulo ſi diligenti, in 8. col. eo. tit.

Ibidem, verſ. facultatum, vide Abb. in cap cæterum, col. 2. in fine, de iud.

Ibidem, verſ. ſatis congruè, circa med. verſic. in iudicialibus, vide quæ in contrarium allegat Fely. in cap. cum Ioannes, columna 8. de fide inſtr. uerſ. ſed poſito, & uide eum in cap. cum venerabilis, columna quarta, de except. & in cap. ad audientiam, ſecundo, col. 13. verſic. ſecundo limitaretur, de reſcript.

Cap. Delictum.

Vide ad hanc regulam Cremenſ. not. ſuo 224.

Cap. Qui contra.

Vide aliqua per Abb. in cap. ſi diligenti, columna 2. de præſcript. & an iſte faciat fructos ſuos, uide Abbatem in cap. cum cauſa, de off. de leg. & Felyn. in cap. cum cauſa, in penult. columna, de re iud. & in capitulo nonnulli, §. ſunt & alij, columna 15. in quinta fall. de reſcript.

Cap.

Digitized by Google

Cap. Cum quid.

Limita hanc regulam, niſi in ſecunda via adeſſet iuramentum. Alexan. conſil. 21. columna 4. libro tertio.

Cap. Infamibus.

In tex. an prouiſio collationis, vel electio facta infami, ſit ipſo iure nulla, vide Felyn. cap. ex parte, colum. 1. cum tribus ſequentib. de reſcript. vide etiam ad hanc reg. Card. conſ. 117.

In glo verſ. & quod dicit, vide Abb. in c. querelam, col. 2. de iureiur. & quòd infamia etiam facti ſufficiat, vide Dec. in c. ſuſcitatus, in tertio not. de reſcript. Alex. conſil. 152. colum. 3. in quinto volumine.

In glo. pontificatus, verſ. ſicut nec archiepiſcopus, nec epiſcopus niſi poſt conſecrationem, vt not. Abb. e. tua, de his, quæ fiunt à prælat. beneficiv tamen quis dicitur acceptaſſe, poſt confirmationem, licet ſit conſecrandus, vide Abb. in c. ſuper his, in 2. not. de accuſ.

Ibidem, verſic. item tunc non bullant, an ante coronationem dicatur Pontifex, vide latè Fely. in c. eam te, col. 1. de reſcript.

In glo. quarto verſic. poſt duos menſes, circa principium, vide Abb. in c. paſtoralis, col. 2. de fide inſtr.

Ibidem, verſ. ſed quòd illud tempus, an ſufficiat publicatio in curia, vide Fely. in cap. 2. col. 9. de conſtit.

Finis Apoſtil. Super ſexto Decretalium.

Digitized by Google

ADDITIONES

Super Clementinas

D. ANDREÆ ALCIATI

PATRITII MEDIOLANENSIS,

& Iureconſulti præſtantiſſimi,

QVAE QVALES SINT CONSVLTO DICERE OMITTIMVS, ſtudioſi Lectoris iudicio relinquentes quam vtilitatem ſint allaturæ, non enim è re eſſe duximus, tanti Doctoris nomen fucatis verbis offendere, de quo tacere ſatius eſt, quam pauca loqui.

E tenebris, vbi latebant, eas extraxiſſe in tui gratiam operæprecium exiſtimauimus, quod noſtri operis eſt, æqui boniq́ conſule; reliqua Deo Opt. Max. & Alciato accepta ferto.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS. MDCV.

Apud Socios Aquilæ Renouantis.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. ANDREAE ALCIATI

Additiones ſuper Clementinas.

IN PROOEMIO.

IN glo prima, quæ eſt glo. quoniam, in fine, vide not. per Dec. in l. ſecunda, in quarta columna, C. ſi contr. ius, vel vtil. pub.

Ibidem, in glo. de cætero, verſic. hæc vera, & quod priuilegium inſertum corpori iuris, regulετur ſecundum ius, vide Felyn. cap. 1. in 10. columna verſic. fallit dicta regula, de reſcript. etiam contra glo. vide Felyn. in c. 2. col. 4. verſ. hanc limitationem, de conſtitut.

In glo. Pontificatus, verſic. coronatus, vide Felyn. in cap. eam te, columna penultima, de reſcript.

In gl. de ſumma, an autem conſtitutiones, quæ præceſſerunt Clementinas ſint correctè, vide Fely. in c. 1. col. 7. de re iud.

De Reſcriptis.

Clem. Abbates.

IN glo. præſidentes, nunquid Decanus, & capitulum, hoc poſſit, vide Abb. in c. cum olim, in 4. colum. de teſtibus.

Ibidem, verſ. & licet, vide ad iſtam glo. Fely. in c. ex tenore, col 6. verſic cæterum, col. 1. de reſcriptis.

Ibidem, circa finem, adde huic gl. ſimilem gl. in auth. caſſa, & irrita, & in l. prima, C. de his qui ad eccleſiam confugiunt, & in l. prima, C de rapt. virg. & dictum Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de locat. § primo, verſic. quid ſi colonus, & glo. in cap. puta pacta, in glo prima, de uerborum ſignificat. & in cap. ſecundo, in verbo iuramentum, & in uerbo reus, de confeſſ in ſexto, Iaſ. in auth. ex teſtamento, colum. antepen. ad finem, de collat. glo. in auth. imo à debito, in uerbo, parentibus, C. de act. & oblig. & in l. aduerſus, in gloſ. finali, de arbitr. & in l. ſi is qui. § quod dicitur, ff. de iure dot. & in l. non impoſſibile, ff. de pact. & in l. 2. in verbo, filio, ff. de vulg & pupill. & in l. 4. in princ. in verſ. vocabulo, ff. de leg. 1. Barb. in c. paſtoralis, col. 6. de re iud.

Ibidem, in fine, diſpoſitio loquens de caſu frequentiori non excludit minus frequentem, facit glo. in l. 1. in princip. C. de his, qui ad eccl. confug. iſta tamen diſpoſitio loquens de religioſis, non extenditur ad ſeculares clericos, ubi agitur de reſtringendo, vel tollendo ius conſtitutum alteri, & not. glo. in Clem. 1. de ſupp. neg. prælat. in verſ. regularis, & ad iſtam glo. vide quæ in ſimili allegat Iaſ. verſ. 1 columna, 9. verſ. ſed attende ſol. matrim. & in l. 2. in tertia columna, in fine, de vulg.

In glo. liceret, an talis poſſit agere, vide Dec. in cap. ex litteris, columna quinta. verſic. 3. & vlt. de prob & quòd poſſit procuratorē conſtituere, vide Rot. 221. in nouiſſ.

In glo. vexare, in fi. vide Fely. cap. ex tenore, col 1. de reſcript. vide etiam ad hanc glo. Card. conſ. 25. col. 2. in fine.

In glo. ipſo iure, vide alios caſus, per Felyn. in cap. ad audientiam, 2. columna 14. de reſcriptis.

Clem. Et ſi principalis.

An monachus poſſit eſſe officialis, vel locum tenēs Epiſcopi, ſine licentia Abb. vide Rot. in 4. dec. de officio vicarij, in nouiſſimis, quæ tenet, quòd non, niſi abeunte, vel mortuo Abbate ex cauſa vrgenti. & an monachus eccleſiæ cathedralis canonicus, poſſit eſſe delegatus Papæ, vide Dec. in cap. cauſam quæ, in tertia columna, de iud.

In gl. principalis, quid importet iſtud uerbum principalis, vide Gem conſ. 36. incip. Caſus, columna ſecunda.

In glo. epiſcopi, verſic ſed quid, vide Felyn. in cap. eam te, char. pen. verſic. mandato, de reſcriptis.

In glo. conuentuale, in fine. Item frater prędicatorum, qui ſit prior, poteſt eſſe delegatus, vt eſt tex. in ſupraſcript. in cap. cum olim, de maior. & obed.

Ibidem, verſ. poſſunt eſſe, vide Fely in cap. ex litteris, col. 8. verſ. prima concluſio, de conſtit.

In. gl per electionem, in verſ. ex quo non ſunt perpetui, vide Panorm. in c. ſi quis contra clericum, col 5. de foro compet. Fely. in c. poſtulaſti, in primo not. de reſcript.

Digitized by Google

In glo.delegatus, verſic. quòd licet vide Felyn. in cap. eam te, colum. 4. verſic. pro iſta, de reſcriptis.

In glo. foraneo, uerſ. de generali, uide Abb. in c. dilecto, in 3. col. de teſtibus.

In glo. obſeruari, verſic. expreſſa, limita, vt per Abb. cap. ad hæc, de reſcript. in fine, & in c. nonnulli, in 3. columna, in fine, eo. tit. & vide Abb. in cap. cum inter, in pen. not de except. vbi Fely. in princip. Bald. in prælud feud. colum. 8. ad finem, Aretinus in l. quis ſeruum, col. 2. ff de acquir. poſſ. & Gemin. in cap. ſtatutum, col. 4. de reſcript. in ſexto, vide etiam Aret. conſ. 58. col. 1. & colum. 3. & Felyn. in cap. vigeſimum, col 3 de off deleg. Alex. in l. quanquam, C. de teſt. milit Bald. in tit. per quos fiat inueſt. & ibi addentes, in princ. de feud.

Ibidem, verſ in legato, vide Barb. c. cum omnes, de conſtit col. pen. vbi ſequitur. Imola & Antonius de Butrio hic, quòd licet legatus de latere, non poſſit in canone ſtatuere, poteſt tamen diſpenſare facit. quòd not. Dominicus cap. 1. §. pen. columna finali, de fil preſb. in 6.

Clem. Auditor.

In tex. not. quòd ſecundus auditor poteſt exequi cauſam ſibi commiſſam, ſub nomine proprio, vide Rot. 10 in nouiſſ. incip. ſcribebatur, ſub titulo, de reſcriptis, & auditor non habet tam latam facultatem ſicut delegatus, quia nõ abſoluit ad cautelam. Rot 306. in nouiſſ. ad hanc Clement. vide etiam pulchrum intellectum. Panor. in capitulo ſuper eo, circa finem, de officio delegati.

Ibidem, in fine, verſ. prouidere, idem inſtituere, & confirmare, ita Rot 212. ſub tit. de iure patr. incip. ſecundum in nouiſſ.

In glo. prima, verſic. & ſcias, quòd hoc. vide Felyn. in cap. cum cauſa, de re iud. in princ.

Ibidem, verſ. cauere tenẽtur, vide Franc. Pau. In tract. de ſede vac. in ſecunda quæſtione.

Ibidem, verſ. quòd habent, vide Fely. in rubr. de reſcript. in tertia columna, in fine, & Dec in cap. perſonas, columna ſexta, de app. & in cap. ad præſentiam, in ſecundo not. eod. tit. Rot. 341. in fine.

Ibidem, verſ. ordinaria, Fely. §. ſunt & alij, colum. 14. fall. 4. de reſcript.

Ibidem, in verſic. definiendo, vide Felyn. in Rub de reſcript. col. 3. & in Rub. de off. delegati, verſ. quem vtrum auditores.

In glo. in Romana, in princip. contrarium tenet Barb. in d. c. ſuper eo, ad quem tamen reſpondet Dec. in fine.

Ibidem, in fi. Rot. 10. in nouiſſ.

In glo beneficio, verſ. largè, vide glo. in cap. ſi pretiute, de reſcript & ibi Gem. & Abb. cap. pen. de verb. ſign. Alex. conſ. 190. columna finali, in ſecundo volumine.

In glo. debitum, verſ. ſuum, vide Fely. in c. ſi. in 3. col. de præſt.

Ibidem, verſ. in contrarium, vide Rot. 159. in nouiſſimis.

In glo. poterit, in fine, vide Felyn. in cap. exceptionem, col. 1. de except.

In glo prouidere, de intellectu huius capituli, vide Panorm. in c. ſuper eo, de off. deleg. ſup. in tertia columna.

Clem. Gratia.

In tex. ei quomodo gratia dicitur, vide glo in c ſedes, vbi Hoſt. de reſcript. vide etiam ad hanc Clement. Rom conſ. 356. vbi an habeat locum ſi quis adipiſcitur.

In glo. renunciare, ratio forte propter dubium euentum litis, & non videtur habere plenum ius ad rem, ideò per adeptionem, primi vacat ſecundum.

In glo. beneficium, verſ. de ſpeciali, vide Abb. in c. litteras, de conceſſ. præb. omnino, qui dicit Ioan. Andr. reuocaſſe iſtam glo. in additionibus Speculatoris.

Clem. Litteras.

In tex. ſed quid de beneficio creato, ſed non confirmato, vide Rot. 17. de prælat. in nouiſſ. ita tenet, & in ſimili, de teſta in prima deciſ. & vide aliqua ad iſtum tex. per Alex conſ. 178. in occurrenti, columna finali, in ſecundo, vide etiam ad hanc Clement Barb. conſil. 57. columna octaua, libro primo.

In gl. prima intellige iſtas tres glo. vt per Iaſ. in Authen. quæ eſt, in ſeptima columna, C. de ſacroſ. eccl.

In gl. creatum, verſ. cap. cum acceſſiſſent, & ibi vide Dec. in fi. & Fely. in col. pen. & in c. conſuluit, de Iudæis.

Ibidem, uerſic. quòd illud prius, & quòd iſtud tempus debeat probari, vide Dec. in c. in præſentia, in not 12. de prob. & in c. conſtitutus, in tertio not. de reſcript. & Iaſ. in rub. C. qui admitti, in 3. col. Abb. c. auditis, in 10. col. de præſ. & iſtam glo. allegat Alex. conſ. 17. col. 3. in 3. vol. & multa ſimilia, in quibus diſpoſitio non trahitur ad futura, vide Fely. in c. ſi col ſi. de conſtit & vide eũ in c ad aures. De reſcriptis. & in c. paſtoralis, colum. 3. eo. tit & quid in deſtinatis ad beneficium. vide eum, in c. cum adeo, col. 1. de reſcrip. & in c. conſtitutus, col. pen. eo. tit. & an mutatio ſtatus beneficij, noceat iuri ad rem quæſito, in c. in noſtra, 39. corroll. verſ fallit quinto, de reſcrip.

Ibidem, circa finem, verſ quia etiam, vide Fely. in c. ſi in 5 col. in ſi. de præſumpt.

Ibidem, in fine, ita tenet Abb. in c. conſtitutus, ſup. eo. in tertio vel ſecundo, not. vide etiam quæ ponit Iaſ. in l. ſi prius, col 5. de noui oper. nunc. vide tamen ſimilem gl. in c 1. de clericis non reſident, in ſexto, in verbo, receperit.

Digitized by Google

In glo. ſtatuimus, nota quod quoties aliqua lex ponit verbum, ſtatuimus, quod illa lex deducit ius noui tex. Idem eſt in uerbo, ſancimus, & uerbo cenſemus, vt per Panorm. conſ. 57. colum. pen. ad finem, lib. 2. Idem in verbo volumus, vt per Felyn. in rub. de re iud. Panorm. in cap. finali, in 2. col. ne cler. vel mon. & in cap. uenerabilis, col. 2. de iud. glo. in cap. litigantes, in uerbo ſtatuimus, de oſt. ordin. in ſexto. Felyn. in cap. 2. ad finem, de iud. Bart. in extrauag. qui ſint rebelles, col. 3. ubi de uerbo, dicimus, & pronuntiamus. vide etiam Aret. conſ. 76. num. 3. ubi de uerbo, liberè, & hanc glo. pro ualde ſingulari exclamat. Ioã. de Imol. in l. ſi uerò, §. de uiro, ſolut. matrim.

De Electione.

Clem. Cum ratione.

IN tex. uerſ. uel habitus, nota tamen, quod poteſt eſſe eadem regula, & idem ordo, licet habitus ſint diuerſi, ut in Cluniacenſibus, qui ſunt ordinis ſancti Benedicti, ita exemplificat Rot. dec 12. in nouiſſ. in tit. de reſcript. Incip. Papa conceſſit.

Ibidem, uerſ. cuiuslibet ratio, quòd conſtitutio eſt conciliũ rationis, contra quam, nec legatus poteſt diſpenſare.

In glo. de cætero, de iſta dictione, uide Alex. conſ. 2. col. fi. in ſeptimo. Ruyn. conſ. 98. ſub numero 3. lib. 1. ubi colligit ex hac glo. quod dictio, de cætero, reſpicit futurum. Item de hac dictione, de cætero, uide Roman. conſilio 379. circa primum.

In glo. eligatur, amplia, ut fiat extenſio etiam, quòd ratio non ſit expreſſa, ſed una tantum colligi poteſt. Alex. conſ 102. in 1. uol. facit glo in l. quamuis C. de fideic.

Ibidem, uerſ à Papa, in princ. uide Rot. 262. in nouiſſimis.

Ibidem, uerſ. contrarium not. quòd in correctorijs, & pęnalibus ſit extenſio propter identitatem rationis, uide glo. in auth ut hi qui oblig & Alex. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in notabilibus, de lib. & poſth. Alexan. conſil. 24. in fine, in ſecundo uolumine, & conſil. 50. col. 3. eo. uol. & conſil. 115. col. pen. & 185. uiſo titulo, col. 13. & 290. colum fi. eo. uol. uide Barb. conſ. 2 col. 8. libro 1. & Felyn. in Rub. extra de re iud. colum 5. idem Barb. conſ. 10. col. 8. lib 2. & conſ. 28. col. 3. eod. uol. & conſ. 3. col 3. & 143 col. 7. eod. lib. 2. Alex in l. 2 col. 2. de leg 2. Imol. conſ. 35. col. 4. in fine, Alex. in l. Marcellum, col. 5. ff. ad Treb & Barbat. in cap. ad noſtram, col 2. de empt. & in cap. 1 col. 2. de oſt deleg. Aret. conſ. 163. col. 3. ubi uidetur limitare, niſi diſpenſatio eſſet odioſa, & Alex. conſil. 2. col. fin. uol. 2. & conſ. 50. col. 3. & 97 columna prima, eod. uolumine, ubi dicit hanc glo. & ſimiles procedere, ubi eſt eadem ratio, aliàs ſecus, idem dicit, in conſilio 115. columna ſecunda, ad finem, uolumine ſecundo, & uide ipſum, conſilio 189. columna quarta, libro ſecundo, & 203. columna ſecunda, eod. & 17. col. 5. li 3. ubi generaliter dicit, q᷑ ubi in lege correctoria eſt expreſſa ratio, poteſt fieri extenſio, ex identitate rationis, & 64. col. 2. uol. 2 ubi loquitur in exorbitantibus, & 68. col. 2. eod. tit. ubi loquitur in correctorijs, & 101. col. pen. lib. 3. ubi pariter loquitur in correctorijs, & qñ expreſſa eſt ratio, in ſtatuto, uel unica tantũ poteſt aſſignari, cum habeatur pro expreſſa, ſit extenſio, ubi eſt eadem ratio, de caſu expreſſo, ad non expreſſum, qui inſpecta lata ſignificatione uocabuli comprehenditur, ſub expreſſo, & conſil. 36. eod. uol. ubi ẽt loquit᷑ in correctorijs, & ubi tractatur, de fauore publico, & ubi eſt eadem ratio, quæ eſt in caſu expreſſo.

Ibidem, uerſ. conſtituentes, uide Felyn. in rub. de re iud. in 5 col. Alex. conſ 216. col. pen. in ſecundo uolumine. Fely. c. translatum, colum. fi. de conſtit. Dec. conſ. 333.

In glo. ſecularis, uerſ. niſi ex diſpenſatione, uide Alex. conſ. 70. in tertio.

Ibidem, uerſ. ſeculares, circa finem, uide Alex. conſ. 8. in fine, in pen. col. lib. 1.

Clem. Ne Romani.

In tex. uerſ. quidquid poteſtatis, uide Fely. in c. ſuper litteris, col. 12. de reſcript.

Ibidem, uerſ porrò allegat. Dec. iſtum tex in conſ. 150 col. 2. quòd etiam actus uoluntariç iuriſdictionis debet fieri coram iud. compet. & per iſtum tex. ſic etiam intelligitur l. fi. de iuriſd. omn. iud.

In glo. inferiore, uide Alexan. conſilio 106. in ſecundo uolumine.

In glo. tolli, not. quòd epiſcopus poteſt facere circa, uel præter ius, uide Dec. conſ. 11. colum. 8. & conſilio 199. columna ſecunda, & Felyn. in cap. cum P. in antep columna, in fine, de fide inſtrument. Alexan. conſilio 106. col. 6. in ſecundo uolumine. Idem Felyn. in cap. 1. col. 17. & ſequ. de ſponſal.

In glo. modificare, uide Roman. conſ. 325. colum. 2. & fin. in fine.

In glo. expirare, quid de uicecancellario, uide glo. in regulis Cancell. 70.

In glo. quouis, de iſto uerbo uniuerſali, uide Dec. in c. ſedes, col. 6. de reſcript. in fi & quod hęc dictio, quouis modo, non tranſeat ad inſolita, uide Alex. conſ. 97. col. 2. & fin. lib. 3.

In glo. cetus, in fine, in uerſic. concordia uide Abb. in c. non poteſt, de re iud. col 4.

In glo concorditer, uerſ. unus ergo, uide Alex. conſ. 124. columna prima, in ſecundo uolumine, & ſimilem gl. habes in cap. ſapientes, §. ad hæc in uerbo, concorditer, eod. tit. de reſcript in 6. de quo uide Alex. in l. & tuũ hære. §. hodie, ff. de pc.

Digitized by Google

Felyn. in cap. non poteſt; ſup. de re iud. per Roman. in conſ. 512. & Alex. conſ. 224 in prima, & ſecunda colum. lib. 2.

In glo. moriente, mors ciuilis æquiparatur naturali, vbi operatur eundem effectum, de hoc vide Abb. in cap. niſi, de præb. in 4. col. Alex. conſilio primo, col. 9 in quinto volumine.

In glo. diœceſi, in verſ. non mutatur, vide Dec. conſilio 146. columna penult. Felyn. in cap. quia iudicante, colum. 3. de præſumpt. & Aret. conſilio 77.

In glo. omnes, verſ. aliquis, vide Dec. conſ. 151 colum. penult.

Clem. Cauſam electionis.

In tex. verſ. deuolui, vide Rot. 19. in nouiſſ.

Ibidem, verſic. intimata, not. quòd intimatio appellationis habet vim citationis, & per talem citationem dicitur lis pendere, Rot. 310. in nouiſſimis.

Ibidem, verſ. cathedralis, vide Rot. 81. in nouiſſ. Dec. 228.

Ibidem, verſ. vel beneficio, vide Fely. in c. dilectis 2. in 6 & 7. quæſt. de reſcript.

Ibidem, verſ. loco aliquo, vide Fely. c. cum dilecta, col. 21. verſ limita 2. de reſcript.

Ibidem, verſ. intimatio & iſta fere ſeruatur, in vim act. grauis præiudicij, de quo Fely. in c. 2. in fine, de præſcript.

In verſ. vide, de hoc verſ. Dec. conſ. 474.

In glo. ſi petita, verſ. ſi ergo, vide Fely. in cap. cum M. colum. 21. vel 22. verſic. 4. concluſio, de conſtit.

In glo. in domo, de citatione ad domum, vide Rot. 48. in nouiſſ.

In glo. deuoluta, vide aliqua ad iſtam glo. per Fely. in c. cum dilecta, col. 14. de reſcript.

Ibidem, circa finem, verſ. ſolutio, appellato, vide Rot. 38. in nouiſſ.

In glo. appellatum, vide Iaſ. in l. non ſolum §. morte, in 15 col. de noui oper. nunciat. ubi repetijt hanc glo. ſingulariter, vt per eum ibi.

In glo. plena, & certa, verſ quòd non, vide Fely. c. cũ contingat, col. 4. de elec. & col. pen. Ægid. concl. 15. vel 10. Nota tamen, quòd ubi ille cui fit intimatio tenetur aliquid facere, non ſufficit, quòd ipſe ſciat, ſed requiritur neceſſario intimatio, vel denunciatio, ita Dec. conſ. 74 in 2. col. & Rot. 127. in nouiſſ. & ibi, an in intimatione requiratur mandatũ, & qualiter dicatur fieri. Dec 168. Alex. conſ. 19. in 2. uolum. & debent eſſe Autenticha, conſ. 45 col. pen. in 2. vol. & an ſufficiat fieri procuratori. Fely. in c. cum M. col. 2. verſ. hac concluſione, de conſtit.

Ibidem, circa finem, uide Rot. in tit. de appellat. deciſ 18. in nouiſſ.

In gl. tempus, circa finem, ver. fictè contumax, uide Rot. 49. in nouiſſ.

In glo. in alijs caſibus, vide Roman. conſ. 410.

Clem. Conſtitutionem.

In tex. verſ. audiendus, an per iſtud verbum tollatur officium iudicis, ipſo iure, vide Aret. capitulo primo, columna 4. de accuſat. verſic. ſed ſi ſtatutum, & in melius, in cap. veniens, colum. 7. eod. titulo.

Ibidem, in fine, verſ. confeſſionem, uide Peruſ. in cap. dilecto, in 3 col. de app & an confeſſio, ſit probatio, uide latè per Dec in rub. de prob. in 8. col. & ſeq. & ad iſtum tex. in 11. verſ. 6. & etiam, uide Fely. in c. 1. col. 2. de except.

In glo. opponentis, uide Aret. in cap. ſuper litteris, in quinta columna, verſ. confirmatur, de accuſat. De iſto intereſſe proprio, & Rot. 27. in nouiſſimis.

In glo de nouo, in fine, verſ expedientius, uide Dec. conſ. 37. col. 2. in fine, & facit, quòd not. Fely. in c. ad aures, in 4. col. de reſcript. & in c. cũ ordine, col. 1. eo. tit.

In glo nolle vti, vide Fely. in Rub. de reſcrip. col. 1. in fine.

In glo. fides appellatione probationis intelligitur, de plena, vide latè, per Dec. in d. rub de prob. col. 18. verſ. primo, igitur. Limita hanc glo. ut per Iaſon. in l. qui accuſare, C. de edend. & vide Fely. in Rub. de probat. col. 3. Aret conſilio 143. col. 9. & Iaſ. in l. poſthumo, columna finali, C. de contratab.

In glo. legitimè, not. ex glo ualere confeſſionem licet acta ſint nulla, de quo, vide Dec. in c. at ſi clerici, col. 3. uerſ 7. limita, de iud. & uide ad tex. hic Aret. in cap. primo, in quinta columna, de accuſat. & in c. ueniens, col 7 ueiſ. ſi non. eo. tit & in cap. cauſis, colum. ult. circa med. de teſtib. Rot. ſi. de probat. in nouiſſ. & de except. ultima, in fine.

In glo. nam infirmat, in ſi. facit glo. in l. reum criminis, C. de procuratoribus.

Clem. In pleriſque.

In gl. & populo, uerſ. habens autem, uide in ſimili Rom. ſing. 489. incip ſtatutum. Dec. conſ. 9. col. 2. & pone iſtam apoſtillam, in glo. monaſterij, & iſta allegat Felyn. propoſit. dictæ glo. in d. c. nonnulli, vt ibi poſui.

Ibidem, circa finem, verſ. ſingula requiruntur, uide Dec. conſ. 177. col 1.

In gl. monaſterij, uerſ. & per hanc, vide Felyn. in c. nonnulli, col 76. uerſic. amplia iſtam, de reſcript. & uide quæ poſui ſup. in gl. populo.

In glo. uel aliquid; uide ad hoc glo. in c. prouidens, de elec eo. tit.

Clem. Quod circa.

In glo. quæ in facto, & quando uerba intelligantur, tam de iure, quàm de facto, uide Dec. in cap. ſuſcitatus, de reſcript.

Ibidem

Digitized by Google

Ibidem,in fine,uerſic.unde idem uidetur, uide Fely.c.cum omnes,col.antep.de conſtit.

Clem. Statutum.

In glo.ex iuriſdictione,uide Zanch. in cap.1. de accuſat.differentia 71.

In glo.uel ſecularis, uerſic. temporalem, uide Franc. pau. in tract. de ſede uacante, in ſecunda quæſt.ad fine.

In glo conſuetudine,uerſ.ſtatutum, uide Fely. in c.1.in 2.col.de iureiur.& Alexan.conſ.13.col. pen.in tertio uolumine.

Ibidem,in fine,uerſ.tollere noluit, in contrarium uide Alex.conſ.196.uiſo teſtamento,col.3. in ſecundo uolumine.

Clem. Cum conceſſa.

In glo.prouiſione Clem.ſi. nomen prouiſionis multa comprehendere poteſt,uide Fely.in c. in materia corroll.31.de reſcript.

De Renunciatione.

Clem. Cum illuſio.

IN tex. in uerbo, aut actio huius Clementinæ procedit in permutatione aliarum rerum, uide Bald.in cap.ex parte,col. fin.de reſcript.2.

In glo.illuſio, de illuſione uide Felyn. in c.ex parte decani,col.8.uerſ.excipiuntur,de reſcript.& Barb.conſ.51.col.18.& ſequent.lib.1.

In gl.teneat,uerſ.diſtinguūt,uide Fely.in c.ex parte decani,col.1.uerſ.fallit ſecundo,de reſcrip. & ibi per tres columnas,uide Anna.conſilio 25. columna tertia.

In glo.manibus, in fine, uerſ.illum inuitum, uide Fely.in c.lator,in 8.col.in 10.declaratione, de re iud.& in c.dilectus 2.col.uerſ.oriebatur, in fine,de reſcript.

In gl.facienda, an autem ſi in mandato exprimitur perſona,cū qua debet fieri permutatio beneficij ſufficeret,qđ notificaretur procuratori,uel illi,in cuius manibus fieret reuocatio, credo, qđ non,ſed quod immo,& opus eſſet,quòd fieret notificatio illi certe perſonę, cum qua deberet fieri permutatio,ita colligere ex dictis, per DD. maximè, in c.ex parte decani, de reſcript. maximè ibi per Fely.col.11,uerſ tertia regula.

In gl.perueniſſe,uide Fely. in c.cum contingat,col pen.uerſ.2.fallit,de reſcript.

De Supplenda negl.prelat.

Clem. Quia regulares.

IN tex.uerſ.ſuppleant triplici, tamen monitio ne præmiſſa,ut dicit Abb. in c. ſi quis epiſcopus,in 4.not.de accuſat.

Ibidem,uerſic.conſueuerunt, uide Rom.ſing. 488.Fely.in c.cum acceſſiſſent,col.7 de conſtit.

In glo.regulares, uide Felyn. cap. tua nos, de iureiur.

In glo.diſpoſitione, uide Abb.in c.cum uas,in tertia col.de off.ordin.

In glo.locorum, uide Rom.conſ.361. per totum.

In glo.religioſis,in fine,uerſic. Clericum uide Dec.conſ.40.columna finali.

In glo.de menſa,in uerbo uacare, uide Aret. conſ.63.col.2.ad finem.

In glo.curam, uerſic. ad hoc allegata,per Dec. in c.conſuluit,in primo not.circa finem, de off. delegat.

De Ætate, & qual.

Clem. Vt ij qui diuinis.

IN tex.uerſ.uocem, & an ille, qui non habet uocem in capitulo poſſit admitti, cum mandato,de certo eligendo,uide Felyn. cap. apoſtolicæ,columna quinta,de except.quòd ſic, & an dare uocem dependeat, ob ordine, uide ibi eum, columna ſeptima, & ſequen. & in rub. procemij Gregor.columna quinta, ubi dicitur, an de iure prælatus habeat uocem: idem dicit,in c.cum M. col.10.uerſ.in ea glo.de conſtit. ubi etiam tenet, an hoc ius poſſit pręſcribi à cōuerſis,qui nō ſunt in ſacris,& diſpenſatus ante ætatem,ad ſacros ordines poterit dare uocem in capitulo Fely. in c. poſtulaſti,col.17.de reſcript.

Ibidem, uerſ.illi uoc. an iſti habeant uocem, de iure communi in capitulo, uide Abb.c cum olim,in tertia columna,de re iud.qui tenet,quòd non.

In glo prima,ſed & epiſcopi, uide Alex.conſ. 160.col.6.uerſ.8.in ſecundo.

Ibidem,in uerbo facere poſſunt,uide Alexan. conſ.106.col.5.lib.2.

In glo.impoſterum,circa finem,uerſ.ſed futuri,uide Fely.in d.c.ſi col.12.de conſtit.

In glo concedatur,in fine,uide Dec. conſ.3 in 4 col.& conſil.8.in pen col. uide etiam ad hanc glo.Iaſ.in l.1.in 7.col.C.de Sum. Trinit. & fide cath.ubi refert multos tenere, hanc glo. pro ſingulari,& uide Rom.conſ.315. in tertio dubio.

In glo.conſtitutus,uerſ.& habens contrarium tenet. Bar.in l.de pupillo, in princ. de noui oper. nunciat. & ibi uide Iaſ & not. iſtam glo. quæ uidetur facere,contra ea,quæ ponit glo. in c.ſtatutum,in uerſic.canonicis, in fine,de reſcript.& ad concordiam, uide Dec.in cap.poſt ceſſionem, in ult.not de prob.& Paui.in tract.de ſede uacante, in uerſ.officium,in 2.col.

Ibidem,uerſic.ſed pone,uide Dec.conſ.40.colum.2.& ad primum dictum glo. uide Felyn.in c.poſtulaſti,de reſcript.col.6.

Digitized by Google

Ibidem, verſic. tu dicas, & ad hoc vide Ang. in §. furioſus qui dat. tut. poſſ.

In glo. annexi, verſ. intellige, vide Abb. in cap. dilecto, in tertio not. de teſtibus.

Ibidem, verſ. non eſt dare, vide Dec. conſilio 119. columna 4. & Felyn. in cap. poſtulaſti, colum. 16. de reſcript.

In glo. in eiſdem, in verſic. vnde poteſt, circa med. vide Franc. Paui. in tract. de ſede vacante, verſ. capituli.

Ibidem, verſ. mihi tamen, vide Iaſ. in l. 1. in fine, C. de tranſact. Alex. conſ. 15. col. pen. in fine, in ſecundo volumine.

Ibidem, in fine, vide Felyn. in rub. procemij, columna quarta, & in cap. translato, columna tertia, de conſtit. Roman. conſil. 150. Aret. conſil. 19. col. 9. Alex. conſ. 50. col. 3. libro 2. vide Iaſ. in l. 1. ad finem, C. de tranſact. vbi refert multos tenentes hanc glo. pro ſingulari.

In glo nullo, vide Fely. in cap. at ſi clerici, §. de adult. in 4. col. Iaſ. l. finali, de fer. & vide not. in l. fi. C. de teſt. mil. Panorm. conſilio 53. col. finali, lib. 2. Fely cap. pen. colum. 5. de conſtit. Barb. conſil. 29. alias 19. col. 7. & conſil. 37. colum. 12. & conſ. 39. col. & duabus ſequent. libro primo, & cap. fin. colum. 18. de conſtit. Iaſ. in l. pen. in fine, de teſtam. milit & de hac dictione, nullo modo, & omni modo, vide Alex. conſilio 10. col. 3. libro 2. & 13. colum. 3. eod. vol. vbi quando ſunt iuncta, cum vniuerſali negatiua, & Roman. conſilio 325. col. 2. ad fin. tertio dubio.

In glo. pars dimidia, verſ. cum per ordines, uide Fely. in c. apoſtolicæ, col. 5. in fine, de except. & col. 6. vbi de iſtis diſtinct.

Clem. Generale.

In tex. not. quòd ſi aliquis habet ætatem imperfectam, quo ad ſacerdotium ſi fuit diſpenſatus, an poſſit habere beneficium curatum, non tamen cenſetur diſpenſatus, vt poſſit ordinari, ad ſacerdotium, vide Fely. in c. poſtulaſti, col. 16. verſic. limita tertio, de reſcript.

In glo. in 10. verſ. inchoato, vide Rot. 329. in nouiſſimis.

De Officio vicarij.

Clem. Quia de eccleſia.

IN tex. verſ. perpetuis, vide Fely in c poſtulaſti, col. 1. de reſcript.

In glo. ſacerdotum, verſ ſed nunquid, vide Felyn. in cap. G. perpetuus, in princ. de fide inſtr. & Rot. 273. in nouiſſ. Sed an in diſpenſatione fiat extenſio, vide Abb. in §. de adult. de iud. in ſexta columna, & ſequen. vbi ponit intellectum iſtius glo.

In glo. voluntus, verbum, voluntas indicat ius de nouo, vide Abb. & ibi apoſtill. in cap. ſedes, in 3. col. in fine, de reſcript. & in c. ex ratione, in vlt. de app. vide quæ potui ad gloſ. in Clement. fin. de reſcript. & vide Panorm. in cap. ex actione, columna 1. de appell. Iaſ in l. more, columna prima, & ſecunda, de iuriſd. omnium iud. ubi dicit hanc glo. ſingularem.

De Officio, & pot. iud. delegati.

Clem. Vnica, Iudices ſuper receptione.

IN tex. in fine, verſ. vices Rot. 369. in nouiſſ. & 443.

In glo. 1. verſ. & not. de differentiã inter iudicem, & examinatorem, vide Abb in c. quoniam contra, col. 15. verſ. ad unum. de prob. & an tales ſint delegati, uide Rot. 258 in nouiſſ & 369. vbi tenet, quòd poteſt eſſe ſimplex clericus.

Ibidem, verſ examinatis, & examinatio non poteſt committi priuato, niſi de conſenſu partium. Alexan conſil. 213. in 2. volum. & 104. in quinto volumine.

Ibidem, verſ. feriato, uide Abb in cap fi. col. fi. de iud. & cap. quoniam, in fine principij, vt lite non conteſtata.

Ibidem, verſic. receptor, & an differentia, ſit inter recipere, & examinare, vide Dec. in c. licet, in 7. not. de probat. & an talis receptor poſſit teſtes punire, vide eundem, in cap. præterea, in 4. not. de off. deleg. & Abb. cap. cum Bertoldus, col. 6. de re iud. & in 8. & ſequen. & Rot. 73. in nouiſſ. & 164. ſed ſi commiſſio diceret, per te ipſum, informes, de tali nõ poterit ſubſtituere. Alex. conſilio 218. col. fi. in 2. vol.

In glo. receperit, verſ. ſed nunquid, uide Alex. conſil. 218. viſis, in ſecundo volumine, & ibi an poſſit appellari.

Ibidem, circa principium, verſ. clauſula caſus, qui ſonat in monitione, non conditione, vide Abb in ca ſi de præſumpt. & in c. t. in pen. col. & ſeq. de re iud. vbi latè Felyn per ſex columnas, & an requiratur citatio, vide Fely. colum. antep. de conſtit. & de iſtis clauſulis. Alex. conſ 70. col. 2. in tertio uolumine, & conſilio ſecundo, ſub numero tertio, vbi ait, quod quando eſt commiſſa alicui cauſa, cum clauſula ſapiant monitionem, valet expeditio illius actus, etiam clauſula non purificata, & ibi pulchrè de hoc legitur.

Ibidem, circa finem, verſic. non ualebit. Alexand. dicto conſilio 30. columna ſecunda, in tertio.

In glo. committere, verſ. nudum, uide Abb. in c. de cætero, de re iud. col. 3.

De

De Officio Ordinarij.

Clem. Vt clericorum.

IN gloſ. diffamatur, vide Alex. in l. Turpia, in 2 notab. ff. de legat. 1. vbi dicit, quod vbi non agitur criminaliter contra aliquem non conſideratur vnde diffamatio orta ſit, & vide Felyn. in c. at ſe clerici, in gl. 1. de iud.

Clem Et ſi ab.

In gl ſpecialis, ver. generalis, vide Fely. in cap. ad aures, colum. 3 de reſcrip. & allegat Mar. conſ. 14. in fortioribus terminis.

In gl. quibuslibet, uerſ. facienda, nec impetrans debet facere mentionem de qualitate beneficij, quando impetrat ab ordinario, vide Felyn. c. ad aures, colum. fin. de reſcrip. fallit niſi in caſu capituli cum aliquibus, de reſcrip. in 6. vbi Gem. in 3. colum.

In gl habẽtibus, vide Abb. c. in noſtra, cotrol. 29 de reſcrip.

In gl nolumus, ver. ergo collatio, vide Abb. in cap. ſi quis, in 3. not. de foro compet. Dec. conſil. 7. col. 10. & conſ. 128 colum. 2.

De Procurat.

Clem. Inſtrumento.

IN tex. verſ. proteſtatione, not. tamen, quòd ſi aliquis conſtituat Tirium præſentem ſuum procuratorem, & non dicat, & acceptantẽ, talis conſtitutio non valet, quia tacens non dicitur cõſentire in iſto caſu, uide Felyn. in c. nonne, in 2. colum. uerſ. ſecunda regula, de præſumpt. & in c. cum M colum. 17. uerſ. fallit, de conſtit.

Ibidem, verſ. cogi, uide Rot. 375. in nouiſſ.

Ibidem, uerſ litteræ, uide Rot. 162. in nouiſſ.

Ibidem, uerſ. ad omnia, intellige etiamſi in cõtrarium proteſtetur in aliquo de contentis in litteris Rot. 147. in nouiſſ & 303.

Ibidem, uerſ. uidearis, uide Bart. in l. quomodo enim, ff rem rat. hab. uerſ. eſt caſus.

In gl. uel litteris, uide Dec. in c. 3. loco, de probat. in princ.

Ibidem, in fi. uide Abb. in c. ſignificauit, in 1. not. de app & c. 1. col. pen. de fide inſtr.

In gl. proteſtatione, ſimilem gl. habes in l. in cauſæ, ff. eod. tit. de procurat.

In gl. ſcienter. uide Felyn. in c. 2. in 6. col. in fi. uerſic. item operari poteſt, de fide inſtrum. & nota, quod quis dicitur ſcire commiſſionem ſibi factam quando ſit illius tenorem. Aret. conſil. 68. colum. 1.

In glo. receptis, uerſ. & recepit, an receptio litterarum præiudicet, uide Dec. in c. cum M. in 9. colum. de conſtit. Soc. conſ. 27. in fi. in 3. uolum. 145 in nouiſſ & 147. uel 149. Alex conſil. 78. in princ. & 747. colum. 9. in fi. in 2. uolum. An autem ante receptas litteras ſi ſciat ſe procuratorem conſtitutum, vide Rom. conſ. 353. colum. 2. ubi loquitur in executore gratiarum.

In gl. aſſenſum, vide gl. in l. 1. de off. præf. prætor. & gl. in c. noſce, 26. diſtinct.

Clem. Non poteſt.

In gloſ. electi, uerſ. dicebat enim, circa med. & iſtum intellectum approbat Abb. in c. ſecundus, colum 4. de reſcrip.

In gl. grauiora, iſtam gl optimè declarat Abb. in d. cap. ſecundus, in 6 colum. de reſcript. & in quarta, ſed illam non probat Dec. ibi, in quarta colum.

Clem. Religioſus.

An religioſus poſſit eſſe arbitrator ſine licentia ſuperioris, uide Alexan. conſ. 80. in 3. uolum. Item ad hanc Clement. uide Roman. ſingulari 274.

Ibidem, uerſ. conferte, uide pro intelligentia eorum quæ tangunt hic Doct. Fely. in c. cum M. col. 9 uerſ limita quarto, de conſtit.

In gl. 1. uerſ. ſecus, uide Fely. in c. tua nos, col. 2. de iurciur. & not. ex glo. quod clauſtrales non ueniunt appellatione prælatorum, de quo Felyn. in cap. inſuper, in primo not. de teſt. & an Abb. poſſit eſſe procurator, uide Dec. in cap. conſtitutus, de appell.

In gl. conſorte, uide Aret. in cap. licet, in 5. no. de accuſat Dec. in 4. & 5 colum. in c. cum M. de conſtitu. Felyn in capitulo primo, in quarta colum. de præſcript. & Abb. in cap. cum I. & A. de re iudic.

In glo. conſtituere, uerſ quibus, quod, in princip. de hoc uide Dec. in cap. intelleximus, in 5. colum. de iud.

In gloſ commiſſum, circa princip. uide Bart. & Mod. in l. 1. § item acquirimus, ff. de acquir. poſſ. ubi ſingularem dicunt hanc gloſ.

Clem. Procuratorem.

In tex. uide de materia Doct. in cap. relatum, de off. deleg. & Miſſeni. in uerſ. mandatum, & Roman. conſilio 374. Socin. conſilio 8. in 3. uol.

Ibidem, uerſic. per mortem etiam ciuilem, Rot. 376. in nouiſſ. Guid. Pap. quæſt. 547. qui tenet contrarium.

In glo. conteſtata, uerſ. in procuratore, quid in Oeconomo, uide Abb. in cap. 1. in 2. columna, de præſcrip.

Digitized by Google

ficatur in quamtſlibet minima parte, uide Bar. in l.ſeruus, §.prætor ait, de acq.hæred.Iaſ.in l.1. C. de pact.in 3.not.Alexand. conſ. 68. in 4.uol. uide etiam ad hanc gl.Abb.in cap. ſuper eo,in 2. not de eo qui cogn.vxor.conſang.ſui, & Bald.in l.1.colum.fin.C.de reuocand donat. Barb.conſil. 33.colum.7.lib.1. & 51.colum. 19.cod.uolum. Imola,in cap.1.colum.4 in fine, Capra in conſil. 38.ad fin.Soc.conſ.112.col.6.vbi dicit de dictione aliquo modo,& Soc.omnino conſ.75. col. 8. ubi pulchrè dat intelligentiam.

In glo.præſumatur,verſ.& de iure ad hoc,vide Alexan.in rubr.de acq. hæred.& Bald.Nouell.in tract.dotium Aret. in cap.qualiter & quando,ſecundo,de accuſat.

In glo.ſubditos,verſic.per quam,idem facit in ſimili diſtinctio quam facit Dec. cap. licet, in 2. not.verſ.vnde,in fi.de præb.

Ibidem,in fi.idem tenet Abb. in c.dilectus filius,in 3.colum. de reſcrip.& in c.1 in fi.de foro compet. & vide Dec.in cap.ad noſtram,1. not.de app.& conſ.352.col.2.

In gloſ.omnimoda, de iſto verbo,vide multa per Dec.in cap.propoſuiſti, in 2.colum. verſ.tertio fallit,de probat.

Ad hanc gloſ.vide etiam Iaſ.in l.ſi nomine,§.1.in 2.col. de vulg. vbi reputat ſingularem hanc gloſ. vide Felyn. in capitu. auditis, colum 3. de præſcript. & Rom.conſ.315. colum.3. ad fin. & Felyn.in cap.præterea, colum 1. de offi.delegat. & in c.qui ſedes,colum. 2.ad fin. & ſequent.ff.de offic.ord.

Ibidem,verſ. iuriſdictio,an appellatione iuriſdictionis in genere veniat merum Imperium,vide Dec.in cap.licet,in 1.not.de præſumpt. qui te net quòd ſic, vbi ponit multa ad declarationem huius gl.etiam & Fely.in cap.auditis, in 4.col.de præſcr. & veniunt etiam reſeruata Principi, uide Dec.conſ.197.col. 3.

Ibidem,verſ. iudicarent, Alexan.conſ.41.in 5. colum.2.

In gl.diœceſanis,uerſ.diœceſanus epiſcopus, vl de Fely.in c.cum olim,de præſcrip.

De Cauſa poſſ.

Clem. Cauſa.

IN tex. an iſta Clem. habeat locum in profanis,vide Abb.in cap.paſtoralis,in pen.colum, eod.tit.& Rot.105.in nouiſſ. & ibi an ſoluantur expenſę,ſi de poſſeſſorio r.ditur ad pe titorium.

Ibidem, verſ.ſuſpendere,not.quòd ſuſpenſo pe titorio,ſuſpenſę etiam ſunt omnia iura, & inſtrumenta illud ſpectantia, & ideo non ſufficit illa perduxiſſe, in prima inſtantia niſi etiam in ſecũda reproducantur, vide Rot.393. in nouiſſ. & an iſta Clem.procedat ſi tertius ſe opponat.quod nõ ſpoliauit,vide Rot.438.in nouiſſ.

In gl. adderem, in fi. idem tenet Abb.in d.c. paſtoralis,in pen. colum. & in cap. ſignificauerunt,in 1.not. de teſtib. vbi tenet quòd procedit etiam coram delegato.

In glo.ſpoliantes,uer.an intentari,vide Soc.in l. naturaliter, §. nihil commune, in 2. not. de acq.poſſ.vbi tenet quòd ſic.

Ibidem, verſ ſi enim ſpeciale, vide Abb. ibi in 3.colum. qui ſequitur gl. hic quòd ſit ſpeciale,in poſſeſſorio niſi velit accumulare,quia tunc poterit proponere etiam petitorium cum poſſeſſorio, ſecus ſi vellet ſuſpendere poſſeſſorium.

In gl.concluſionem, quid autem in renunciatione, an ſit idem vide Abb. in d.cap.paſtoralis, colum.2 eod. tit. & quòd etiam poſt concluſionem in cauſa idem ſit, uide ibi, in vltima colum. in princ.& Fely in cap. exceptionem, colum.9. in 3.fall de except.

In gloſ.ſolo, vide Rot.14. in nouiſſ.& 393. & nota, quòd ſuſpenſo petitorio, probationes receptæ ſuper eo ſunt nullę.Rot. 16.colum.2. in nouiſſimis.

De Dolo & contumacia.

Clem. Si ante.

IN tex. uerſ. eius prima, uide Abb.in c. inter monaſterium,colum.6. de re iud. & uide Rot. 412.in tit.de app.in nouiſſ.

In gl.debitum, uide Hypp. Singul.87.& Rot. 187 in nouiſſ.

In gl.appellare, geminatio appellationis non ratificat primam,uide Abb. in c.ueniens,2. in 2. not.de teſtib.

In gl. manifeſtè etiam quòd citatus perſonaliter ſit verus contumax, ſi non appellat infra decem dies,tenet Peruſ in cap. bonæ, in 8.col de app & quòd magis peccat,qui non comparet,quę qui non paret, tenet Dec. conſ. 34. volum. 2. & uide aliqua per Rot.384.in nouiſſ. vide etiam ad hanc gloſ. Card.conſ 32 in 2.colum.& no.quod paria ſunt non excipere, & non appellare a reiectione exceptionis.

Ibidem,in uerbo,manifeſtè, uide Card conſil. 63.& in verbo, euidentem,uide Imola in conſil. 116.col.fin.

Vt lite pendente.

Clem. Si duobus.

IN tex. uerſ. non poſſit, uide gloſ. in regula Cancell.57.

In gl.collatio,circa principium, vide Felyn.in c.cum Bertoldus, colum. 2. de re iud. & Gemin. in c.ſi poſtquam, in fine,de elect. in 6. & in uerſ. vacatio uſque,vide Dec.in c.2.de confirm. utili.

in

Digitized by Google

in 4.colum. & conſ.149 colum.4. & Felyn in c. in noſtra, corroll.37. verſic.cæterum, de reſcrip.

Ibidem, verſic. negotiorum geſtor, vide Rot. 296.in nouiſſ. Felyn.in §. ſunt & alij, colum.10. in prima fallen.de reſcrip.

In gl. ordinatium, vide Dec. in cap.poſt ceſſionem, in 1.not.de prob. Felyn. c. olim, in prin. de præſcr.& Dec.conſ.121, in princ.

In gl.interſit, vide Aegid.concl.75.

In gl.proſequatur, vide Rot 411. in nouiſſ.

In gloſ.pertinebit, uide Hypp. Singular. 25. uel 125.

Clem. Cum lite.

